που ἱερὰς εἰκόνας, μήτε ὅλως κατασκευάζεσθαι· καὶ ἐπειδὴ τὸ κακὸν ἀρχῆθεν οὐχ ἔστη ἐφ' ἑαυτῷ, ἐπηκολούθησε καὶ τὰ ἐξ ἀσεβείας δόγματα· τάς τε γὰρ πρεσβείας τῶν ἁγίων τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε, καὶ ἅγια λείψανα καὶ βίβλους ἱερὰς πλείστας κατέκαυσε, καὶ τοὺς μὴ καταδεχομένους τοῦτο τὸ ἄθεον δόγμα διωγμοῖς καὶ αἰκίαις καὶ βασάνοις πολλαῖς ἐτιμωρήσατο.

δ'. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων περὶ τούτων πιστώσασθαι, μαρτυροῦσι καὶ αἱ χρήσεις αἱ λεγόμεναι Ἐπιφανίου· καὶ γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἐπιφάνιος, ὡς προσκυνουμένας αὐτὰς παρὰ τῶν χριστιανῶν ὁρῶν, ἐπειρᾶτο τὴν τούτων ἀναίρεσιν ποιήσασθαι (1)· ὅπερ οὔτε ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις εὐσεβεῖς βασιλεῖς, πρὸς οὓς τὸ γράμμα δοκεῖ φέρεσθαι (2), τὸν περὶ τῆς καταστροφῆς αὐτῶν λόγον ἐδέξαντο, ὡς δηλοῦσιν αἵ τε ὑπ' αὐτῶν κτισθεῖσαι ἐκκλησίαι, καὶ τὰ ἱερὰ εἰκονίσματα τυγχάνοντα· πρὸς τούτοις καὶ αἱ ἐν Κύπρῳ ἐκκλησίαι βοῶσιν (3), ὅτι οἱ τοιοῦτοι λόγοι οὐκ ἠκούσθησαν πώποτε· ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἐκ τῆς κυπρίας νήσου ὁρμώμενοι, ὧν ἔστιν ὁ ἐν ἁγίοις Παῦλος, ὁ γεγονὼς τῶν ἐνταῦθα ἀρχιερεύς, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ γεγονὼς κατὰ τὴν αὐτὴν νῆσον ἀρχιεπίσκοπος, ἄνδρες σοφοὶ καὶ ἐλλόγιμοι, καὶ τὰ δόγματα τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου τοῦ τῆς νήσου προεδρεύσαντος ἐπιστάμενοι, οὐκ ἠνέσχοντο τοῦ αὐτοῦ πατρὸς εἶναι τὰς χρήσεις, ἃς ἐν τῷ ψευδοσυλλόγῳ οἱ συναθροισθέντες αὐτῷ προσήγαγον· ἐν τούτοις ὁ Θεὸς

posterum venerandas sacras imagines neque omnino fabricandas. Et quia malum hoc in suis initiis contineri non potuit, consecutae sunt aliae insuper irreligiosae sanctiones; nempe et invocationes sanctorum ab ecclesia exclusit; sanctasque reliquias et sacros libros plurimos combussit; et homines, qui hoc impium dogma noluerunt admittere, persecutionibus, cruciatibus, poenisque multis adfecit.

4. Quod si oportet ex contrariis quoque argumentis idem confirmare, testes adsunt illae etiam quae Epiphanii dicuntur auctoritates. Namque, ut ibi legitur, Epiphanius videns sacras imagines a Christianis honorari, conatus est eas abolere: et tamen nec illis temporibus religiosi imperatores, ad quos id scriptum mitti videtur, hanc de abolendis imaginibus sententiam admiserunt, uti demonstrant conditae ab iis ecclesiae, et superstites sacrae icones. Insuper Cypri etiam ecclesiae clamant, sermones Epiphanii eiusmodi nusquam esse auditos. Sed ne illi quidem, qui ex insula Cypro sunt oriundi, quos inter est sanctus Paulus nostrae urbis archiepiscopus, et Constantinus qui fuit eius insulae item archiepiscopus, sapientes clarique viri, dogmatumque sancti Epiphanii, insulae praesulis, probe gnari, non tulerunt patris eiusdem auctoritates esse, quas ei huius pseudosynodi auctores adscripserunt.

(1) Hanc S. Epiphanii auctoritatem bis sibi obiicit etiam S. Ioh. damascenus de ss. imag. or. I. 2, et or. II. 18; utroque autem in loco dicit fictitiam, eique ab haereticis suppositam; cuius tamen scripti in nicaena quoque II. synodo act. VI. Lab. T. VII. col. 475. mentio fit. Utique dubitari nequit de latina Epiphanii epistola inter hieronymianas LI, cuius in calce illa est famigerata de velo picto narratio. Sed en adest etiam Nicephori ad praedicta responsio; praeter alios tot auctores qui in eadem alea versati sunt.

(2) Nempe graeca epistola ad Theodosium magnum, quam esse genuinam negat inter ceteros etiam Lequinius ad praedictam Damasceni orationem II. 18.

(3) Hoc eodem utitur argumento Damascenus loc. cit., nempe quod cypriaca Epiphanii ecclesia sacris plena imaginibus esset.

μὴ ἀρεσκόμενος, εὐδόκησεν ἐπιτελεσθῆναι τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ζ' ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἧς ἡ κάταρξις κατὰ λόγον καὶ ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν γέγονε παρὰ ἀρχιερέων τὸ τηνικαῦτα κινηθεῖσα· Παῦλος γὰρ ὁ προῤῥηθεὶς ἀρχιερεὺς τοῦ Βυζαντίου ὁρῶν ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς, οἵ τε τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν λοιπῶν θρόνων ἀπεσχισμένοι ἦσαν ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρχιερωσύνης, ἀναθέμασι καὶ καθαιρέσεσι καθυποβάλλοντες, παρῃτήσατο τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα· καὶ πρῶτον μὲν τοῖς τε βασιλεῦσι παῤῥησίᾳ ἐντυχὼν ἐλάλησε, ὡς πολλοὶ τῶν ἔτι περιόντων αὐτόπται γενόμενοι μαρτυροῦσιν, ὅτι καὶ ἕως τοῦ νῦν οὐκ ὀρθὴν συνείδησιν ἔχων διετέλουν· ἄρτι δὲ πᾶσιν ὑμῖν διαγορεύω τῆς αἱρέσεως ἐπικρατούσης, ἀναθεματιζόμενος ὑπὸ τῶν λοιπῶν θρόνων, ἐπίσκοπος ὑμῶν εἶναι οὐ δύναμαι· τούτων λαληθέντων μετ' ὀλίγον τῇ νόσῳ συνεχόμενος, ἐπιλαβόμενος τοῦ θανάτου (1).

ε'. Μετὰ τοῦτον οὖν ὁ ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ Ταράσιος προτραπεὶς εἰς τὸν ἱερατικὸν θρόνον ἐνέστη, τοῖς τε βασιλεῦσι τότε καὶ τῇ συγκλήτῳ καὶ παντὶ τῷ λαῷ τῆς πόλεως λέγων, ὅτι εἰ μὴ πληροφορίαν λάβω τοῦ γενέσθαι σύνοδον οἰκουμενικὴν συνευρισκομένων ἤδη καὶ τῶν λοιπῶν θρόνων, ἵνα τὸ καινοτομηθὲν σφάλμα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διορθωθῇ, εἰς τὴν ἱερωσύνην ἐμαυτὸν οὐκ ἐπιδίδωμι· καὶ παρὰ πάντων τὰ τῆς πληροφορίας δεξάμενος, οὕτω προεχειρίσθη ἀρχιερεύς (2)· καὶ θεοῦ συνεργείᾳ εἰς πέρας ἐκβέβηκε, καὶ σύνοδος ἐννόμως καὶ κανονικῶς ἐτελέσθη, συνευρεθέντων καὶ τοποτηρητῶν, καὶ γραμμάτων συνοδι-

Quae quum Deo displicuissent, placuit eidem secundam Nicaeae fieri synodum quae est sanctarum oecumenicarum septima; cuius origo rationabiliter et secundum ecclesiasticam formulam a tunc existentibus pontificibus commota fuit. Nam Paulus praedictus Byzantii pontifex, videns alios pontifices, nempe tum illum senioris Romae, tum aliarum sedium, sacerdotii sui dignitati non communicantes, immo et anathematibus et depositione adversantes, pontificatum abdicavit: atque in primis imperatores. seposito metu, conveniens, ut multi ei rei praesentes et adhuc in vivis agentes testantur, ego inquit nec usque ad hoc tempus recta conscientia fui; et nunc vobis omnibus denuncio, me dominante haeresi, et a reliquis sedibus excommunicatum, vestrum haud diutius episcopum esse posse. Quibus dictis, paulo post morbo correptus, mortem obiit.

5. Post hunc itaque sanctae memoriae Tarasius ad sacerdotalem thronum promotus. et eius aetatis imperatoribus restitit et senatui universoque urbis populo protestatus est, nisi publica fides sibi fieret, fore ut oecumenica synodus contraheretur tum praesentium in urbe, tum etiam reliquarum sedium episcoporum, ob novum hunc errorem in ecclesia corrigendum, a se nunquam pontificatum admissum iri. Accepta vero eius rei a cunctis fide, sic demum patriarcha factus est. Tum Deo adiuvante scopum est consecutus, et synodus legitime et secundum canones

(1) Copiose haec ex Theophane Cuperus in patr. constantinopolitanis. Item Ephraemius chronographus v. 9956-9979.

(2) Nihil Cuperus de hac egregia Tarasii apud populum protestatione, ante suscipiendum episcopatum.

κῶν τῶν ἐν τοῖς λοιποῖς θρόνοις τὴν ἀρχιερωσύνην κεκτημένων· καὶ ὅρος ἀπὸ συνόδου ἐδέχθη * παρά τε οἰκουμένῃ πάσῃ, ἐν ᾧ καὶ οἱ βασιλεύοντες σύμψηφοι γεγόνασι· καὶ τὸν τοιοῦτον ὅρον οὐ χρὴ περιεργάζεσθαι· καθάπερ γὰρ αἱ λοιπαὶ οἰκουμενικαὶ ἓξ ἅγιαι σύνοδοι ὅρους οἰκείους ἐξέθεντο, καὶ οὐδεὶς περὶ τούτων ἀντέπεσε· καὶ οἱ κατὰ καιροὺς γὰρ βασιλεύοντες ταῖς ψήφοις τῶν ἱερέων ἑπόμενοι, καὶ ἀπεδέξαντο καὶ ἐκράτυναν· καὶ οὐδεὶς τῶν ὀρθοδοξούντων μετὰ τὴν ἐκφώνησιν ἀμφισβήτησιν κατέστη, ἀλλ' ὡς ἐκ πνεύματος ἁγίου σφραγισθέντων τῶν ἐκφωνηθέντων πάντες οἱ χριστιανοὶ ἐδέξαντο, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς εἰρημένης ζ' συνόδου ἐπηκολούθησεν, καὶ ὡς ἐκ θείας χάριτος ὁ ὅρος αὐτῆς ἐκδοθεὶς ἀπόδεκτος γέγονεν ἐν πᾶσι τοῖς πέρασιν· ἄλλως τε δὲ καὶ ἀρχαίαν καὶ προϋπάρχουσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παράδοσιν ἀνεκαίνισε καὶ ἐκράτυνε, καὶ ἴδιον οὐδὲν ἐκαινοτόμησεν· ἕνεκεν τούτου ἀναμφισβήτητος κατὰ πάντα τρόπον ὁ κατ' αὐτὴν ὅρος φυλάττεσθαι παρὰ τῶν χριστιανῶν δικαίως ὀφείλεται (1).

* cod. 2. manu τῇ θη.

ϛ'. Ταύτης οὖν τῆς ἱερᾶς συνόδου αἰσίως καὶ θεοπρεπῶς τελεσθείσης, οἱ μετὰ ταῦτα εἰς ἱερωσύνης ἀξίωμα προχειρισθέντες, τῷ ὑπ' αὐτὴν ἐκτιθέντι ὅρῳ στέργοντες ἰδιοχείρως κατὰ τὴν παραδεδομένην ἄρχῆθεν συνήθειαν τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺς οἰκείους σταυροὺς προτάξαντες (2), ὑπέγραψαν· ὧν εἰσι καὶ νῦν οἱ ἑαυτοὺς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος ἀποῤῥήξαντες καὶ ἀπαλλατριώσαντες καὶ τοῖς ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ ἀναθεματισμοῖς ἑαυτοὺς καθυποβάλλοντες· ἔχει

fuit celebrata, praesentibus etiam legatis, litterisque synodicis a reliquarum sedium primatibus acceptis. Decretumque ab universa synodo conditum fuit, atque ab universo orbe receptum, cui etiam imperatores subscripserunt. De qua definitione haud iam curiose quaerendum est. Nam sicut reliquae sanctae sex synodi definitiones suas ediderunt, quin aliquis iis contradiceret; et eius temporis imperatores sacerdotalibus sententiis obsequentes, eas admiserunt atque firmarunt, nemoque orthodoxus post promulgationem dubium aliquod commovit, sed tamquam a sancti Spiritus sigillo munita Christiani omnes quae promulgata sunt receperunt; sic etiam praedictae synodo septimae contigit, cuius decretum tamquam divinae gratiae fonte editum, in cunctis orbis finibus admissum est. Alioqui veterem et praeexistentem in ecclesia traditionem ea definitio confirmabat, nihilque peculiare vel novum statuebat. Propterea extra omnem dubitationem synodica illa definitio observari a Christianis omnibus iure meritoque debet.

6. Hac itaque fauste ac divinitus absoluta synodo, qui deinceps ad episcopatus dignitatem promoti fuerunt, decreto illi libenter propria manu, secundum antiquitus traditam ecclesiae consuetudinem, sua quisque praeposita cruce, subscripserunt: quos inter nonnulli sunt, qui hodie se de corpore ecclesiae avulserunt et abalienarunt, atque ita latis in illa synodo anathematibus semet subiecerunt. Est

(1) Considerent haec nostrorum quoque temporum iconomachi; videant, quomodo generalis synodi auctoritatem despicere queant, quin simul et ceteras oecumenicas aeque infirmas iudicent; quo facto, fides christiana corruit.

(2) En morem apud nos adhuc vigentem, ut episcopi subscriptionibus suis crucem praeponant. Extant autem Concil. T. VII. col. 55. confessio haec et subscriptiones episcoporum ab haeresi reversorum.

δὲ τὰ ἐκτεθέντα οὕτως. “ Πιστεύοντες εἰς ἕνα θεὸν τὸν ἐν τριάδι ὑμνούμενον, ,, τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα· καὶ οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες, ἀνάθεμα ἔστω- ,, σαν· καὶ οἱ μὴ οὕτως φρονοῦντες, πόῤῥω τῆς ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν· ἡμεῖς ,, τῇ ἀρχαίᾳ θεσμοθεσίᾳ ἐπακολουθοῦμεν· ἡμεῖς τοὺς θεσμοὺς τῶν πατέρων ,, φυλαττόμεθα· ἡμεῖς τοὺς παρατιθέντας ἢ ἀφαιροῦντας, ἐκ τῆς καθολικῆς ,, ἐκκλησίας ἀναθεματίζομεν· ἡμεῖς τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας τῷ ἀναθέματι καθ- ,, υβάλλομεν· τοῖς ἐκλαμβάνουσι τὰς παρὰ τὰς θείας γραφὰς ῥήσεις τὰς κατὰ ,, τῶν εἰδώλων εἰς τὰς σεπτὰς εἰκόνας, ἀνάθεμα· τοῖς ἀποκαλοῦσι τὰς ἱερὰς ,, εἰκόνας εἴδωλα, ἀνάθεμα, ἀνάθεμα (1). ,, Ταῦτα οἱ ἀρτίως ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀποσχίσαντες καθωμολόγησαν διὰ τῶν οἰκείων ὑπογραφῶν· καὶ εἰ ἀρνοῦνται τὴν ὁμολογίαν αὐτῶν, τοὺς ἰδιοχείρους αὐτῶν σταυροὺς πατοῦσι, καὶ τοῖς προκειμένοις ἀναθέμασιν ἑαυτοὺς καθυποβάλλουσι, καὶ οὐδαμῶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἵστανται· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ δόγμα τῆς πίστεως ἐν ᾧ ἐχειροτονήθησαν ἠρνήσαντο, ἀνάγκη αὐτοὺς καὶ τὴν χειροτονίαν ἀρνήσασθαι, καὶ εἶναι καθῃρημένους, ὡς ἑτεροδιδασκαλοῦντας· καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ αὐτοὺς εἰς διαλέξεις ἢ εἰς ἀντιλογίας πρὸς ἱερατικὸν ἄνδρα ἔρχεσθαι (2)· ἢ γὰρ συζητῶν μετ᾽ αὐτῶν περὶ δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν, τοῖς αὐτοῖς ἀναθέμασι ἑαυτὸν περιβάλλει. Αὔξει δὲ αὐτῶν τὸ ἔγκλημα, καὶ μείζων ἡ κατάκρισις γίνεται, ὅτι οὐ νεωστὶ ἐπιγνόντες τὰ ζητούμενα, ἀλλ᾽ ἐκ πλείονος χρόνου πρᾶγμα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κεκυρωμένον ἰδόντες καὶ ὑπογράψαντες, ἑκουσίως ἑαυτοὺς τῇ παρανομίᾳ ἐπέῤῥι-

autem definitionis tenor hic. “ Credentes unum Deum in Trinitate celebratum, ,, sanctas imagines admittimus; et qui aliter se habent, anathema sint; et qui ali- ,, ter sentiunt, procul ecclesia proterreantur. Nos quidem, veteres regulas sequi- ,, mur; nos patrum decreta custodimus; nos, eos qui quicquam addiderint aut ab- ,, stulerint, de catholica ecclesia excommunicamus; nos, qui alio animo sunt, ana- ,, themati subiicimus. Anathema illis qui locutiones in divinis scripturis contra ,, idola dictas, de sanctis imaginibus volunt intelligere. Illis qui sacras imagines ,, idola appellant, anathema, anathema. ,, Has inquam formulas hi, qui adversus ecclesiam nuper schisma fecerunt, professi fuerant per suas subscriptiones. Quod si nunc confessionem suam negant, ii scriptas manu propria cruces conculcant, seque supradictis anathematibus supponunt, atque omnino in ecclesia non sunt. Quia vero et fidei dogma in quo ordinati fuere, negarunt, sequitur ut suam quoque ordinationem negaverint, sintque depositi, ceu alienae doctrinae magistri; ideoque non licet eos ad colloquium vel disceptationem cum viro quolibet sacerdotali admittere: secus enim, qui cum his de ecclesiasticis dogmatibus disputaverit, iisdem se anathematibus implicat. Porro crimen illorum augebit, graviorque damnatio fiet, quia non nuper quaestionem hanc noverunt, sed rem multo ante tempore in ecclesia definitam, cui etiam subscripsere, cognoscentes, sponte sceleri consenserunt; et

(1) Extat haec formula iisdem plerumque verbis in synodo nic. ed. Lab. p. 575.

(2) Ita et mox cap. 9. Reapse recusavit Nicephorus disputare cum iconomachis. (Ignat. diac. in vita eius cap. VI. 41. et IX. 54. X. 61.) de dogmate in oecumenicis conciliis iam definito.

ψαν· καὶ ταῦτα διδάσκαλοι τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων χρηματίσαντες, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ διδαχῇ χρονίσαντες· καὶ ἑτέρως δὲ καθῃρημένοι τυγχάνουσι παρὰ τῶν θείων κανόνων, ὡς παρασυναγωγὰς ποιοῦντες, καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς διοχλοῦντες (1)· τέλεον δὲ αὐτοὺς ἀποκλείει τῆς πρὸς ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας ὁμιλίας, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ συλλόγου ἐκβάλλει, καὶ ἕτερα μέν τινα, ἐξαιρέτως δὲ τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ ϛ′ συνόδῳ ἐγκείμενα, καθὼς ἐμφαίνεται ἐν τῇ συνοδικῇ ἐπιστολῇ Ἀγάθωνος πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης (2)· ἔχει γὰρ ὧδε. " Ὅστις ποτὲ τῶν ἱερέων τὰ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἡμετέρας μετριότητος περιε-,, χόμενα ἅμα ἡμῖν εἰλικρινῶς κηρύσσειν ἐπιθυμήσει, περὶ τῇ ἡμετέρᾳ ἀπο-,, στολικῇ πίστει, ὡς ὁμόφρονας, ὡς συνιερεῖς, ὡς συλλειτουργούς, ὡς τῆς ,, αὐτῆς πίστεως, καὶ ἵνα ἁπλῶς εἴπωμεν, ὡς πνευματικοὺς ἀδελφοὺς καὶ συν-,, επισκόπους ἡμῶν δεχόμεθα· τοὺς δὲ ταῦτα συνομολογεῖν μὴ θέλοντας, ὡς ,, ἐχθροὺς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς, ὁμολογίας ἐνόχους εἶναι κρίνομεν ,, τῆς αἰωνίας κατακρίσεως· οὔτε δὲ τοὺς τοιούτους ποτὲ ἐν τῷ συλλόγῳ τῆς ,, ἡμετέρας μετριότητος, εἰ μὴ διορθωθέντας, ἀναδεξώμεθα· μηδὲ παραβῆναι ,, ἡμᾶς τίς ἐξ αὐτῶν ὑπολάβοι, ὅπερ προελάβομεν παρὰ τῶν προηγησαμένων ,, ἡμᾶς. ,,

ζ′. Μείζονι δὲ αὐτοὺς καταδίκῃ δεσμίους, καὶ θείας ὀργῆς ἐνόχους καθίστησι, καὶ οὐδὲ μετανοίας ἢ σωτηρίας ἀξίους γενέσθαι ἀποφαίνει καὶ τὰ παρὰ τοῦ Ἰωάννου τοῦ τῆς οἰκουμένης λαμπτῆρος, καὶ τὸν τῆς βασιλίδος κοσμήσαντος θρόνον τοῦ Χρυσοστόμου ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς τοῦ

quidem magistrorum dogmaticorum locum in ecclesia tenentes, et in hoc magisterio diu versati. Alio etiam titulo a divinis canonibus exauctorantur, ceu qui conciliabula fecerint, et regiis auribus molesti fuerint. Postremo eos ab ecclesiasticorum consortio excludunt, et sacerdotali coetu eiiciunt, alia quaedam, nominatimque ea quae in sexta oecumenica synodo feruntur, sicuti apparet ex synodica epistola Agathonis Romae senioris papae, quae ita habet. " Quotquot sacerdotes, ea quae ,, in nostrae humilitatis confessione continentur, nobiscum sincere praedicare vo-,, luerint circa nostram apostolicam fidem; hos ut parem nostrae sententiam geren-,, tes, consacerdotes, et comministros, et eiusdem fidei consortes; atque ut simpli-,, citer dicamus, ut spiritales fratres et coëpiscopos nostros recipimus. Eos vero qui ,, ita confiteri nolunt, ceu catholicae et apostolicae confessionis hostes, aeternae ,, damnationis reos esse iudicamus. Neque hos umquam ad nostrae humilitatis con-,, sortium, nisi emendatos, admittemus. Neque vero quispiam putet, nos quicquam ,, eorum transgredi, quae a maioribus tradita accepimus. ,,

7. Maiori autem illos damnationi obnoxios, divinaeque irae merentes constituunt, et ne salutari quidem paenitentia dignos ostendunt, ea quae mundi lumen Iohannes, qui regiae urbis sedem ornavit, Chrysostomus inquam in epistolae divi

(1) Ex canonibus XI. et XII. antiochenis, qui sunt in Photii syntagmate apud nos Spicil. rom. T. VII. p. 200. 201. Confer ibidem p. 124.

(2) Extat in concilio sexto oecumenico ed. Lab. T. VI. col. 690.

θείου ἀποστόλου Παύλου πρώην λεγόμενα, περιέχοντα οὕτως (1)· " οὐδὲν οὕτως
,, ἐκκλησίαν δυνήσεται διαιρεῖν, ὡς φιλαρχία· οὐδὲν οὕτως παροξύνει τὸν θεὸν,
,, ὡς τὸ ἐκκλησίαν διαιρεθῆναι· κἂν μυρία ὦμεν ἐργασάμενοι καλὰ, τῶν τὸ σῶμα
,, αὐτοῦ διατεμόντων οὐκ ἐλάττονα δώσομεν δίκην οἱ τὸ πλήρωμα κατατεμόντες
,, τὸ ἐκκλησιαστικόν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἐπὶ κέρδει τῆς οἰκουμένης ἐγένετο, καὶ εἰ
,, μὴ ἀπὸ διανοίας τοιαύτης· τοῦτο δὲ οὐδὲν οὐδαμῶς τὸ χρήσιμον ἔχει, ἀλλὰ
,, βλάβην πολλήν· ταῦτα μοι οὐχὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εἴρηται μόνον, ἀλλὰ
,, καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους. Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπε τί δοκοῦν εἶναι τολμη-
,, ρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο· οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην φησὶ τὴν ἁμαρ-
,, τίαν ἐξαλείφειν· εἰπὲ γάρ μοι, τίνος ἕνεκεν μαρτυρεῖς; οὐ διὰ τὴν δόξαν
,, τοῦ Χριστοῦ; πῶς τὴν ἐκκλησίαν πορθεῖς, ὑπὲρ ἧς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προή-
,, κατο ὁ Χριστός; ἄκουε ταῦτα Παύλου λέγοντος· * ὅτι οὐκ εἰμὶ ἄξιος κα- * I. Cor. XV. 9
,, λεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καὶ ἐπόρθουν αὐ-
,, τήν· οὐκ ἔστιν αὕτη ἐλάσσων ἡ βλάβη τῆς παρ' ἐχθρῶν, ἀλλὰ πολὺ μείζων·
,, ἐκείνη μὲν γὰρ καὶ λαμπροτέραν ἐργάζεται, αὕτη δὲ ταύτην καὶ παρὰ τοῖς
,, ἐχθροῖς καταισχύνει, ὅταν ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων πολεμεῖται· μέγα γὰρ δεῖγ-
,, μα ἀπάτης εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸ τοὺς γεννηθέντας ἐν αὐτῇ καὶ τραφέντας
,, καὶ τὰ ἀπόρρητα αὐτῆς μεμαθηκότας, ἀκρίτους * τούτους μεταβαλλομένους, * ed. Chrys. ἀκριβῶς.
,, ἐξαίφνης τὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτὴν διατίθεσθαι· ταῦτα μοι πρὸς τοὺς ἀδιαφό-
,, ρως διδόντας ἑαυτοὺς τοῖς σχίζουσι τὴν ἐκκλησίαν. ,, Καὶ ταῦτα μὲν ὁ δι-
δάσκαλος.

apostoli Pauli ad Ephesios explanatione iampridem dixit, quae ita se habent. " Nihil
,, adeo poterit ecclesiam scindere, ut dominandi amor. Nihil ita Deum exasperat,
,, quam si in ecclesiam schisma invehatur. Etiamsi nos innumerabilia bona fece-
,, rimus, nihilominus, si integritatem ecclesiasticam mutilaverimus, haud leviores
,, poenas dabimus quam ii qui ipsum Christi corpus caesim violarunt: haec enim
,, caedes saluti mundo fuit, etsi praeter caedentium voluntatem. Schisma autem uti-
,, litatem nullam, detrimentum plurimum adfert. Haec a me dicta sunt non prae-
,, sulibus tantum, verum etiam subditis. Vir autem quidam sanctus, effatum pro-
,, tulit specie audax, sed tamen protulit; nempe ne martyrii quidem sanguine hoc
,, peccatum elui. Dic enim mihi, cur martyrium tu facis? nonne ob gloriam Chri-
,, sti? Cur ergo ecclesiam subruis, pro qua vitam sua Christus proiecit? Audi sic
,, Paulum loquentem: non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum
,, ecclesiam Dei, eamque depopulatus. Non est haec minor labes, quam quae ab
,, inimicis infertur; immo multo maior. Haec enim splendidiorem facit ecclesiam,
,, illa vero etiam coram inimicis perfundit eam pudore, cum a propriis filiis oppu-
,, gnatur. Grande enim erroris indicium prae se ferunt, qui in ea geniti atque nu-
,, triti, eiusque arcana edocti, perverso mox iudicio mutati, repente se in hostium
,, agmen coniiciunt. Haec a me dicta sint adversus eos qui facile se consociant fa-
,, cientibus in ecclesia schisma. ,, Hactenus magister.

(1) Homil. XI. in editione Montfauconii T. XI. p. 86.

η'. Εἰ δὲ ὁμολογοῦσιν εἰδωλολατρῆσαι πρὸ τοῦ παρόντος καιροῦ, ὡς εἰδωλολάτραι κρινέσθωσαν, καὶ ἔστωσαν καθηχούμενοι, καὶ μετὰ χριστιανῶν μὴ μιγνύσθωσαν· ἀρκέσει γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῦτο εἰ μεταμεληθεῖεν ἐφ' οἷς ἀβούλως ἐμελέτησάν τε καὶ ἔπραξαν· ὥσπερ εἰ μὴ τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομηθῆναι, καὶ τὴν μετάνοιαν αὐτῶν παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ δεχθῆναι· εἰ δὲ διαμένουσιν ἐν τῇ αὐτῇ αἱρέσει, καὶ ἴσως καὶ ἑτέρους τινὰς ἀμαθεστέρους καὶ ἁπλουστέρους δυνηθῶσιν ἀποβουκολῆσαι, κἂν ὀχλαγωγήσωσι καὶ πλῆθος συνάγωσιν, ἔξω τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας περιβόλων εἰσίν· εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀλίγοι ἐν τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ εὐσεβείᾳ διαμείνωσιν, οὗτοι εἰσὶν ἐκκλησία, καὶ τὸ κῦρος καὶ ἡ προστασία τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἐν αὐτοῖς κεῖται· κἂν κακοπαθῆσαι αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας δεήσοι· ὅπέρ ἐστιν εἰς καύχημα αἰώνιον, καὶ ψυχικῆς σωτηρίας πρόξενον· ὅτι οὐδὲ συζητήσεις περὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων ποιεῖσθαι δεῖ· οὐ γὰρ προσφάτως ἀνεφύη τὸ περὶ αὐτῶν δόγμα, ἀλλ' ἐκ πλείονος χρόνου ζητηθὲν, τὴν κύρωσιν παρὰ τῆς συνόδου ἔλαβε· καὶ πᾶν γὰρ ζήτημα δογματικὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ ἀναφυὲν, μετὰ ζήτησιν συνοδικὴν καὶ ἐκφώνησιν πέπαυται, ἀμφιβολίαν δὲ τὴν οἱανοῦν οὐκ ἐπιδέχεται· οὕτως γὰρ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων γέγονε.

θ'. Περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶς * δογματισθέντων παρὰ τοῦ Κωνσταντίνου, καλῶς ἔχειν δοκεῖ μὴ ἐξεῖναι ἐκκλησιαστικῷ ἀνθρώπῳ εἰς ἐξέτασιν καὶ δοκιμασίαν αὐτοῦ ἔρχεσθαι· τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἀνοσίοις συγγράμμασιν αὐτοῦ ἐμφερομένων χρήσεων, τὰς μὲν τῶν αἱρετικῶν οὔσας, παντελῶς ἀποπέμπεσθαι· τὰς δὲ οὐκ

* cod. εὐσεβῶς.

8. Quod si forte hi schismatici dicunt se hactenus idololatriam commisisse; idololatrae utique existimentur, et sint catechumeni, nequaquam vero cum Christianis misceantur. Nam certe hoc ipsis proderit, si consiliorum suorum actuumque stultitiae eos paeniteat; ita ut etiamsi rem suam non bene gesserint, saltem ipsorum paenitentiam ecclesia suscipiat. Quod si in eadem haeresi perstant, et aliquot fortasse alios rudiores ac simpliciores abducere potuerint, si seditionem fecerint, turbasque conflaverint; hi plane extra sacra ecclesiae septa sunt. Quod si et oppido pauci in orthodoxia rectaque pietate permaneant, hi sunt ecclesia, et auctoritas atque potestas ecclesiasticorum decretorum in his remanet; etiamsi mala pati propter veram religionem ipsos oportuerit; quod quidem aeternam gloriam animaeque salutem ipsis confert. Reapse ne controversia quidem deinceps de sanctis imaginibus fieri debet. Non enim dogma de ipsis, nuper natum est, sed iamdiu disputando libratum, ratumque a synodo habitum est. Porro omnis quaestio dogmatica quae in ecclesia Dei orta fuerit, post examen synodicum latamque publice sententiam, desinit; neque postea quamlibet dubitationem patitur. Sic enim et in ceteris sanctis atque oecumenicis synodis actum est.

9. Age vero de impiis Constantini (Copronymi) constitutis, recte dici videtur non licere ecclesiastico homini examen et animadversionem de iis instituere. Nam relatarum in profanis ipsius scriptis auctoritatum, aliae quia haereticos auctores habent, prorsus sunt abiiciendae: aliae vero ceu non bono sensu ab illo intellectae,

εὐαγῶς ὑπ' αὐτοῦ νοηθείσας, ἀπράκτους καὶ ἀργὰς ἀποφαίνειν· ἐὰν δὲ ἐκ τούτων τῶν χρήσεων, τινὰ βιβλία πρακτικὰ εὑρέθησαν περὶ εἰκόνων τί διαγορεύοντα, διὰ τὴν εἰς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ἡμῶν πληροφορίαν, δέχεσθαι ταῦτα * τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἐπιλύεσθαι· εἰ δὲ οὐκ ἐξαρκέσει τὰ τῆς πληροφορίας διὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἱερατικῶν ἀνδρῶν, οὗτοι τῷ ἐκκλησιαστικῷ ἔθει καὶ κανόνι ἐπερειδόμενοι, σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀποκαλοῦνται· ὥστε τοὺς τῶν λοιπῶν θρόνων ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς ἐπὶ τῇ τῶν τοιούτων βιβλίων ἐξετάσει καὶ δοκιμασίᾳ, καὶ τὰ δοκοῦντα ἐπινεύσει τοῦ θείου πνεύματος περὶ αὐτῶν ἐκφωνηθῆναι· ὅτι ἀναγκαίως καὶ νῦν φυλάττονται καὶ κρατοῦνται οἱ τῆς ἁγίας ϛ' συνόδου κανόνες, οὓς ἀφ' οὗ χάριτι τοῦ θείου πνεύματος ἐξεφωνήθησαν, ἡ ἐκκλησία παραλαβοῦσα δι' αὐτῶν τὰ τῶν ἱερέων μετέρχεται κρίματα· ὑπὲρ γὰρ τὰ ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη (1) ἐν αὐτῇ διαπρέπουσιν οἱ τοιοῦτοι κάνονες, ὡς εἰ μὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐχρημάτιζον, πλείστην ὅσην ζημίαν ὑπέμενεν, οὐκ ὀλίγων σφαλμάτων ἐν τῇ ἱερωσύνῃ ἀνευθύνων διαμενόντων· καὶ τὸ ἀξιόχρεων τῶν ἐκθεμένων αὐτοὺς τό τε πλῆθος καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῶν προσώπων πᾶσι χριστιανοῖς ἐμφανὲς καθίσταται· οἵ τε γὰρ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἱερώτατοι πατριάρχαι, καὶ ἕτεροι ἕως τῶν διακοσίων καὶ τεσσαράκοντα ἐπισκόπων, οἰκείους κανόνας ἐκφωνήσαντες διὰ τῶν οἰκείων ὑπογραφῶν δηλοῦνται· οἷς σύμψηφος καὶ συνεργὸς γεγονὼς ὁ τηνικαῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς *, καὶ αὐτὸς περὶ τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀμώμητον ἡμῶν θρησκείαν εὐσεβῶν, διὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς δείκνυται.

* cod. ταύτην.

* Rhinotmetus.

inutiles et otiosae reputandae sunt. Quod si demum in harum auctoritatum numero synodales aliquot libri comperti fuere, qui de imaginibus aliquid dicerent, hos ut piissimo imperatori nostro (Constantino Irenes) satis fieret, ecclesia admisit et explicavit. Quod si suasoriae solutiones non sufficiebant, per ecclesiasticos viros factae, hi quidem ecclesiastica consuetudine regulaque freti, oecumenicam synodum convocarunt; ita ut et reliquarum sedium pontifices ac sacerdotes horum librorum examen et inquisitionem peragerent, et quod visum fuisset, Spiritus sancti nutu de ipsis publice pronunciarent. Etenim necessario nunc etiam observantur et vigent sanctae synodi sextae canones; quos, ex quo cum divini Spiritus gratia promulgati fuerunt, ecclesia admisit, perque eos sacerdotalia iudicia exercet. Nam plus centum et viginti iam annis hi habentur in honore canones, qui nisi in ecclesia extitissent, plurimum ea passa esset detrimentum, quia culpae multae in coetu sacerdotali sine remedio poenave mansissent. Iam et dignitas illorum qui eos condiderunt, et multitudo atque auctoritas personarum, Christianis omnibus explorata est. Nam et qui tunc erant sacratissimi patriarchae, et alii usque ad ·CCXL· episcopi, tamquam suos hos canones pronunciasse, propriis subscriptionibus demonstrant. Quibus consentiens et cooperans factus is, qui tunc erat imperator Iustinianus, et ipse quoque de illustri irreprehensibilique fide nostra se pie sensisse propria subscriptione declarat.

(1) Hinc cognoscimus natalem huius scripti annum. Nam quia trullani canones anno ·DCXCI· editi fuerunt, additis nunc haud plus ·CXXII·, consurgit annus ·DCCCXIII· quo imperium iniit Leo armenius novae persecutionis auctor. Erat autem is annus episcopatus Nicephori octavus inceptus.

ι'. Πῶς οὖν [οὐ] βλάσφημον καὶ παράνομον, τὴν τοσαύτην τῶν ἱερέων πληθὺν μὴ ἀποδέχεσθαι, καὶ ἀντὶ ἑνὸς ἱστορικοῦ λογίζεσθαι; τὰ γὰρ πρὸ αὐτῆς γεγονότα ἱστοροῦντες λέγουσιν, ὅτι σεπταὶ ὑπῆρχον αἱ εἰκόνες, καὶ ὅτι χριστιανοὶ κατησπάζοντο αὐτάς· οὐ γὰρ ἴδιον τότε τύπον παρέδωκαν, ἀλλὰ τὰ ἱστορούμενα καὶ ἐζωγραφημένα καθορῶντες (1), περὶ αὐτῶν ἐξεφώνησαν, οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς χάριτος πλατυσμὸν καὶ προτίμησιν· καὶ ἐμφανίζουσι τοῦτο οἱ προάγοντες θρόνοι, καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ὁμοίως δοξάζοντες· εἰ δὲ λέγουσι τινὲς κενοφωνοῦντες, ὅτι μετὰ χρόνους τινὰς τῆς ἕκτης συνόδου γέγονεν ἡ τῶν κανόνων τούτων ἐκφώνησις, οὐδεὶς περὶ τοῦτο τῆς ἐκκλησίας λόγος διαπίπτει· οὐδὲ γὰρ ὁ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνος κωλύει αὐτοὺς καλεῖσθαι κανόνας τῆς ἕκτης συνόδου· τὸ γὰρ αἴτιον τῆς τούτων ἀθροίσεως γέγονεν, ἐπειδὴ οὔτε ἡ ἁγία ε' σύνοδος, οὔτε αὕτη ἡ ϛ' κανόνας ἐξέθεντο· διὰ τοῦτο χρησίμως καὶ ἀναγκαίως συνήχθησαν, καὶ τούτους ἐξεφώνησαν, πρὸς κοινὸν τῆς ἐκκλησίας ὄφελος· οὐδὲν δὲ οὔτε τῷ ἀριθμῷ οὔτε τῇ ἀξίᾳ ἐλλείπουσι, ἀλλὰ πλεονάζουσιν· ἐν γὰρ τῇ ϛ' ἁγίᾳ συνόδῳ περὶ τοὺς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὑπῆρχον πατέρες, ἐν δὲ τῇ τῶν κανόνων ἐκθέσει, διακόσιοι τεσσαράκοντα.

ια'. Ὅτι καὶ περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἱερῶν εἰκόνων χρήσεις πολλαὶ προσηνέχθησαν τῷ εὐσεβεῖ ἡμῶν βασιλεῖ τῶν ἁγίων πατέρων, δι' ὧν ἔδει τὴν πληροφορίαν πᾶσι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀνενδοίαστον γενέσθαι, ὧν τὰ ὁλόκληρα βιβλία ἡ σύνοδος εἶχεν, ὡς οἱ τῶν εὑρεθέντων ἐν αὐτῇ περιόντες σὺν τῇ ἀλη-

10. Quid ni ergo blasphemum atque impium sit, talem tantumque episcoporum numerum non suscipere, et alicuius instar historici non reputare? Dum enim quae ante synodum extiterunt narrant, venerabiles fuisse imagines adfirmant, et apud Christianos in honore habitas. Non enim tunc proprium exemplum proposuerunt, sed narrata et picta spectantes, de ipsis sententiam tulerunt, ad ecclesiae aedificationem, gratiae amplificationem et exaltationem. Id demonstrant primariae sedes, et qui per ea tempora fuerunt imperatores ac sacerdotes imaginibus certatim honorem deferentes. Quod si nonnulli vaniloqui aiunt, aliquot post sextam synodum annis canones illos fuisse editos, nihil hinc ecclesiasticae doctrinae deperit. Non enim interiectum tempus vetat, quominus hi dicantur sextae synodi canones. Causa enim horum construendorum fuit, quod nec quinta nec ipsa sexta synodus canones ediderant. Propterea utiliter immo necessario hos compegerunt, atque ad communem ecclesiae utilitatem promulgarunt. Hi vero, sive condentium numerum spectes sive dignitatem, nequaquam inferiores sunt, immo potius superant. Nam sextae synodi patres ·CLXX· circiter fuerunt; canonum autem editionem ducenti et quadraginta episcopi fecerunt.

11. Iam de sacrarum imaginum veneratione auctoritates multae sanctorum patrum pio nostro imperatori oblatae fuerunt, quae indubitatam fidem legentibus faciebant; quarum integra volumina synodus habuit, prout ii qui ei interfuerunt,

(1) Scilicet in trullano canone ·LXXXII· imperatum fuit, ut Christi humana figura symbolicae agni formae substitueretur, quam superiores Christiani, ceu Christi typum, eatenus venerati fuerant.

θεία μαρτυροῦσιν. Ὅτι δὲ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν αὐτοῦ δείκνυται ἀρειανὸς γνήσιος, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ (1), ἐν ᾗ τὴν τῶν ἱερῶν εἰκόνων ἀπαγόρευσιν ποιεῖται, εὑρίσκεται σαφῶς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ δεύτερον λέγειν θεὸν καὶ κτίσμα καὶ ὑπηρέτην τοῦ πατρός· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην μορφὴν, ἣν ἔλαβεν ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνακεκρᾶσθαι τῇ κατ' αὐτὸν θεότητι, καὶ μεταβεβλῆσθαι ὅλην δι' ὅλου δοξάζει· ἅπερ εἰσὶν ἐναντία παντάπασιν τῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας φρονήματι· φαίνεται δὲ καὶ μετὰ χρόνους τινὰς τοῦ θανάτου αὐτοῦ παρά τινων πατέρων συνοδικῶς (2) ὡς ἀρειανὸς τῆς ἐκκλησίας ἐκβαλλόμενος, μετὰ ἑτέρων ὁμοίως αἱρετικῶν, ἐπιτιμηθέντων καὶ τῶν τὰς μνήμας αὐτῶν ἐπιτελούντων· κρινάτω οὖν πᾶς χριστιανὸς τῶν ὀρθοδοξούντων εἰ δεκτός ἐστιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὗτος τὰς τοιαύτας βλασφημίας κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἐκχέων· εἰ δέ τι καὶ ἐπαινεῖται, καθάπερ Ὠριγένης καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ὄντων· τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων οὔτε ἀπορίαν καταψηφιεῖται τῆς ἐκκλησίας, οὔτε ἔγκλημα καὶ ἁμάρτημα ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν ἑαυτοὺς ἑκουσίως τῆς ἐκκλησίας ἀποσχιζόντων· εἰ θεοῦ συγχωρήσει ἐπιμένοι τὰ τῆς διαστάσεως κατὰ τὸν ἑαυτοῦ θεσμὸν καὶ κανόνα· ὡς δ' ἀνωτέρω ἐλέχθη, σύνοδον οἰκουμενικὴν ἐπικαλεῖται ἡ ἐκκλησία πρὸς τὸ πᾶσαν φιλονεικίαν ἐκποδὼν γενέσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην χάριτι καὶ εὐδοκίᾳ θεοῦ βραβευθῆναι ἐν αὐτῇ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

atque adhuc supersunt, vere testantur. Porro Eusebius Pamphili in multis scriptis suis apparet putus arianus, tum nominatim in illa epistola, in qua sacras imagines vetat, manifeste deprehenditur filium Dei dicere secundi ordinis Deum, et creaturam, patrisque servum. Pariterque humanam formam, quam dominus ac Deus noster nostri causa adsumpsit, concretam esse cum ipsius divinitate, totamque immutatam censet; quae prorsus catholicae ecclesiae sententiae adversantur. Constat autem et aliquot post eius obitum annis a nonnullis patribus synodico decreto ceu arianum ecclesia eiectum, aeque ac alios haereticos; increpitis etiam illis qui horum faciebant commemorationem. Ergo quivis christianus orthodoxus iudicet, num sit in ecclesiam admittendus hic, qui tales blasphemias adversus servatorem nostrum Christum Deum effutivit: quamquam idem partim etiam laudatur, velut Origenes aliique multi extra ecclesiam positi. Quae quum ita se habeant, nemo sano consilio praeditus, vel ecclesiae anxietatem damnet, vel criminationem culpamque in caput eorum reiectam qui se sponte ab ecclesia separarunt; quamdiu certe, Deo permittente, haec adversus eius constituta canonemque seditio perseverat. Ut autem superius dictum est, synodum oecumenicam ecclesia convocare solet ob quamlibet contentionem de medio tollendam, pacemque cum Dei placito stabiliendam per saecula saeculorum. Amen.

(1) Nempe illa ad Constantiam Licinii uxorem, quae memoratur in concil. II. nic. act. V. col. 365.
(2) Nimirum in synodica concilii alex. epistola. Lab. concil. T. I. col. 544.

ΕΤΕΡΑ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

Τὸν ἕνα Χριστὸν ὁμολογοῦμεν ἀόρατον καὶ ὁρατὸν, ἀκατάληπτον καὶ καταληπτὸν, ἀπερίγραπτον καὶ περιγραπτὸν, ἀπαθῆ τε καὶ παθητὸν, ἄγραπτον καὶ γραπτόν· καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐναντίον φρονοῦντας, ὁμόφρονας, καὶ συνίστορας, ὑφ' ὧν ὁ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως λόγος κατὰ φαντασίαν γεγονέναι καὶ δόκησιν ἐδοξάζετο· διὰ τῆς ἀναιρέσεως τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἐναναιρουμένης καὶ τῆς ἀληθεστάτης αὐτοῦ καὶ θεοφόρου σαρκὸς καὶ μορφῆς· διχῶς γὰρ νοούμενον πᾶν τὸ μηδαμῶς εἰκονίζεσθαι πεφυκὸς, ἢ ὡς μὴ ὂν, ἢ ὡς ὂν μὲν, ἥκιστα δὲ καταλαμβανόμενον, ὡς ἀόρατόν τε καὶ κρύφιον. ὁπότερον ἄν τις ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν θεοῦ καὶ σωτῆρος δοξάσει, οὐκ ἀσεβὴς φωραθήσεται προδηλότατον; τὸ μὲν γὰρ, τὸ μὴ γεγονέναι κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον τὸν Ἐμμανουὴλ διαδείκνυσι· τὸ δὲ, γεγονέναι μὲν, ἐξεστηκέναι δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἰδιοτήτων, καὶ τὴν προσληφθεῖσαν ἀποβαλέσθαι σάρκα, καὶ πρὸς τὴν θείαν ἀκαταληψίαν, πάντη τε καὶ αὖθις ἀναδραμεῖν· ὅπερ ἀλλότριόν ἐστι πασῶν τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, αἳ καὶ πάλιν αὐτὸν ἐληλυθέναι [φασὶ] κριτὴν δηλονότι τῶν ὅλων κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως θεαθησόμενον, ὃν τρόπον ἐθεάθη τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ ἀποστόλοις εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβανόμενος· * τῆς δὲ μανιχαϊκῆς δόξης καὶ δυσσεβείας τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ἀνάμεστον φρενοβλαβοῦς· καὶ περὶ αὐτοῦ τὸ τοῦ θείου Δαβὶδ προσφθέγγεται λόγιον τὸ φάσκον, ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ *, τὴν ἀποβολὴν καὶ ἀπόθεσιν αἰνιττόμενον τοῦ κυριακοῦ δηλαδὴ καὶ θεοφόρου σώματος.

* Act. I. 11.

* Ps. XVIII. 6.

ALTERA DEMONSTRATIO DE SANCTIS IMAGINIBUS.

Unum Christum confitemur invisibilem et visibilem, incomprehensibilem et comprehensibilem, incircumscriptum et circumscriptum, impassibilem et passibilem, non delineandum simul et delineandum. Anathematizamus autem consectaneos et conspirantes qui contrariam sententiam gerunt, a quibus divinae incarnationis ratio existimatur phantastica et putativa; a quibus item cum imaginis Christi servatoris nostri abolitione, eiusdem pariter verissima et deifera caro et forma destruitur. Nam cum dupliciter aliquid ceu minime figurandum existimari possit; nempe vel quia nullum est; vel quia est quidem, sed tamen comprehendi nequit, utpote invisibile et arcanum; utrumlibet in Christo omnium nostrûm Deo ac servatore quispiam existimet, nonne manifestissime impius erit? Nam prima quidem opinio demonstraret Emmanuhelem haud vere factum hominem; altera factum sane hominem, sed tamen extra humanas proprietates fuisse, et adsumptam carnem abiecisse, atque ad divinam incomprehensibilitatem rursus omnino rediisse. Quod cunctis omnino inspiratis scripturis alienum est, quae etiam denuo eum reversurum aiunt, iudicem scilicet eodem modo conspicuum, quo visus fuit discipulis atque apostolis quum in caelum adsumeretur. Contrarium quippe commentum manichaea doctrina et insana impietate scatet: de quo divi Davidis recitatur ab haereticis dictum illud: in sole posuit tabernaculum suum; quibus verbis depositionem atque abiectionem dominici deiferique corporis innui dicunt.

SANCTI PATRIS NOSTRI
NICEPHORI
ARCHIEPISCOPI (1) CONSTANTINOPOLITANI
REFUTATIO ET EVERSIO DELIRAMENTORUM
INSCITE ET IMPIE AB IRRELIGIOSI MAMONAE (2)
VANILOQUENTIA DICTORUM ADVERSUS SALUTAREM DEI VERBI INCARNATIONEM.

ANTIRRHETICUS PRIMUS.

Ita quidem prioris disputationis (3) peractum fuit a nobis certamen atque absolutum. Nam Christianorum religionem impietatis idolicae puram, sacris litteris recitatis, praecedens sermo monstravit; illos vero qui iniquitatem in excelsum locuti sunt * ac meditati, ceu dementes traducens abegit. Nunc autem accincti denuo, alterum adversus impietatem ingredimur stadium. Quoniam, sicut iam antea diximus, duplex a veritatis hostibus contra orthodoxiam proelium committitur, nos quoque, haud secus quam zelotes Phinees, telo armati spiritus, et auxiliari ipsa veritate utentes, pro qua pugnantes armorum societatem inivimus, et cuius causa hoc item nobis obortum est bellum, madianiticam impietatem cum incredulitate iudaica, id est manichaeam rabiem cum ariana vesania, perimendam curabimus.

Gr. p. 1. * Ps. LXXII. 8.

1. Si quis itaque eos interroget, ubinam aliquando Christianos idolica scandala, tamquam deos deprehenderint adorantes, quid respondeant non habent, valde autem vertigine laborant, ab ipsa veritate ad incitas redacti, et lingua impediti, et anima tenebris occupata. Alioqui etiam sentiunt, se magnopere adversus Deum peccare, dum in re sacra praeter fas labuntur: cumque iis fit exploratum, quantopere iniurii sint, tunc ad incircumscripti vocabulum confugiunt. Sperantes enim, se iniuriae excessum vitare, honestam excogitarunt induere sibi personam, nempe incircumscripti appellationem quam Christo adtribuunt: hanc sibi veluti cautelam circumponentes, ut dum aiunt non oportere facere imagines, videantur tamen vesaniae adversus res sanctas crimen vitare. Atqui in hoc maior ipsorum protervia comperitur. Malitiose quippe conantur Deum latere in his quae adversus eum pec- *Gr. p.* 2.

(1) Ita cod. et sic plerumque in antiquis codicibus appellantur maiorum sedium pastores; rarius *patriarchae*, quod fit in apologetico minore.

(2) Mamonam appellat Constantinum Copronymum, utpote Deo contrarium, iuxta illud: *non potestis Deo servire et Mamonae.*

(3) Dicit apologeticum maiorem, qui reapse praecedit in codice; quamquam nos maluimus tres adversus Copronymum antirrheticos praeponere, quia hos iucundiores lectoribus fore speravimus, quam prolixum illum spissaque materia redundantem maioris molis apologeticum.

cant stolidi. Porro quum ipsi sibimet fucum faciant, hoc demum insipientium atque in errore versantium indicium est.

2. Rursus itaque in hac quoque impietatis parte consentanei sibi sunt. Neque enim veritatem invenire student, sed Mamonae errorem, ceu regulam et exactam dogmatum rationem hi miseri adoptarunt. Quippe ita ab aequo ratiocinio recesserunt, et turpitudini suffragium suum contulerunt; unde ipsis vana haec doctrina insipienter conflata est. Vere de ita sentientibus nunc quoque dicetur: ex vite Sodomorum, esse vitem eorum; palmitem eorum ex Gomorrha, et uvam eorum uvam fellis, racemum eorum amaritudinem *. Namque impietatis illinc meracam veluti haurientes amaritudinem, et elaboratis a Mamona falsis fabulis ebriatam mentem gerentes, ad prodigiosas et irrationabiles prorsus garrulitates linguam absurdissime commovent. Multo itaque se labore atterentes, multosque libros corrumpentes atque adulterantes, plurimasque inclytorum patrum sententias, nec non et aliorum ab ecclesiae coetu expulsorum scrutantes, hasque perturbare et fucare conantes, nihilo magis profecerunt. Mamonam vero paribus ac ethnici honoribus mactant, in eiusque sectam atque sententiam pedibus euntes imprudentissime, tamquam propriam adsciscunt ac diligunt. Atque in his praecipue, qui stolide in illius apostasia antesignani sunt, ex hac ignominia claram famam adipisci putantes, hisce dogmatibus inexplorate ac sine ullo examine suffragantur. Etenim praeceps est malitia, vehemensque ad peiora cursus, et hominum voluptariorum ad res mundanas multa proclivitas. Ex quibus aucto ipsis malo, propriam salutem prodiderunt, peste veluti quadam et exitioso animi morbo ipsis obrepente. Hinc incircumscripti vocabulo patrocinantur, quo Servatoris nostri divinam incarnationem callide malitioseque evertere funditus moliuntur. Idque vocabulum orthodoxis opponentes, et tamquam inexpugnabile munimen contra eos struentes, superiores se fore sperant; quasi, nisi nostri id admittant, unicam Christi personam adigantur dividere. Sed quoniam versipelle variumque mendacii artificium est, simulant se incarnationem recipere, verbotenus subsistentes, quia heterodoxos videri verentur; re tamen vera non repudiant tantum, sed et illos qui admittunt, hostium loco habentes, acerbe repellunt nullaque venia dignantur.

* Deut. XXXII. 32.

3. Quid ergo heic animadvertendum superest? Quid, inquam aliud nisi hoc vere et cogitare et dicere, quod denuo Manetis charybdis late hians adversus eos, qui in insania huius mundi navigant, classes integras animarum rapit, mersasque in perditionis barathrum trahit!

Gr. p. 3.

4. Arianae item flammae chimaera, noxio suo animabus igne doctrinarum irreligiosarum, mentem illorum qui improviso et incaute incidunt amburens pessumdat.

5. Multorum pariter capitum hydra Acephalorum et confusaneae Eutychianorum vel potius Phantasiastarum conspirationis, ad discidium atque perniciem pulchre compacti ecclesiae corporis, multiplicem acerborum geniminum sobolem pullulavit. Atque ut breviter dictum sit, ex manichaea vipera, et ariana aspide, alius quidam ex harum copula natus est biceps serpens; qualem etiam Hypsistariorum (1) spuriam abominandamque sectam audimus, ex ethnica fallacia et prodigioso Iudaeo-

(1) Haereticorum secta, qui Deum *altissimum* ita colebant, ut antitrinitarios se esse demonstrarent. De his satis Suicerus in thes. eccl. citatis Hesychio, Suida, Nysseno, ac Nazianzeno.

rum mendacio concretam; qui serpens terribiliter ad hos divini praecepti contemptores repens, quorum etiam calcaneum iamdiu observare iussus fuit, amarum exitiosumque venenum animabus eorum, qui facilem huic haeresi aurem praebent, affundit. Nam quod Ariani cum Manichaeis conspirent, in sequentibus perspicuum faciemus.

6. Est autem cuique exploratum, studia istorum eo tendere, ut numerosas illas et a Deo congregatas inclytorum patrum nostrorum synodos penitus aboleant; a quibus per operantem loquentemque in eis Spiritum, pervenisse ad nos divini mysterii veritatem manifestius ac dilucidius, firmiter credimus, duas videlicet in religiosa urbe Nicaea Bithynorum metropoli; nec non illam qua Chalcedon urbs maxime gloriatur; denique et illam qua Byzantium illustratur, pleno episcoporum numero insignem (1), ob magis magisque coarguendam, sternendam, proterrendamque impietatem: denique conditos in ea a divis patribus superno adflatu instinctis canones atque regulas, quibus definitur sapientissime atque iustissime, domini ac Dei nostri Iesu Christi venerandam in humana forma imaginem deinceps esse publice proponendam (2), quod iamdiu tamen factum constabat; coaetanea enim Servatoris nostri apparitioni huiusmodi imaginis factura fuit (3): agnum autem, qui ut typus adsumptus fuerat, ipsa iam splendente veritate, diutius non esse figurandum. Oportere enim veteres typos umbratiles, ceu veritatis symbola et praefigurationes, quamquam olim in pretio habitos et cultos, nunc aboleri, gratiam autem prae illis ac veritatem honorari. Ante has autem synodos, immo et prae ipsis, illam qua Ephesus valde superbit (4), penitus expungere volunt, quae circumscriptum plane Christum Deum nostrum, quod adtinet ad humanitatem, magna voce praedicavit; et eos qui id vocabulum non admittunt anathematibus horrendis supposuit. Sed cur opus est dicere, synodos ab his subverti? Qui enim toti Servatoris nostri incarnati mysterio contumeliam faciunt, iidem nostros quoque mores, canones, resque sacras contemnunt.

7. Quoniam itaque adversus Christi ecclesiam divinaque nostra dogmata impudenter agere adgressi sunt, sacram omnem reiicientes traditionem, et contra Unigeniti maiestatem vana vocabula ab incredulitatis vel potius apostasiae parente, ut magis proprie loquamur, sumpta ad suae stultitiae confirmationem obiiciunt, haec oporteret quidem ceu nugatoria et trivialia, et insuavitatis garrulitatisque plena, ut rudia inquam ac fatua et falsitate scatentia, nec sibimet cohaerentia, et veritati secumque repugnantia, atque ex omni errore concreta, talia demum ut ipsorum nequitiam nulla oratio adaequare queat, atque ut summatim dicam, ex fimi colluvie et quisquiliis incrudite ignoranterque collecta, haec inquam prorsus exterminare atque exsufflare oporteret. Adeo quippe isti inornate, temere, atque indecore con- *Gr. p. 4.*

(1) Recole apologeticum minorem cap. 10.

(2) Intelligit canonem trullanum LXXXII, de quo nos paulo ante diximus p. 12. n. 1.

(3) Nempe missa ad Abgarum regulum Christi domini imago, et illa a femina haemorrhoissa posita eidem Christo statua.

(4) Nolebant iconomachi fieri Christi imagines, propterea quod Deus est incircumscriptus, Christus autem Deus. Iam quum ephesina synodus definiverit contra Nestorium unum esse filium Dei, Deum pariter et hominem (quo fit ut una adoratione colendus sit) sequitur ut Christi imago, hominis Dei sit imago; cuius tamen veneratio proprie vereque in ipsum Christum Deum tendit ac desinit.

tra res evidentes, et quae omnium aspectui prostant, atque apud omnes in confesso sunt, procedunt, ut risui potius quam ulli usui apud eos qui vere sapiunt, expositi sint. Cur enim risu non sit dignum, ipsi actarum rerum naturae, et opinionibus quae a multorum annorum, immo aetatum orthodoxia illustrium ac probatarum decursu, fidem roburque habent, adversari? quae nimirum opiniones vim suam indidem obtinuerunt, nempe ab omnium mentium concessione; ita ut in ambiguis etiam et ope aliqua ad persuasionem egentibus, ex praedictis adminiculis demonstrationem confirmationemque recipiant.

Quae quum ita se habere iam sit exploratum, ne refutationem quidem suscipere opus erat, ne forte idem atque illi peccare videamur; levitatisque et inscitiae causa risum commoventes, parem illis reprehensionem incurramus, qui puerilibus tricantur sermonibus. Nam qui huiusmodi argumenta adversariorum evertere nititur, is domunculas potius lusu puerili fabricatas videtur prosternere, quam rebus apud omnes vere sapientes veritatisque cultores certissimis patrocinari. Sed quia tamquam arbitratu suo sapientes esse volunt, tantumque a veritatis studio absunt ut mendacium toto affectu amplectantur, cavillatione multa et stultiloquio ac veluti balbutie utentes, ideo non sine multorum detrimento haec blaterando simpliciores decipiunt, gravi horum stupore et inconsiderantia ad inretiendum abutentes, donec multos secum praecipites trahant. Quibus ex rebus iamdiu nonnulli quoque ex iis qui videntur sapientes et illustriores, scandalum patiuntur: quandoquidem attingit saepe optimos etiam labes, quae pestilentis instar morbi, cunctis ut verbo dicam exitium suum communicat. Etenim specie ac fuco sermonum auribus blandientium deliniti, neque ob suam inscitiam effossam latentemque foveam praevidentes, in incredulitatis laqueos inconsiderate turpiterque labuntur. Nam sub christianismi simulata specie, hic qui talia scripsit, orthodoxam totam christianitatem hostiliter depopulatus est. Sic itaque, nihil indecorum agere existimantes, in hoc doctrinae examen nosmet coniecimus. Neque recusabimus putrida ac dilabentia et araneorum
Gr. p. π̄. contextu debiliora horum argumenta exponere, ut iis, veritatis ore refutationes apte opponamus; atque ita manifestata omnibus ipsorum absurditate, agnoscant cordati homines fraudem illorum ac vilitatem, et propriae tutelae consulant. Quod igitur stolidi ac rudes in his quoque errant vocabulis, indescripti inquam et incircumscripti, cuique exploratum puto; dum ad unam notionem utrumque conferunt, quae tamen valde differunt; de quibus postea tractabimus, cum ipsorum differentiam et significativam vim considerabimus. In praesenti autem contra istorum ignorantiam imperitiamque accincti, ad ea quae ipsorum magister vocabula obiicit peculiare studium nostrum convertemus. Porro conspicuum erit, quod si eius, qui auctor mali fuit, machinas disiecerimus, illorum quoque, qui indidem institutionem suam acceperunt, opera simul destruentur.

8. Communis autem a nobis sermo fiet tum contra inventorem ac parentem scenici huius dogmatis, tum etiam contra satellites eius novosque scurrilis huiusce erroneaeque sententiae dogmatistas. Agesis igitur, mora omissa, obiecta ab illis expendamus; hisque in medium adductis, quotquot absurde dicunt, et ob decipiendum fallendumque vulgus instruunt: quicquid blasphemiae in his inest, facili negotio coarguamus. Sed enim multas illorum nugas, et insitam garrulitatem, qua

vanum verborum cumulum audientibus ingerunt, declinantes, ipsa quae illorum stultitiae capitalia existimantur, cominus adgrediamur. Neque secius animadvertendum est, qua ratione ad illos, qui tunc sacerdotali dignitate exornati erant, sermonem suum intendat. Etenim interrogativa forma sermocinans, ita simulat solutiones dubiorum exquirere: etsi alioqui praepotentia multa et omni audacia propriaeque sententiae tenacitate utens, placita sua iamdiu exsequitur. Sic igitur obiectiones se habent (1).

9. ÷ Sancta Dei catholica omnium, qui Christiani sumus, ecclesia traditione ÷ didicit ita confiteri filium ac Verbum Dei: natura videlicet simplicem, incarna- ÷ tum autem in sanctissima immaculata domina nostra deipara semper virgine ÷ Maria; non mutata in carnem divinitate, neque carne incrementum adferente ÷ divinitati; sed duabus naturis in inconfusam unam coëuntibus unionem divi- ÷ nitatis atque humanitatis; ideoque unum eundemque esse secundum unicam ÷ hypostasim, duplicem videlicet in una persona: etiamsi omnis imago de proto- ÷ typo aliquo derivata (2) cognoscitur. ÷

Haec in prohoemio sunt. Quid ergo nos ad haec dicimus? Nempe quia statim quidem primoque motu, quoniam ad Christianos verba facit, scenicam christiani hominis personam sibi induit, dolum atque fallaciam intra proprium animum, tamquam in arca, interim celans. Iactat autem se ecclesiae conservare traditionem, Verbique Dei humanati mysterium magnificare videtur; simulque honorare simulat *Gr. p. 6.* sanctissimam virginem Dei matrem; quam alibi multimodis * dehonestatam tradu- * gr. πολυτρόπως. cere moliebatur, nec non eiusdem apud Deum intercessionem negare, a qua Christianis omnibus ceu salutis conciliatrice, spe immobili fretis, salvari contingit (3). Fictis autem huiusmodi verbis mores auditorum fascinat, ut sic eos transversos agere possit. Hinc belle admodum atque accurate compleri in hoc homine illud apparet, quod sacra oracula dicunt *: sagitta vulnerans, lingua eorum: sepulcrum pa- * Ps. XIII. 3. tens, guttur eorum: linguis suis dolose agebant. Suadent enim, lepore ac lenitate sermonis semet figurantes, auresque mulcentes; vulnerantque simul, ceu sagittis acutis, indoctiorum animos, variisque et insanabilibus plagis alte transfigunt. Cum enim oblique hic homo malitioseque adversus veritatem invehitur, non continuo impietatem ostentat; benigne vero sincereque doctrinam sanam exponit, ut videatur recte et irreprehensibiliter sentire; atque ita complurium benivolentiam venari molitur, ut cum postea propriam evomet malitiam, dignus fide habitus, facilius eos capiat qui ipsius fictas fabulas persuaderi sibi siverint. Atqui haud oportet verbis ad-

(1) Sequentes sub asteriscis vel potius obelis loci citantur refutationis gratia a Nicephoro, ex deperdito Copronymi scripto pro haeresi iconoclastarum; sive id edictum fuerit, sive tractatus sub eius nomine scriptus. Edictum quidem memorat Suidas voc. Κωνσταντῖνος, nec non Cedrenus ed. Paris. T. II. p. 1. Ὡς καὶ θεσμὸν ἐπὶ λαοῦ καθολικὸν ἐκθέσθαι, μὴ λέγεσθαί τινα τῶν θεραπόντων κυρίου τὸ παράπαν ἅγιον, ἀλλὰ καὶ τὰ λείψανα τούτων εὑρισκόμενα διαπτύεσθαι, καὶ μηδὲ πρεσβείαν αὐτῶν ἐξαιτεῖν· οὐδὲν γὰρ ἰσχύουσιν: *ut legem quoque universalem populo proposuerit, ne quisquam omnino servorum Dei, sanctus diceretur; sed etiam eorum reliquiae repertae despuerentur, neve intercessio ipsorum peteretur, ceu qui nihil iuvare queant.*

(2) Cod. παράγος. Scripsi παραγωγός.

(3) Vides haud esse neotericam, neque nostrorum tantummodo asceticorum, hanc opinionem, quod beata Virgo salutem aeternam (intercedendo scilicet) nobis conciliet; neque id cum aliqua Christi redemptoris ac mediatoris contumelia a catholicis dici, prout heterodoxi quidam dictitant. Profecto hanc sententiam confirmare multis aliis patrum auctoritatibus, non foret difficile.

tendere, sed facta considerare. Re enim vera commovetur ab eo bellum adversus Unigeniti incarnationem. Hinc Typhon impietatis attollitur plurimumque grandescit, sacris nostris dogmatibus perversam suam opinionem opponens: quasque res ei nec attingere nec spectare liceret, eas praeter omne fas praeterque nostram legislationem (1) oppugnat, summo cum impetu et odio in ecclesiae corpus insiliens. Certe omnibus notum est, quos homines in ecclesia sua Deus posuerit, nempe eos
* Act. XX. 28. quos magni apostoli doctrina nobis demonstrat *. Nihilominus quum hic (Mamonas) deberet publicis regalibusque negotiis vacare, postquam divinae gloriae carnalitatem suam atque libidinem anteposuit, ductorum suorum impulsus suasionibus, horribiliter furens contra piorum partes manum armavit, linguamque adversus rectam et inculpabilem fidem nostram exacuit. Si quis ergo mentem adverterit, et accuratius rem dispexerit, facillime illum cognoscet, non adversus veritatem tantum impingere, verum etiam sibimet ipsum deformiter contradicere.

10. ꙮ Sancta Dei, inquit, et catholica omnium, qui Christiani sumus, ecꙮ clesia. ꙮ Quamnam heic tu dicis ecclesiam? rogabit cum aliquis. Si aliam quamdam peculiarem secernens, dum phantasiae tuae vanitati indulges, procudisti, hoc utique proprium erit opificium tuum. Sin vero hanc dicis, quae apud nos est; quomodo tu sanctam nunc appellas, quam exsecrandam impuramque alibi fictionibus tuis plurimis atque malitia, et daemoniorum cultricem, statuasque sacrilegas venerantem demonstrare conatus es? idque iamdiu ab antiquis temporibus factitantem adfirmas? Hae sunt enim mentis tuae despumationes, Deoque hostilis linguae
Gr. p. 7. ausus. Neque verbis tantum, sed iam etiam scripturis, ubique blasphemiae vestigia relinquis, quae tuam adversus Deum et homines impietatem coarguunt. Cur ergo ecclesiam, dum tuis quidem eam velles patrocinari opinionibus, catholicam et sanctam appellare iactas? Cum autem divina nostra vis dogmata oppugnare, perinde habens Deum ac daemones, idololatricam esse denuntias? Nonne tu potius idololatra es? Atque ut secretiora omittam, tu mundo deditus, et mundana gloria elatus, tu carnis et voluptatis mancipium, hoc temporalis vitae spatio et praesentibus bonis felicitatem omnem dimetiens, nihilque praeter terrena animo agitans, haud vero spe in Deum et divinorum mandatorum observatione gloriari volens, tu his inquam materialibus adhaerens, variisque cupiditatibus abreptus, hereditate caelestis regni excidisti, et ad destinatum tibi gehennae locum divinis iudiciis amandaberis. Propterea Christianorum religionem accusas, et omnipotentis Dei vires suffragio tuo infirmas esse definis, quasi is non potuerit ab idolorum errore humanum genus liberare; idque agis, ut miseriam et odium dogmatis tui praevertens effugias, tuamque malitiose ignominiam celes. Idcirco Christi vitem, quam ex intellectuali Aegypto transtulit, et latericio peccatorum luto, atque invisibilibus operum praefectis
* Ps. LXXIX. 14. liberavit (2), ceu aper de silva vastasti, atque ut singularis ferus depastus es *: nihilo furens minus quam ille adversus Iacobi populum corde obduratus et acerbus laborum imperator aegyptius, vel ille tetricus tyrannicusque dynasta babylonicus.

(1) Nempe contra canonicam regulam, qua laicis hominibus disputare de divinis dogmatibus interdictum erat.

(2) In graeco corrige ἐλευθέρωσεν Et quidem etiam p. 2. v. 6. a fin. ἀξιοῦντες. Potiora quidem nos menda in marginibus emendabimus; attamen veriorem interpunctionem in graeco faciendam, latina nostra interpretatio satis demonstrabit.

Sic enim tu in Christi hereditatem irruens, partem eius electam et prae ceteris ferventiorem intolerandis plurimisque iniuriis persequens, usque ad necem excruciasti. Hoc edidisti primum vesaniae tuae documentum.

11. ∽ Traditione didicit confiteri. ∽ Hoc loco, vel quod ait non intellexit iste, qui omnium sapientissimum se arbitratur, vel data opera potius vult aliquos fallere; atque haud scio utrum insaniae potius an calliditatis insimulandus sit. Audiet enim a nobis: adhuc tu traditionem memoras? Quid ni vero tu antea priscam atque ab initio a sanctis apostolis inclytisque patribus nostris traditam ac dominantem in catholica vere et apostolica ecclesia consuetudinem admittis, sive quae litteris sive quae voce tantum tradita fuit? " State enim, inquit divus apostolus ad ,, quosdam scribens *, et retinete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem *II. Thess. II. 14.
,, sive per epistolam nostram. ,, Aeque enim utrimque vis et probatio consit. Nonne ergo insipientis attonitique haec tua verba sunt? modo scilicet in uno eodemque negotio traditionem ecclesiae admittere, modo recusare? Haec dogmatizare volens hic sollertissimus, quomodo non reputavit, Christi ecclesiam, cum ceteris omni- Gr. p. 8.
bus sacris rebus, venerabilium quoque imaginum studium et convenientem adorationem ab initio usque ad hodiernum diem, prout accepit, conservare? Sed enim videtur ob arrogantiam, quae passio dira simul est et facile incidens (1), in ipsa rei summa aberrare. Namque et heic semet fallit Mamonas, vel certe alios quibus rem persuadere se putat. Non est ergo verbis, quibus ad multorum deceptionem utitur, adtendendum, sed ex modo ac facinoribus, quae adversus sanctos machinatus est ac patravit, de eo iudicandum est.

12. Deinde addit: ∽ non mutata in carnem divinitate, neque carne incre- ∽ mentum adferente divinitati. ∽ Heic se manifeste demonstrat circa Domini incarnationem errare, suamque paulatim iam incipit improbitatem nudare. Non enim sicut Verbo inconvertibilitatem adtribuit, ita etiam carni idem adtributum adsignavit; etiamsi aliquibus persuadere se putat, carnem a se admitti. Cur enim oportuit incrementum, inconvertibilitatis loco dicere? Ergo carnis proprietates prorsus negans, pravam suam sententiam denuntiat. ∽ Sed duabus naturis in inconfusam ∽ unam coëuntibus unionem divinitatis et humanitatis, unum eundemque esse se- ∽ cundum unicam (2) hypostasim, duplicem in una persona. ∽ Heic quoque se ipsum fallit, minime vero auditores sagaces atque cordatos. Nam si recte proposuit, cur recte quoque non distinxit? Si inconfusas mansisse coëuntes in Christo naturas fassus est, utique debuit has item prorsus inconvertibiles esse non dubitare. Deinde quomodo proprietates quidem alterius, id est naturae Verbi, propter inconvertibilitatem conservatas proponere simulat; alterius autem, idest carnis, tamquam sublatas negat? Non est hoc officium hominis, qui naturas existimet inconvertibiles et inconfusas. Nam si quis unum iudicat passum esse aliquid in proprietatibus, necesse est alterum quoque passum aeque confiteatur. Sicut enim perfectum Deum cuncti nos confitemur Christum in forma Dei, id est in substantia Dei, existentem; ita et cum servi, id est nostra, suscepta forma, perfectus credendus est sine ullo defectu homo. Itaque et nostra ecclesia, iuxta quod nobis divinitus traditum

(1) Respicit Nicephorus ad Hebr. XII. 1: τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.
(2) Deest hoc loco in codice *μίαν unicam*, aliter ac p. 19.

est ab apostolicis praedicationibus et patrum magisteriis, inconvertibiles atque inconfusas naturas confitens, harum etiam utriusque proprietates, prout quaeque se habet, diserte proclamavit. Frustra hic igitur ecclesiastica sententia se innixum putabat: nam contra ipsam potius sentire heic quoque convincitur, magistros suos Acephalos sequens (1), quorum nonnulli naturas videntur admittere (2), cuncti tamen illarum funditus proprietates de medio tollunt et abolent. Exin mentis suae flammam, latensque in animi penetralibus odium adversus figurantes nobisque exhibentes servatoris nostri Christi humanam formam, extra ordinem abrupteque ostentans demonstrat.

Gr. p. 9. 13. Ait enim: ꝯ etiamsi omnis imago de prototypo aliquo derivata cognoscitur. ꝯ Cuinam haec comparanda rei sunt? nisi illud dicendum est, quod velut aenea fistula, incluso ac violento spiritu viscera distentus fuerit, aeque ac ille loquax Buzites * cum ad magnum Ausitem increpatoria verba intendebat. Non enim potuit Mamonas malitiam diutius intra se celare. Nunc quem diu parturiebat acerbum impietatis abortum effudit, et quam antea sub simulationis peripetasmate * velare videbatur improbitatem, demum excrevit. Atque his, quamvis orationis sequela minime postularet, incongrue dictis, satis ostendit nonnisi vi intra se continuisse ea etiam quae antea simulabat. Et quidem venter eius dirumpendus erat, nisi hanc vocem etiam extra ordinem exprompsisset, extraque harmoniam et dispositi sermonis seriem. Brevi enim in scena iocatus, et eius quod agebat dramatis consumpto risu, ad suum rursus ingenium se recepit.

* Iob. XXXII. 2.

* gr. περιπ.

14. Famigeratum illum vetus mythographia corvum narrat alienis pennis ornatum aliquando atque gloriantem, in quem aëreus spirans ventus commenticiam dispersit formositatem, remque alienam fecit evanidam; ex quo illius deformitas deinde apparuit. Simile quid Mamonas etiam passus mihi videtur. Postquam enim alienis paulisper se venustavit velut rectae fidei dictionibus, flante mox adversaria vi, non diu post sententiae suae turpitudinem patefactam exhibuit. Nonne enim omnibus patet, ab eo Christi gloriam oppugnari, dum minatur ac fremit adversus Verbi incarnationem? quandoquidem nondum incepto de imaginibus sermone, per ea quae in medium verba iecit, ante etiam praeclaram illam orationis structuram, sententiam suam innuit. Quippe heic animadvertite quamnam sensus cohaerentiam cum praecedentibus haec verba retineant: nam de naturis antea hypostasique locutus, mox propria audacia animique impetu instinctus, ad imagines inordinate transilit et prototypa: ita ut aperte demonstret, totum ab eo commotum sermonem, a summo ad imum, una cum sacris fidei nostrae symbolis universae servatoris nostri Christi oeconomiae contumeliam facere, immo ad ipsius Christi exterminium contendere. Semel itaque propositum hoc ingressus, perstat deinceps, et violenter admodum ac truculenter sermonis sui compositionem exsequitur. Generali autem definitione utitur, ut quum de imagine qualibet verba facere videatur, multis non sit suspectus; neque secius tamen de re illa dicat, quam sibi tractandam proposuit.

(1) Acephalos monophysitas syros a Copronymo Byzantium translatos quinto sui regni anno narrat in chronico Theophanes.

(2) De inconstantia loquendi Acephalorum monophysitarum circa Christi naturas, diu Eustathius monachus a me editus Script. vet. T. VII.

15. Statim ergo prosequitur. « Et si bene se habet, ipsam esse consubstan-
« tialem ei rei quae figuratur. » Ergo simpliciter figurari Christum non impedis, sed ideo tantum quia ille diversa substantia est ab imagine figurata. Aliud enim est Christus, aliud materia ex qua is figuratur. Haec vero a nobis redargui, nonne summe ridiculum sit? Nam quae ne mimus quidem quispiam dixisset, aut Gr. p. 10. de trivio aliquis illorum quos in maxillas multi ludibundi verberant, hic incredulitatis crapula bacchans, et impietatis praepotentia in furorem actus, alta voce proclamavit. Atqui nugae hae sunt, vanique labores eius. Sed sunt nonnulli in tantum inscitiae atque incogitantiae provecti, ut se putent aliquid in his frugi cernere. Ideo nos necessariam instituimus in re minime necessaria quaestionem. Quid enim his dictis absurdius aut incogitantius? Certe haud hominum haec verba sunt, qui cogitatuum suorum nexum retineant. Nam si de naturali imagine, quatenus artificiali opponitur, verba facit, qualem patris imaginem esse filium dicimus, fortasse sermo eius recte se habebit. Errat autem dum inepte in his simulacri nomen usurpat; nihil enim heic opus est simulacris aut argumentationibus. Frustra igitur hoc loco simulacrorum mentio fit: namque hoc prae illo stultius et irreligiosius est. Et omnino palam facit se ex absurdis et incongruentibus sermonem contexere.

16. Nunc quoniam de simulacris atque artificialibus imaginibus sermo ab illo commotus fuit, quae ex subiecta materia atque arte, et eius qui hanc profitetur ingenio fiunt, quis cordatus patietur dicentem, statuam vel imaginem consubstantialem esse prototypo? Primo enim errat, dum perinde habet substantiam atque artem, quae invicem magnopere differunt. Nam creator omniumque opifex Deus naturam ex non extante ad existendum produxit. Ars vero naturam imitatur, non autem ipsa natura est, sed naturalem speciem, tamquam exemplar prototypumque adsumens, par quiddam ac simile facit, quod in pluribus opificiis videre est. Dein nunc quoque Mamonas procul aequo ratiocinio vagatur, dum nil differre inanime ab animato, sed ambo esse consubstantialia, definit; quoniam, verbi gratia, si homo animatus est, huius quoque imaginem animatam esse oporteat, itemque simulacrum; ita ut colores et reliqua materia inanimis, ex quibus imago constat, ab hominis natura non differant. Oporteret autem, secundum idem ratiocinium, ut res utraque eamdem haberet definitionem, atque eamdem sequeretur consubstantialium conditionem; nempe ut homo relative ad alium hominem sub eamdem cadit definitionem, ita et figura. Et quoniam homo est animal rationale, mortale, mentis et scientiae capax, imaginem pariter opus foret rationale animal esse, mortale, mentis scientiaeque capax, nullaque re differens. Atqui fieri non posse ut ulla similitudo totam adamussim exaequet veritatem, ipsa veritas adfirmat cum summatibus theologis (1). Immo etiam vere dicitur homo ipse a semet differre, ex diversis naturis constans, anima inquam et corpore; etiamsi unum quid ex his existit homo: utraque enim res propriam habet definitionem; namque alia est animae ratio, alia corporis, cum differentiis pluribus atque accidentibus. Sumus quippe nos compositi, immo et oppositi tum nobis ipsis tum aliis invicem hominibus. Mamonas autem ne simulacra quidem ab iis re ulla, quorum sunt simulacra, differre putabat, sed eamdem atque Gr. p. 11.

(1) Intelligit Nicephorus Nazianzenum orat. XXIII. 11: μηδεμία εἰκὼν φθάνει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, *nulla imago veritatem adsequitur.*

illa, quae repraesentant, retinere naturam atque substantiam. Attamen qui fieri potest ut imago dicatur vel simulacrum, nisi diversam habeat a prototypo suo naturam? Ab omni igitur veritate seiungitur hic sapientissimus, atque a rerum intelligentia longissime abest. En aliud insuper quod a nobis huic dici aequum est: nempe nescis, o columen philosophorum, te tuismet argumentis irretiri: quia enim, ut tu ais, consubstantialem imaginem esse prototypo oportet; imaginem autem circumscriptam esse tu quoque concedes (neque quisquam adeo insaniet, ut hoc neget) sequitur ut prototypum quoque, utpote consubstantiale, circumscriptum sit. Nam consubstantialia differre inter se, quod ad substantiam adtinet, prorsus est impossibile: quandoquidem tu quoque circumscriptum et incircumscriptum in substantiae ratione comprehendis. Si ergo apud te dogma steterit, machina tua disiicitur, et argumenta sternuntur veritatis funda, armisque aliis valide expugnata. Reapse talium magistrorum similes esse oportuit exortos nunc discipulos! Talium sunt inquam arvorum fructus, ex malis pessimi, ex turpibus turpissimi.

17. Adhuc in eadem mente, vel ut verius dicam, amentia perseverans dicit: ∻ ut totum servetur; alioqui ne imago quidem. ∻ Id quoque ab insania eius est atque stupiditate. Nam qui sanam et integram mentem habent, et loquendi rectitudinem retinent, contrarium potius dicent, quod si totum nempe servatur, haud iam imago est, sed illud ipsum quod figuratur: namque haec specie tantum una eademque res videntur, non subiecto: Mamonas autem credit, nisi imago animata sit et proprio motu praedita, et omnia archetypi adtributa habeat, ne imaginem quidem posse dici. Quod si haec non sunt imaginis propria, omnis ratio imaginis illi perit. Quid ergo hinc sequitur? nempe ut una eademque res, et una simul sit et duae: immo ut mutuo imagines sint et archetypa; et hoc illi, illud huic vicissim simile sit. Aliter, exempli causa, atque in homine usuvenit, cui imago dicitur similis, non homo imagini. Alioqui convertibilem haberent denominationem suam; ita ut aeque indifferenterque homo etiam imaginis, et non tantum imago hominis diceretur: atque ita dubitaretur utrum utrius origo esset et antecedens. Haec scilicet Mamonae acumen declarant. Nonne enim futilis et alienatae mentis haec commenta sunt? Adeone hic inscius naturae rerum est, et a veritate procul semotus? Periculum est, ut haec nihilo meliora sint, quam quae in gynaeceis a bibacibus vetulis inter longas confabulationes naeniae canuntur.

18. Nullus itaque huic inest rectae religionis igniculus, neque logicae scientiae vel tantillum. Unde enim ei causa et causatum, vel similium mutua compa-
Gr. p. 12. ratio constabit? vel participans et participatum, vel diversitas et differentia diiudicabitur? quae quidem in archetypo et imagine naturaliter conspiciuntur, partim relationem illorum et qualitatem, partim subiecti diversitatem nobis describentia? Hic autem idem atque indifferens in utroque ponens (quippe res considerandi ignarus) totam imaginis rationem sustulit, quod prorsus fieri nequit. Sic enim rerum quoque natura ab eo aboleretur. Sed iam mihi videor in eadem ac ipse inscitia versari, dum eum reprehendo qui nullam umquam rerum harum notitiam habuit. Credar enim idem facere, ac si quis agricolam aut baiulum speculativa disciplina velit informare. Quid enim Mamonae crúento rudique homini cum logicis facultatibus negotii sit? ei nempe qui humano, et quidem Christianorum, sanguine

gaudet, canibus aprisque delectatur, quibus plurimam vitae suae partem impendit; unde is videlicet meditationem dogmatum didicit, multaeque scientiae ab huiuscemodi exercitiis summam collegit. Mittamus nunc reliquam vitam dicere, quam narrare turpe est, audire autem narratam turpius ac perniciosius. Nam quis umquam vidit hominem venatorem, aprorum cervorumque vestigia, ceu canes feraeque solent, persequentem, dilecto agitandorum equorum studio deditum et devinctum, idque suavissimi unguenti loco habentem, sublimibus pariter religionis dogmatibus tuto ac salubriter se immiscentem? Facilius quispiam credet, ab eo qui remum tenet figlinam aut agriculturam pro re nautica doceri, vel loricatum hominem navigationis loco militiae addici; quam hominem stercore nefandisque turpitudinibus sordidatum, manibus sanguinolentis, lingua intemperante, marcidaque mente, divina dogmata adtingere, Deique mysteria eloqui, quae mundis corde, Deoque propinquare dignis, a superna revelantur gratia (1).

19. Sed haec, prout ea se habent, missa faciamus. Nos autem intermedia quaedam propter iniucundatis garrulitatisque molestiam praetereuntes, ad ea quae istis gravioris momenti videntur, orationem transferamus. ꝯ Quaerimus, ait, a ꝯ vobis quomodo fieri possit, ut dominus noster Iesus Christus, qui ex duarum ꝯ naturarum immaterialis et materialis inconfusa unione, una persona est, pin- ꝯ gatur aut figuretur? ꝯ Qui quicquid ei libitum fuit, Deo permittente, antea patravit, nunc interrogativa forma sacerdotes alloquitur, quos vinculis et carceribus, minis, aliisque cruciatibus plurimis antea perterritos in suam sententiam perpulerat. Quaerit itaque an Christus, duabus naturis immateriali et materiali constans, pingi possit? Atqui hinc apparet sermonum eius vitiositas et inconvenientia, et quomodo suis ipsis propositionibus contraria concludat. Oportebat enim, si ei sacrorum dogmatum nostrorum veritas cordi erat, regia via directim incedere, et accuratum mysterii nostri examen instituere. Quia igitur de immateriali ac materiali natura dicere orsus est, rebus invicem omnino contrariis, opus erat utrique parti oppositae, ea quae naturas comitari cernuntur, recte proprieque adsignare. *Gr. p. 14.*
Nam si immaterialis rei proprium est delineari non posse, prout et ipse in sequentibus dicet, ceu quae forma figuraque, et omni quolibet huiusmodi accidente caret; prorsus necesse est materiali rei simul, utpote quae immateriali omnino opponitur, contraria adtributa adsignare, id est eam delineari posse, formari, figurari, et his similia, ut oppositionis sequela bene congruenterque habeatur. Atque ita cogno-

(1) De turpibus Copronymi moribus saepe Nicephorus in his scriptis, et praesertim sub finem tertii antirrhetici. Tum etiam Macarius Chrysocephalus, de quo mox dicemus, ita scribit contra impurum Copronymum qui sanctos appellari vetuerat, ut nos iam diximus cum Cedreno p. 19. n. 1, nec non contra synodum iconoclasticam ab eo congregatam. Σὺ τῆς ἁγιότητος ἀπογυμνώσας, κλήσει ψιλῇ προσαγορεύεσθαι πανταχοῦ νενομοθέτηκας, καὶ ὡς τοὺς εὐτελεστάτους τῶν ἐν βίῳ ὀνόμασιν οἰκείοις παραδηλοῦσθαι, τὴν δεδωρημένην χάριν ἀθετῶν τῆς ἁγιότητος; εἰς τοῦτο ἀσεβῆσαι τετόλμηκας ὁ σάρκινος καὶ ἀλαζών; ὦ παράνομον συνέδριον, ὦ συναγωγὴ πονηρά κ. τ. λ. τίνι λόγῳ θαῤῥῶν, ὦ μάταιε, τῆς ἁγιαστικῆς φωνῆς τοὺς ἡγιασμένους ἀποστερεῖς θεοῦ, καὶ ταῦτα τούτους ἁγίους ὀνομάζοντος; κ. τ. λ. *Tu sanctitate hos denudans, simplici denominatione ubique terrarum appellari edixisti, ac veluti mortalium vilissimos propriis tantum nominibus denotari, donatam illis sanctitatis gratiam delens? Tam impie agere ausus es, o carnalis atque superbe? O iniquum synedrium! o congregatio prava!* etc. *Qua fiducia, o stulte, sanctitatis vocabulo spolias sanctificatos a Deo, praesertim cum ab hoc ipso sancti appellentur?* etc. Sane nostris quoque temporibus heterodoxi aliquot subverentur dicere v. gr. *sanctum Franciscum, sanctum Dominicum*, maluntque tantummodo pronunciare *Franciscum* etc.

visset, possibile esse, immo verum ac pium, Christum figurari (1). Sed nihil horum in mentem ei venit, neque insto ratiocinio de praedictis iudicavit, sed praepotenter potius ductorum suorum errori favit. Secus enim, rem materialem pingi figurarique posse non negasset. Sed sicuti ei qui tenet aratrum, a sapiente imputatur insipientia; ita ei qui per se facit infandum opus, ignominia et inprudentia imputabitur: nam contrarius sibi est ac veritati; neque quae adfirmat reputans, et inscite simul ac nequiter agens.

20. Deinde inconfusam unionem videtur adserere in Christi persona, quae ex oppositis naturis componitur, sicut patrum placita docent. " Processit enim „ Deus, ut aiunt theologi, in humanitatis adsumptione, unum quid ex contrariis „ duobus. „ Quomodo igitur conservabitur inconfusio, si Mamonas quae alteri tantum naturae substantialiter congruunt, utrique adtribuit? Hoc enimvero est impossibile. Neque enim possunt ea, quae divinae supremaeque naturae insunt, ad nostram hanc terrenam substantiam naturaliter transgredi: neque immaterialis res easdem, ac materialis, habere potest proprietates quae sunt invicem prorsus separatae.

1) Extat in vaticanis codicibus oratio inedita Macarii Chrysocephali archiepiscopi in Lydia philadelphiensis εἰς τὴν παγκόσμιον ἑορτὴν τῆς ὀρθοδοξίας, *de universali orthodoxiae sollemnitate*, quo titulo auctor denotat festum oecumenicum ob restitutum ss. imaginum honorem post damnatam profligatamque iconoclastarum haeresim. Ex hac nos praeclara oratione locos idemtidem recitabimus, prout Nicephori textus ansam dabit. Et nunc quidem sequentem tractum. Χρωματουργοῦμεν τὴν ὁραθεῖσαν τοῦ θεανθρώπου μορφὴν, καὶ διατυποῦμεν τὴν ἔνυλον τοῦ δεσπότου οὐσίαν, καὶ προσκυνοῦμεν τοῦ ἀνθρωπίνου εἴδους αὐτοῦ τὴν ἐμφέρειαν, ἐξ ἧς καὶ εἰς τὸ πρωτότυπον κάλλος τὸν νοῦν ἀναφέρομεν, καὶ δι' ἧς τὴν προσκύνησιν εἰς τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα ἀναπέμπομεν· οὐ γράφομεν θεότητος φύσιν, οὐ σχηματίζομεν τὴν ἀσχημάτιστον οὐσίαν· μὴ πρόσωπον ἴδοι θεοῦ ὁ τοῦτο ἡμᾶς συκοφαντῶν· ἀλλ' ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν· καὶ ὃ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, τοῦτο καὶ ἐν εἰκόσι προσκυνοῦμεν· καὶ ζωγραφοῦμεν τῆς ἀνθρωπότητος τὸ ὁρώμενον, καὶ βλέπομεν τὸν χαρακτῆρα τῆς προσληφθείσης τῷ θεῷ λόγῳ σαρκὸς, καὶ προσκυνοῦμεν τῆς θεανδρικῆς μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα· οὐ προσκυνοῦμεν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ἀλλὰ προσκυνοῦμεν τὸν κτίστην κτισθέντα τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ εἰς κτίσιν ἀταπεινώτως καὶ ἀκαθαιρέτως καταληλυθότα ἵνα τὴν ἡμῶν δοξάσῃ φύσιν, καὶ θείας κοινωνοὺς ἀπεργάσηται τοὺς ἀνθρώπους φύσεως· συμπροσκυνῶ τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ τὴν ἁλουργίδα τοῦ σώματος, ἣν ἐφόρησε· τιμῶ τὴν εὐπρέπειαν τῆς σαρκὸς, ἣν ἐνεδύσατο· οὐχ ὡς ἱμάτιον, οὐδ' ὡς τέταρτον τῆς ἁγίας τριάδος πρόσωπον, ἀλλ' ὡς ὁμόθεον χρηματίσαν, καὶ γενόμενον ὅπερ τὸ χρῖσαν ἀμεταβλήτως· οὐ γὰρ θεότης ἡ φύσις γέγονε τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ὥσπερ ὁ λόγος σὰρξ ἀτρέπτως γέγονε, μείνας ὅπερ ἦν, οὕτω καὶ ἡ σὰρξ λόγος γέγονεν, οὐκ ἀπολέσασα τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, ταυτιζομένη δὲ μᾶλλον πρὸς τὸν λόγον καθ' ὑπόστασιν· διὸ θαῤῥῶν εἰκονίζω τὸν πρὶν ἀόρατον, οὐχ ὡς ἀόρατον, ἀλλ' ὡς ὁρατὸν γενόμενον δι' ἡμᾶς μεθέξει σαρκός τε καὶ αἵματος· οὐ τὴν ἀόρατον εἰκονίζω θεότητα, ἀλλὰ τὴν ὁραθεῖσαν ζωγραφῶ σάρκα· εἰ γὰρ ψυχὴν εἰκονίσαι ἀμήχανον, πόσῳ μᾶλλον θεὸν τὸν καὶ τῇ ψυχῇ δόντα τὸ ἄυλον; *Coloribus exprimimus illam quae visibilis fuit Dei hominis formam: effigiamus materialem Domini substantiam, veneramur humani eius aspectus similitudinem, unde etiam ad originalem pulcritudinem mentem attollimus, atque ita adorationem ad incarnatum nostri causa transmittimus. Non depingimus divinitatis naturam, non figuramus incapacem figurae substantiam. Nec spectaturum se speret faciem Dei, is qui nobis hanc calumniam imponit; sed quod vidimus, testamur; quod oculis nostris spectavimus, et manus nostrae contrectaverunt, hoc etiam in imaginibus adoramus; et humanam partem quae visa fuit depingimus; effigiem aspicimus adsumptae a Deo Verbo carnis, veneramur theandricae formae imaginem. Non adoramus creaturam prae creatore, sed honorem tribuimus creatori qui factus est propter nos creatura, atque ad creaturae statum sine sui deminutione aut destructione descendit, ut nostram honoraret naturam, divinaeque participes naturae homines faceret. Adoro una cum rege Deoque corporis purpuram quam gestavit; honoro carnis decorem quo semet induit; non tamen ceu vestem, neque item ceu quartam Trinitatis sanctae personam, sed tamquam Dei participem, et unum quid cum ungente inmutabiliter effectam. Non enim deitas, conversa est in carnis naturam; sed sicut Verbum caro invertibiliter factum est, sed tamen quod erat permanens; sic etiam caro Verbum facta est, quin tamen id quod erat amitteret; sed unum potius cum Verbo facta secundum hypostasim. Confidenter itaque figuro eum qui antea erat invisibilis; non inquam figuro prout est invisibilis, sed quatenus factus est visibilis propter nos per carnis et sanguinis participationem. Non figuro inquam deitatem, sed eam quae visibilis fuit carnem depingo. Nam si animam figurare nequeo, quanto minus illum qui animam fecit materiae expertem?*

Is autem haec declinans, nihil aliud ait, nisi quod opposita multumque inter se dissidentia, in unum idemque coëunt atque commiscentur, confusa et invicem permutata; ita ut naturae, ob suam in unica persona unionem, vel ambae sint incircumscriptae propter Verbum, vel contra ambae circumscriptae propter carnem; vel quod verius dicetur, neutrum horum, sed aliud quoddam consurrexerit substantiae genus, quod confusio effecerit, et auctoris nostri levitas fabricaverit. Ea quippe confusio dicitur, quae coëuntia destruit, id est nihil horum purum conservat; ita ut neque deitas in eo subiecto maneat neque humanitas. Non itaque inconfusum ille tuetur, nisi utrique naturae, quod eae proprium substantialiter habent, distinctum adtribuat. Quomodo itaque concedemus, id quod ex aliquot diversis componitur, unica appellatione ex partibus denominata denotari atque intelligi? quando scilicet proposito dogmate, proprie exacteque loqui necesse est, ita ut vel totum incircumscriptum, vel circumscriptum totum appellemus. Sic nimirum neque sola anima homo appellabitur aut hominis natura, neque item corpus solum; sed hoc totum ex ambobus, homo est. Sic ne domus quidem proprie ac per se vocabitur lapis aut lignum aut aliud quodlibet eorum unde componitur. Nunc enim seponenda sunt quae per antidoseos figuram efferuntur, vel per synecdochem, vel per Gr. p. 11.
alium tropum dicuntur, utpote quae haud secundum proprium singulorum vocabulorum significatum usurpantur. Haec itaque in Christo quoque observabuntur. Sicut enim Deum solum non dicimus, nec hominem solum, propterea quod utrumque est; ita neque incircumscriptum tantummodo propter Verbum, non enim est tantummodo Verbum; neque circumscriptum tantummodo propter humanitatem, non enim est tantummodo homo; sed utrumque proprie de eo pronunciabitur. Nam sicut idem Deus simul est et homo, ita idem delineari potest, et secus. Hoc verum esse, ex contrariis quoque demonstratur. Non enim eadem praedicata differentes naturae umquam admittent: namque immortale et invisibile, nemo de anima simul et corpore praedicaverit: sic continget in oppositis: etenim mortale ac visibile, nemo de utroque praedicabit. Eodem modo neque quod non possint delineari, de ambabus simul Christi naturis religiose dicetur. Propterea irreligiosus pariter rudisque convincitur is qui haec sentit atque opinatur.

Deinde sic dicit. « Quandoquidem alteram quoque immaterialem naturam « carni copulatam habet, et tamen cum duabus illis naturis unus est; personaque « eius, sive hypostasis, indivisibilis in utraque natura est; non existimamus posse « eum circumscribi; quia et qui figuratur, una persona est; et ille qui personam « illam circumscribit, constat divinam quoque naturam circumscribere, quae ta« men circumscribi nequit (1). » Pervenit hic egregius ad orationis suae caput praecipuum, in quo ceu inevitabili et inexpugnabili valde se iactat ac superbit. Sane haec propositio apud insipientes ac stultos vim roburque obtinet, et ubique decantatur, quasi aliquis facilius possit per aërem sublimis volare, quam ex huius argumenti laqueo semet expedire: putant enim invictam habere vim et inrefutabi-

(1) Contra Mamonam Macarius. Ἡμεῖς εἰ μὲν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ ἐποιοῦμεν, καὶ τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου καὶ ἀΰλου ἐν ὁμοιώματι φθαρτοῦ διατυποῦντες προσεκυνοῦμεν ἀνθρώπου, ὄντως ἂν παραφρονεῖν ἐδοκοῦμεν: *siquidem nos imaginem invisibilis Dei, et maiestatem eius, qui est incorruptibilis et immaterialis, ad similitudinem corruptibilis hominis effigiantes adoraremus, revera insanire videremur.*

lem; idque velut terriculamentum prae se ferentes, pavorem eis iniiciunt, qui inconsiderate et absque examine aures praebent, eosque vinculis implicant insolubilibus; ita ut vel nolentes, persuasione ut ipsimet putant abrepti, adsentiantur. At
* Habac. II. 15. enim vere turbidam subversionem proximo suo propinant *, dum ex cordis sui sensu
* Hier. XXIII. 16. blaterant, non autem ex ore Domini loquuntur *. Sed nunc etiam retibus suis capientur, ex retorto argumento refutationem experientes. Mirari autem par est ruditatis illorum ac stultitiae imbecillitatem et abiectionem, qui his dictionibus tamquam validis ac bene firmis se iactant. Atque in primis observanda est eorumdem stupiditas, quomodo vocabula confundant, indescriptum dico et circumscriptum. Nam quod retro invictus hic et formidabilis auctor " describi ,, aiebat, nunc dicit " circumscribi ,, nullam horum verborum neque agnoscens neque tradens differentiam, sicut iam antea dictum est. Nec mirum ipsos in hoc quoque videri ignaros atque peccare. Iam vero his adeo sapienter ingenioseque dictis, ita nos occurremus.
Gr. p. 15. Atque ad personam quidem quod adtinet et hypostasim, quam ipsi confiteri videntur, quia veluti basim hanc ponunt dogmatis sui, eoque immoto velut fundamento innituntur, unde audaciam sumentes, ad dogmatizandum promptissime excurrunt, consoni nobis concordesque sunt. In naturis itaque vertitur controversia, quas ipsi verbo quidem adfirmant, re vera autem manifeste factisque ipsis de medio tollunt. Etenim dum haerentes illis naturales proprietates differentiasque quibus distinguuntur atque agnoscuntur, dum inquam humanae carni atque naturae circumscriptionem, proprietatem prae ceteris intimam, eripiunt, naturas quoque pariter extinguunt.

Iam vero his amotis, videndum superest, num et ipsa hypostasis sano sensu intellecta ab his producatur. Dicimus ergo, quod si res simplex et incomposita esset Christi hypostasis, ita ut compositio prorsus negaretur, liceret vobis incircumscriptionem de Christo praedicare: huiusmodi enim esse simplicium naturam, nos quoque adsentimur, vanaque est de hac re dubitatio. Sin vero res duplex et composita Christus est (1), ex heterogeneis concurrens, ut Mamonas quoque adfirmat, quid dicemus his qui veritati adversantur? Praeterea si iuxta sermonem vestrum, unam ex Christi naturis incircumscriptam esse in confesso est, divinam dico, necesse est propter unicam personam, et propter naturarum in una hypostasi unionem, alteram quoque naturarum harum, eam scilicet quae nostrae est similis, esse incircumscriptam. Neque enim ita insanietis, ut hanc per se ipsam potiri incircumscriptione dicatis. Quid porro obstabit, quominus nos quoque simili vestrorum sermonum tenore utentes, recto sensu antistrophem usurpemus, vicissimque dicamus, quia altera naturarum harum, humana nimirum, circumscribitur (quod quidem abs quovis sensato conceditur, quoniam et nos ipsi circumscripti sumus, et nostra omnia, peccato excepto, Christus habet) opus esse alteram quoque, divinam scilicet ineffabilemque naturam, ob eandem causam, id est ob unionem hypostaticam, circumscribi; ita ut totum hoc ex deitate et humanitate compositum, circumscriptum sit? Aeque enim divinam atque humanam Christus naturam participat, Deique et hominum mediator factus est. Iam quod aliquibus intermedium est, utrum-

(1) Compositam esse Christi personam, dicit cum ceteris theologis etiam S. Augustinus epist. CXXXVII. 11. ad Volusianum: *persona hominis, mixtura est animae et corporis; persona autem Christi, mixtura est Dei et hominis.*

que, cui interiacet, terminum necessario similiter participabit, neque aliquid plus vel minus ex hoc vel illo, aut habebit aut desiderabit, prout scriptum est *: " quia ,, pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem. ,, Valde igitur constat, circumscribi a vobis immaterialem et indefinitam naturam; quod tamen ne materiali quidem et incarnatae largiri volebatis. Hic enim sermonum vestrorum exitus est, ut quod nobis obiiciebatis, id ipsum in vos retortum sentiatis. * Hebr. II. 14.

Quomodo igitur in divino Verbo immutabilitas servata fuit, vel in nostra natura invertibilitas retenta? quas tamen evangelia praedicant, et sacrorum antistites patres docent: quorum doctrinam deque his rebus sententiam exponendam postea curabimus. Quomodo autem etiam inconfusio, quam adfirmare simulatis, in Christi hypostasi conservabitur? Sed et hoc consideremus: quoniam adsumpta a Verbo natura creata est, itemque corruptibilis, passibilis, eaque caeditur, dolet, aliaque patitur quae naturaliter pati sortita est; num proinde ob hypostaticam cum divina natura unionem, Verbum fit creatum, passibile, corruptibile, et cetera quae servi forma servilisque natura habet? Atque ut paucis totam illorum blasphemiam orationis nostrae series exponat, secundum ipsorum propositionem, Verbum quoque corporatum, de quo haec considerantur, corpus potius confiteri cogentur. Sed dicent: carnem contemplamur Verbo unitam. At audient: et Verbum caro factum est atque crassatum; et intangibile, tactum fuit: neque tamen propterea a suis divinis praerogativis Verbum discessit; neque caro haerentes sibi ab initio proprietates immutavit, neque a propria conditione depulsa est (1). Nam de iis, quae post divinam resurrectionem nova acciderunt, imputribilitatem dico et immortalitatem, si quis repugnat, in sequentibus dissseretur. Corpus quidem, quod nostro simile Dominus adsumpsit, prout sunt cetera corpora, circumscriptum omnino fuit. Quandonam enim ex omni aevo auditum est corpus incircumscriptum? Alioqui de rerum necessariarum numero circumscriptio est. Sicut enim non est corpus absque loco aut tempore, ita neque sine circumscriptione. " Nam locus circumscribit con-,, tinetque corpus; siquidem locus terminus est continentis, quatenus continet ea ,, quae continentur (2). ,, Itaque dicere corpus non circumscribi, idem est ac dicere non esse in loco: quod autem non est in loco, ne corpus quidem est. Quid ergo ex his concluditur? Num corpus non esse corpus? Hoc demum quid aliud est, quam omnes stoliditatis atque amentiae fines praetervehi? Captus est igitur horum dogmatum parens suismet pinnis, versique contra ipsum sunt proprii conatus; exciderunt superba et terribilia argumenta, quorum ipse impetum inevitabilem intolerandumque putabat, visaque sunt a parvulorum balbutie non differre. Reapse haec puerilis mentis sunt propria, neque infantili conditione melius se habent. Gr. p. 16.

Ut autem palam fiat, quònam ipsis sapientiae suae copia evadat, illud etiam praedictis addamus. Sensati cuncti fatentur, passionem omnem corpori nostro a qualibet occasione accidentem, ceu est verberari, feriri, caedi, uri, et quidvis aliud

(1) Egregie Macarius. *Διὰ τῆς εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως, τὸν ἀπερίγραπτον φύσει τῇ θεϊκῇ, περιγραφόμενον ὁρῶμεν τῇ προσλήψει τοῦ ἡμετέρου φυράματος, καὶ τὰ ἰδιώματα τῆς φύσεως ἣν προσείληφεν οἰκειούμενον. In iconica figura eum, qui suapte natura divina incircumscriptus est, circumscriptum videmus propter nostri plasmatis adsumptionem; nec non idiomata naturae, quam adscirit, sibi propria facientem.*

(2) Brevem hanc sententiam excerpsit ex ms. Nicephoro Fr. Turrianus apud Canisium antiq. lect. ed. Basn. T. II. part. 2. p. 14.

eorum quae corpus labefactant aut corrumpunt, veluti adnatam transire in patientem hominem, eiusque ut ita dicam propriam atque intimam fieri. Illa tamen quae a vobis dicitur circumscriptio, id est figuratio, nihil praedictorum habet, quia tota exterior est, neque ullatenus corpus attingit, nisi quatenus speciei tantum et formae figurati communicat. Quia igitur passio magis propria est, quam figuratio et circumscriptio, quae exteriores sunt, neque corpus adficiunt, plane oporteret, iuxta
Gr. p. 17. vestrum ratiocinium, Christum carne passum, cruciatusque propter nos perferentem, non modo carne circumscribi, sed etiam una cum divinitate easdem participare passiones. Nam quod magis proprium est et propinquius, id accidere et fieri, quam quod aliter se habet, aequius est. Cur ergo cum carnem factum Dominum auditis, et filium hominis, et languores expertum, et si quid his simile in divinis scripturis de eo dicitur, cur inquam, quoniam inseparabilis est duarum naturarum unica persona, non simul deprimitis, secundum vestras certe opiniones, ipsius quoque divinitatem? Magis enim qui haec dicit, naturam (divinam) universi reginam imminuit, quam qui in carne eam circumscribit. Sic itaque, si vobis placet, divinitas simul cum carne circumcidetur, simul lapidabitur, crucem quoque pariter sustinebit, commorietur, aliaque perpetietur, quotquot caro pro nobis passa creditur. Verumtamen quis tantopere delirat? Quis ita demens tamque alte in insaniae foveam prolapsus, ut absurdos Deoque hostiles sermones, qui ex vestris propositionibus consequuntur, toleret? Quis tantam adversus Verbum iniuriam aequo animo ferat, nempe ut in sententia vestra dicatur mortuum, circumscriptum, ad tempora-
* gr. χρονικαῖς ἀρχαῖς. les magistratus * pertractum, divinis proprietatibus spoliatum, paterna substantia et gloria alienatum atque divisum? Quid enim vos aliud quam recentem Deum nobis obtruditis, qui novam fidem nunc repente procuditis? Quis feret propriam fidem in hoc proditam, et in rei summa quae nostrûm apprime interest, detrimentum pati? Si ergo ita naturaliter comparatae sunt concurrentes in Christum substantiae, ut proprietates suas invicem permiscentes retorqueant, quoniam Deo patri ac Spiritui consubstantiale Verbum est, utique simul passus fuerit pater itemque Spiritus, simul partu editus (1), simul circumcisus, et reliqua omnia, quae Verbum passum est, expertus dicetur. Atqui haec blasphemia in illorum caput recidat qui impietatis huius semina iecerunt!

Sed aliud quoque libenter admodum his dicemus. Unde vobis, quaeso, potestas haec, ut alias quidem corporis proprietates missas faciatis, circumscriptionem tantum tyrannice auferentes detrahatis? nempe figurationem, dimensionem triplicem, tangibilitatem, organorum dispositionem, atque alia ex quibus circumscriptio conficitur; ita ut si quis aliquid horum subtrahat corpori, corpus quoque ipsum de medio tollat. Negabitur enim, in loco aliquo esse vel limitari, quod idem est ac circumscribi. Id autem dictu etiam ridiculum est. Cur ergo hoc tantum de corpore perire dicitis, ceteras interim proprietates silentio transitis? Atqui apparet, vos hoc uno vocabulo cetera quoque negare: nam si quid eorum desit quae naturam denotant, imperfecta haec videbitur. Quippe si homini desit rationalitas, homo non erit; similiter si mortalitas, erectus incessus, mobilitas, animatio, aut aliud

(1) Cod. συντεθήσεται. Sed corrigo συντεχθήσεται.

quodlibet desideretur hominis naturam constituens ac eiusdem definitionem, homo non erit. Item si equo hinniendi, si cani latrandi, facultas detrahatur, iam neque equus neque canis erit. Sic itaque Christi humanitas si forte aliqua de suis proprietatibus careat, manca natura erit, neque perfectus homo Christus; immo ne Christus quidem erit; sed totum hoc evanescit, nisi circumscribatur ac figuretur. Hoc vero quid aliud est, nisi quod magistri vestri Ariani volunt, carnem tantummodo absque anima a Domino adsumptam (1), atque in hac neque circumscriptum neque substantialiter ei unitum fuisse? Ergo neque nostri plasmatis integritas incolumis fuit. Quomodo vero deliramenta vestra theologi ferent, qui alte clamitant: si dimidius peccavit Adamus, dimidium est tum adsumptum tum salvatum: sin totus Deo unitus est, totus et salvatur. Cr. p. 18.

Ac iam cernite quo usque absurditatis sermo vester procedat. Nam si oporteret iuxta opinionem vestram, sine proprietatibus esse naturam, quod est apprime incredibile, ne alterutri quidem Christi naturae proprietas danda foret. Cur enim carni soli, pro animi vostri libito, proprietatem donatis, non autem alteri quoque naturae largimini? ut magis videlicet demonstraretis vestram erga unicam hypostasim sinceritatem, quod nempe simplici tantum cogitatione (2), pro vestro arbitrio ac facilitate, res ex quibus naturae constant atque agnoscuntur, statuitis; confusionemque et cinnum, aeque ac veteres magistri vestri, imaginamini, Christique mysterium umbraliter pingitis, ut evidentius scilicet atque apertius conficta a vobis quasi hircocervi persona consurgat. Neque video quodnam hoc sit distributionis genus, Verbi tantum incircumscriptionem, ut nobile aliquid et augustum, carni largiri; atque hac dote honorare eam arbitrari, qua se honorari ferendum * ei non sit; ceteris autem praerogativis ceu per invidiam spoliare, et quasi dimidiatam imperfectamque relinquere; ita ut ne honor quidem incolumis maneat, quia non tam honoratur re data, quam ceteris dehonestatur ablatis. Nam nec qui una aliqua re liberalis est, is est benivolus; et qui in multis parce agit, malignus est.

* gr. ἀνεκτόν.

(1) Haeresum adversus theologiam et oeconomiam concinnum breviarium scribit ita Macarius. Καὶ τοὺς μὲν μίαν φύσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν τῆς θεότητος ἀφρόνως λέγειν ἐπλάνησεν ὁ διάβολος· τοὺς δὲ, τρεῖς ὑποστάσεις καὶ φύσεις τοσαύτας διαγορεύειν ἐνόθευσε· καὶ τισὶ μὲν μίαν φύσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ Χριστοῦ· τισὶ δὲ δύο φύσεις, καὶ δύο ὑποστάσεις δοξάζειν ὑπέβαλε· καὶ διὰ τοῦτο ἡ πολυσχιδὴς τῶν ἀνθρώπων διαίρεσις· καὶ ἰουδαϊσμὸς μὲν ἑλληνισμῷ διαμάχεται· ἀρειανισμὸς δὲ σαβελισμῷ· καὶ Νεστόριος ἀντιφέρεται Διοσκόρῳ· καὶ Ἀπολινάριος Εὐνομίῳ· ὁ μὲν γὰρ ἄνουν τινὰ καὶ λογου παντὸς ἐστερημένην ἀνειληφέναι λέγει ψυχὴν τὸν θεὸν λόγον· Εὐνόμιος δὲ καὶ Ἄρειος πάλιν σῶμα μόνον τὸ προσληφθὲν δογματίζουσι· καὶ οἱ μὲν περὶ Μαρκίωνα καὶ Βασιλείδην καὶ Μάνεντα τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ ἄντικρυς ἠρνήθησαν· οἱ δὲ περὶ Παῦλον τὸν σαμοσατέα, καὶ Μάρκελλον, καὶ τὸν τοῦ σκότους υἱὸν Φωτινὸν εἰς τὴν ἐναντίαν ἐκ διαμέτρου βλασφημίαν κατέπεσον, ἄνθρωπον μόνον κηρύττοντες τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν πρὸ αἰώνων ὑπάρχουσαν ἀρνούμενοι θεότητα. *Et alios quidem fefellit diabolus, et unam naturam unamque personam divinitatis insipienter dicerent; alios ut tres personas totidemque naturas praedicarent decepit. Aliis unam naturam personamque unam Christi, aliis vero duas naturas duasque personas putare suasit. Hinc hominum in multas sectas distractio. Et iudaismus quidem cum paganitate pugnat, arianismus cum sabellianismo; Nestorius adversatur Dioscoro, Apollinaris Eunomio; quorum ille animam absque mente et ratione omni carentem a Deo Verbum adsumptam censet; Eunomius autem atque Arius versa vice solum corpus ab eo adsumptum dogmatizant. Et Marcion quidem, Basilides, atque Manes Christi humanitatem diserte negarunt; Paulus vero samosatensis, et Marcellus, et tenebrarum filius Photinus (Lucidus) in contrariam prorsus blasphemiam inciderunt, hominem tantummodo Christum praedicantes, et existentem ante saecula deitatem negantes.*

(2) Ἐν γνώσει, ut loquuntur Iacobitae in colloquio cum Theoriano a me edito. Quippe hi haeretici catholicorum argumentis pressi, eo demum confugiebant, ut duas naturas in Christo mentis suae phantasia contemplarentur, ἐν γνώσει; re tamen ipsa subsistere, plane negarent.

Utique vel haec dos sola (incircumscriptio) carni adiecta sufficit ad quaestionis statum demonstrandum, nempe quod omnino ne carnem quidem esse, apud vos iam constet. Destruere enim hoc pacto arbitramini universae quoque incarnationis rationem, quandoquidem totam phantasiastarum sentinam exhausistis (1). Cur enim propter eius cum Verbo unionem, carni non adtribuitis etiam impassibilitatem, atque ut sit intemporalis, et sine initio, et invisibilis, intangibilis, absque ulla figura, et quaecumque alia in Verbo contemplamur? praesertim quia haec invicem subsequuntur: nam quod est incircumscriptum, idem est invisibile; quod invisibile, idem infinitum; hoc autem incomprehensibile etiam est. Tum quod est impassibile, idem incorruptibile; quod incorruptibile, idem immortale; quod immortale, sempiternum quoque est, ideoque fine carens. Sic itaque se habebit etiam caro, ut tamquam congenita Verbo et substantialiter compacta, atque omnes proprietates adepta, ex quibus Verbi substantia dignoscitur, etiam consubstantialis illi evadat. Immo, si nos
Gr. p. 19. oportet rationabilius, vobiscum congredientes, dicere; quoniam caro, ex sententia vestra, consubstantialis Verbo data est, Verbum autem patri est consubstantiale; sequitur, iuxta ratiocinium vestrum, ut caro patri quoque sit consubstantialis, itemque Spiritui. In tantum vos impietatis barathrum speciosa haec et praeclara incircumscriptio proiecit! Sed et illud addam, aliter etiam Mamonae nostri sermonem in extremam desinere impietatem: certe in quantam irreligionem abripiat, hinc noscemus. Namque hi sicut circa incarnationem in ipsa rei summa aberrant, ita etiam in doctrina de ipso Deo offendentes, capitalis criminis rei suismet capti laqueis incautissime deprehendentur. Etenim talione quodammodo relationes alternare in utraque re cernuntur.

21. Nam sicut in incarnatione copulantur naturae ad hypostasim, ita discernuntur in Trinitate hypostases propter personales proprietates. Vicissim copulantur in Trinitate hypostases, ob eandem in his naturam; discernuntur * autem naturae in incarnatione, propter substantiae differentiam, factae individuae. Sicut ergo hi non adsignant peculiares naturarum in incarnatione proprietates, quae illas ab heterogeneis secernant, ita ne in Trinitate quidem distinctas omnino exhibebunt hypostaseon notas, quae ipsas hypostases in una eademque substantia * spectatas inter se distinguunt. Atque ut illic de hypostasi, ita heic de natura rixabuntur: siquidem proprietatum apud ipsos non videtur fieri distinctio. Quid ergo ad haec dicimus? Nempe quod si iuxta illorum propositiones, propter unionem cum Verbo, oportet carnem esse incircumscriptam; necesse est e contrario, quoniam oppositam rationem res incarnationis habent, idem consequi flagitium, sicut sermo noster decurrens demonstrabit. Nam si pater est ingenitus, filius autem genitus; erit propter unam eandemque naturam, secundum quam indifferentia et aequalitas in ambobus spectatur, erit inquam pater quoque genitus: vel alioqui filius ingenitus; idemque sermo de Spiritu etiam sancto valebit. Hoc autem quid dici potest scelestius et irreligiosius? Sed iam adeo absurdis omissis, ad reliquas sermonis partes pergamus.

* gr. διακέκρινται.

* adde gr. ουσίαν.

(1) Contra iconomachos, qui viam sternebant phantasiastis, ita Macarius. Τί θύραν τοῖς δοκισταῖς ὑπανοίγοις, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἀνατρέπει; μυστήριον; τί καινὴν καὶ πονηρὰν νομοθετεῖς νομοθεσίαν, ὁ τῆς χάριτος ἀνάξιος, τὸ πονηρὸν τῆς μανιχαϊκῆς αἱρέσεως ἀποκύημα; *cur fores phantasiastis patefacis, et incarnationis mysterium subruis? Cur novam pravamque regulam invehis, o homo gratia indigne, o infelix manichaeae haereseos partus?*

22. Prosequitur ergo Mamonas. „ Quoniam post illam unionem indivisa est „ actio, sicut in dogmate confitemur. Et quamquam solius carnis imaginem facit (artifex), attamen etiam personam carni propriam dat. Fitque hoc in tota „ divinitate monstrum, id est tres in divinitate personae, et una humanitatis; „ quod profecto perversum est (1). „ Sus deque unionem decantat, quam inseparabilem hic sapiens dicit, ut per illam videatur dogma suum roborare, atque ita humanitatem Christi obumbrare. Idcirco ait: etiamsi solius carnis imaginem facit. Atque hoc loco sapiens illud oraculum recitandum est *: " sapientia carens incre- * Prov. X. 17. gr.
,, patione, errat; et sapientia insensati, inexplicabilia verba. Et, vae iis qui apud ,, se ipsos sapientes sunt, et iudicio proprio prudentes! Quia infatuata est insipiens ,, ipsorum anima, et excaecata mentis consilia *. ,, Namque a veritate rectorum * Eccli. XXI. 21 Gr. p. 20.
ecclesiae dogmatum denique excidunt: neque emicantes ex suarum propositionibus absurditates praevident, in quale videlicet eos pertrahant praecipitium: nihilque ipsi magis student, quam ignorantiam condiscere; et quidem suo ipsorum opprobrio gloriantur; quorum revera gloria est in eorumdem ignominia *. Atqui ego huic ita * Philip. III. 19.
contendenti, et cuilibet paria opinari volenti sic occurram: tu ergo, quandoquidem duas naturas esse definis, utram harum confiteris in Christi forma, et in persona quae cernitur atque apparet? Si divinam dixeris, tunc visibilem esse adfirmas Verbi alioqui incomprehensibilem atque invisibilem deitatem; quod perinde est ac si dicas circumscriptam. Namque omne quod cernitur, circumscriptum est ac definitum, quia videlicet sub sensus cadit: quodque adtribuere carni noluisti, id in divinam naturam proiicis. Neque sane vitabis blasphemiam, neque de crimine dementiae reus non eris; quia post hoc eximium studium tuum, dum visibile esse invisibile, circumscriptum esse incircumscriptum demonstrare vis, cogitationum tuarum vanitate deceptus, in contrarium sensum verba tua convertisti. Nam quod est invisibile, contra fit visibile; et incircumscriptum, te dicente fit circumscriptum.

At si forte dicere id non audeas, humanam tantummodo visibilem naturam Christo adtribues. Atque ut similem orationi tuae contradictionem faciamus, hypostasim tu divisisti, simplicemque hominem Christum esse definisti, magisque perspicue atque evidenter quaternitatem effecisti. Propriam enim personam carni adtribuisti, nihilque aliud quam creaturam Christum fecisti, ita ut deitas in eo non sit, perfectiusque et firmius circumscripsisti; idque prave admodum et fallaciter. Captus itaque es tuismet implicitus artificiis. Nam quo pacto deinceps nestorianae insaniae divisionisque absurditatem vitabis? manifeste enim in hanc incidisti. Siquidem Nestorius hanc ob causam hypostaticam unionem confiteri in Christo recusat, sed benivolentia potius et relatione hanc confici blaterat, ceu si divina natura non admittat aliam unionis personam, propter incircumscriptionem. Quo fit, ut nec proprie deiparam sanctam Virginem sed hominiparam extitisse futiliter dicat. Deinde Christi miraculis simul et cruciatibus tibi obiectis, quid ais? Quoniam incircumscriptum est Verbum, pariterque incircumscriptam carnem ais, utrique omnino ambo adtribues, miracula atque cruciatus, Verbo utique et carni; non autem singillatim ac particulatim, quia non alternant proprietatem Verbum et caro, quod ad-

(1) Recole dictum a Macario p. 26. n. 1.

5

tinet ad incircumscriptionem. Id vero non impium tantummodo, sed stolidum quoque erit: nemo enim cordatus pronunciabit, vel Verbum cruciatus pati, vel carnis esse miracula existimabit (1). Quippe haec haud carnis virtus efficit, sed uniti Verbi omnipotens atque efficax patrat per carnem operatio. Vel certe apud te cruciatus Gr. p. 21. aeque ac miracula evanescent. Nam si carnem incircumscriptam esse concedamus, ea cruciatus subire non poterit. Quomodo igitur blasphemiam vitabis? Undique te circumambit ampla et hians impietatis fovea. Profecto iustum congruumque est, ut is qui miracula Verbo adsignat, idque incircumscriptum confitetur, idem si convenienti analogia carni pariter cruciatus adtribuit, hanc circumscriptam esse existimet. Sic enim oportet naturae utrique quod proprium ac peculiare est adscribere.

23. Deinde ait. « Quia carni, et quidem soli, propriam circumscribit per« sonam simplicis hominis. » Quod si forte non circumscribat, quid tibi eveniet? Ut eadem tecum loquendi formula utar, sic propriam personam adsignabit seorsum nudi ac solius Verbi, divisam ac separatam a Christi humanitate, quae vere est circumscripta, ut cunctis recte sentientibus constat, et copiose antea demonstratum fuit. Et ecce tibi hinc denuo consurgit quaternitas, quia separata est a Verbo iuxta tuum ratiocinium humanitas, nihiloque minus abit in partes Christus, additurque a te persona vivificae venerandaeque Trinitati. Scilicet ita effrenem adversus Christi oeconomiam hic eius hostis vibrans linguam repugnantes sermones effutit; et novis plurimisque argumentis semet ipse decipiens, totum mendacii errorem complexus, abhinc fabulis componendis indulget, praestigias comminiscitur, easque vana garrulitate contexit, suamque animam phantasmatibus replet; ut sic blasphemia impietatem, praestigiae vesaniam scribentis, nec non illorum qui sermonem eius recipiunt, manifestam omnibus faciant.

Quid enim ait in subsequentibus sermonem continuans? « Nempe personam « efformans (imaginum artifex), Christum faciens simplicem creaturam, et ut « divina natura in eo non sit. » Verba sunt ista praepotentiae ac ruditatis, ex quarum utrâque genita et conflata impietas contra irreprehensibilem nostram iuvenatur fidem, et recta dogmata oppugnat. Atqui adversus hos ructus, ut patrum verbis utar qui in huius sapientis invehuntur inscitiam, nonne silere satius sit? * Prov. XXVI. 4. " Ne respondeas enim stulto secundum stultitiam suam * ", scriptum est. Attamen ne hi falso crediti sapientes apostasiaeque defensores causam piorum patrocinio destitutam videantur invadere, invictam suam mendacii vanitatisque doctrinam putantes; propterea, etsi turpe est atque indecorum cum adeo debili ac superabili hoste confligere, nihilominus communi hominum sensu utentes, excogitatas ab istis adversus veritatem machinas atque fraudes, quas stulte contra ipsam et inconsiderate in aciem educunt, naviter admodum oppugnabimus. Quippe in stolidissima et absurda consilia abeunt, eo quò non decet provecti; et carnis suae mentem vane Gr. p. 22. inflatam gerentes, ea quae nemo cordatus scivit, neque ipsa rerum natura agnoscit, decernunt. Nam praeter impietatem, incredibilitatem quoque comitem habent: unum scopum spectantes, omne studium adhibentes, omnem lapidem (gr. rudentem) ut ita dicam moventes, ut nimirum subruant, prout sperant, Christi oeconomiae my-

(1) Macarius: ὁρῶμεν τὰ θαύματα, καὶ νοοῦμεν τὴν θεότητα· βλέπομεν τὰ παθήματα, καὶ πιστεύομεν τὴν ἀνθρωπότητα: *spectamus miracula, et intelligimus deitatem. Cernimus cruciatus, et credimus humanitatem.*

sterium; atque hoc incircumscriptionis praetextu, venerandae eius formae imaginem aboleant. Sed merito diceret contra eos divinum proverbium *: " qui innititur ,, mendaciis, hic ventos pascit; idemque persequitur aves volantes, et congregat ,, manibus sterilitatem. ,, Compingunt enim somniantium instar falsitates, quas ipsis ratiociniorum pravitas, et vana atque fallacia impurae animae spectra suggerunt. Nam quod mente deerrantes, quam reprobam gerunt, longe a veritate rectaque via recedant, neque a praestigiis cessent, neque vanitates illas conflare omittant, nemo credo religiosus et suae mentis compos non adsentietur. * Prov. X. 4.

Sed age dicant, undenam magnus ipsorum magister haec accepta habeat? Nam si quidem a divinitus datis Spiritûs oraculis, vel a divina scientia instructorum patrum nostrorum magisterio, demonstrent ubinam, et nos ultro silebimus. Sin potius Mamonas ex suo cerebro loquitur, unde etiam rei falsitas pendet, quis ei auscultabit stulta dicenti? Quis adeo mente praecordiisque destituitur, ut concedat, eum qui Christum figurat, efficere hunc simplicem creaturam, vel a divina separare natura? Ubinam telluris marisve auditus est aliquis aut prisci aut nostri temporis homo, cui vel in mentem haec venerint, vel compositum a Mamona portentum hoc (quod fabulis novis delirans farsit) persuaderi potuerit? Nam quae oratio talia admittere coget? quaenam syllogismorum vis, vel fraudulentorum verborum suasiones? Nam si oportet, istorum hominum dolo discusso, veritatem ipsam adtingere, dicimus eum qui figurat, unire potius, dum creaturam visibilem corpusque per omnia nobis simile effigiat; neque aliquid deminuere vel distrahere a Christo, sed ei potius admovere tum ratiocinio suo tum relatione; et sive naturas quis dicat, sive aliud, ea res certe unionem constringit. Non enim humana tantummodo Christi species, tum ob refricatam memoriam tum propter archetypi assimilationem, visibilis exhibetur; sed et ipsum Verbum, quamquam neque circumscribitur neque figuratur, quia suapte natura invisibile est et omnino incomprehensibile, nihilominus quia unum hypostatice est atque individuum, idcirco in memoriam nostram simul revocatur. Atqui hoc ipsum pergrave est istis et iniucundissimum, quia aegre ferunt Christum in imagine etiam spectatum (1). Sic itaque et Mamonas animo exasperatus ad Christi mentionem, totam suam ferocitatem rabiemque contra memorialem iconem effundit. Licet ergo his ita animo adfectis, tum etiam cum sacrorum evangeliorum oracula audiunt, quae nexu quodam cum praedictis sociantur (2), quia parem significationis vim habent (in utrisque enim, icone scilicet ac lectione, idem argumentum versatur, eademque historia a primordiis usque spectatur) licet his, inquam, si quid ea humanum circa Christi oeconomiam docent, paria cogitare, atque ita intelligere ceu si veluti creaturam nobis Christum obiicerent; et quasi eum a Verbo seiungerent, idcirco evangelia proscribere atque abolere; dicente praesertim Iudaeorum turbis Domino: " cur me interficere quaeritis, hominem qui veritatem vobis ,, locutus sum *? Item: filius hominis traditur ad crucifigendum *. ,, His quippe locutionibus humilis eius et pauper status repraesentatur. Quicquid denique passionem et crucem nobis commemorat, deridere licebit atque contemnere. At enim nemo cordatus ita cogitabit aut dicet. Ergo et contemptus imaginum eadem absurditate laborat. Gr. p. 236 * Ioh. VIII. 40. * Matth. XXVI. 2.

(1) Dictum hoc contra iconoclastas non semel intorquet Nicephorus.

(2) Legesis de hac re Hadriani I. papae epistolam, de qua mox loquemur, tom. cit. col. 941. Item col. 953.

Quid ergo dicimus? Nempe ut ubique futilis hic theologus a veritate declinat, ita heic quoque manifeste labitur. Agesis hoc etiam animadverte: sicut hic in superioribus mendacio implicitus, et contra se ipsum sapiens aiebat, ut bene res se habeat, opus esse figuram consubstantialem esse figurato, nesciens vel non concedens differentiam in ipsis, velut neque animati et inanimati, neque rationalis et irrationalis, vel aliarum rerum plane inter se distinctarum diversitatem agnoscens; ex quo sententiam eius apparet infirmam esse et instabilem *; sic in his etiam, eadem mente utens, theologiae suae mythologiam multo enimvero acumine ac mentis sobrietate exquisite admiscens, perinde habet prototypum et eius simulamentum. Ac sicuti inter sanctum et pollutum non vult distinguere; ne inter haec quidem discernere patitur, et ne summis quidem labris doctrinam hanc delibare. Nam qui ob factam imaginem, dividi Christum putat, nihil aliud arbitratur, nisi Christum ab imagine sua non differre, sed ambo esse unum. Secus, si haec novisset discernere, res sacras et cultu dignas non damnasset. At enim vana gloria, et mundi stultitia victus, nimis sui amans et cupiditatibus mersus, animam gerit obtenebratam, veritatisque lumine caret, nihil praeter visibilia sciens atque imaginans. Nam terrenus totus, et humi pronus, abditam reconditamque in sacris rebus gratiam non agnoscit, utpote qui intra materiam tantum et creaturas mentem continet.

* gr. ἀστάθμητον.

Age vero si quis, aeque ac iste sapientissimus atque acutissimus, ita cogitare et profiteri decrevit, interrogantibus nobis respondeat, ac porro det operam ut agnoscat quousque propositiones illius evadant. Dicat enim nobis primum, num ab aliquo christiano ita opinante didicerit? Profecto nec adfirmare id poterit, nec demonstrare: suum enim ipsius et artificium et maleficium sine dubio iamdiu prae se fert. Verumtamen, qua vi, quove modo, haec inter se componere vult hic dogmatum novorum inventor? Si enim Christus figuratus creatura tantum remanet, divinaeque expers naturae quia haec incircumscripta est, multo id prius pati debuit, cum est incarnatus; quatenus adsumpta a Verbo caro, magis propria eius est, quam imago archetypi: quandoquidem ea quae figurando fit imitatio non bene servabitur, nisi exemplari quoad fieri potest assimiletur. Quomodo enim quod ad alicuius imitationem similitudinemque fit, agere aliquid aut pati poterit, nisi antea id cuius est imitatio, ita se habeat? Quod si haec dicere, summa dementia impietasque est, quid ni et illa in vesania summa versentur? Nam si quis illa vera esse dicat, prorsus sermonis necessario nexu, quoniam vere hominibus visibilis fuit cum inter nos apparuit Christus (quamquam fieri nequit ut divina natura conspiciatur) sequitur inquam ut quia divina natura non est conspicua, id quod cernitur, creatura potiore iure tantummodo sit, divina ibi non existente natura. Iam vero quatenus primitus ab hominibus conspectus fuit, eatenus etiam figurari debuit; nam nisi quis viderit, ne figuram quidem efficiet. Quod si criminantur ob dictas causas pictorem, quid ni multo magis eum qui conspectus est? siquidem ob id potissimum unica Christi se subduxit persona, nihilque aliud quam creatura superfuit.

Gr. p. 21.

24. Quod si a credente quodam exoratus Christus, divinum vultum suum in linteo expressum misit (1), cur aliis eundem figurantibus dica temere scribitur?

(1) Eusebius hist. eccl. lib. I. 13. inscriptas nominibus Christi domini et Abgari reguli edesseni mutuas epistolas recitat; missae tamen iconis non meminit; quod tamen diserte facit antiquissimus auctor

Deinde et hoc sciscitari aequum est. Itane natura comparatus Christus ut haec pati posset, passus est, nec ne? Si suapte natura haec pati non poterat, plane errat et insanit, qui ea criminatur, summaque pravitate et vesania labor eius redundat. Nam contra rerum naturam contendere eum apparet, et ei rationi ipsi qua res quaeque existit obluctari. Nam quod existere nequit, is decernit necessario existere: et quod fieri naturaliter nequit, consentaneum esse ut fiat adfirmat. Si ergo ita natura comparatus sit Christus, temere reprehenditur pictor aut spectator: neque enim quia pictor pingit, et quia videns videt, praedicta contigerunt, sed propter visum atque depictum, id est propter eum cui talia naturaliter inerant. Itaque ipse potius qui visus fuit et pictus, quique abundantia suae erga homines benignitatis semet humiliavit, visibilemque et delineatum nobis semet in sua exinanitione obtulit, ipse inquam et divisionis suae, et ad simplicis creaturae conditionem demissionis, causa potissima extitisset. Ex quo videtur novum quoddam accusationis genus Christo conflari; ita ut quas ob causas ceu benefactor honorandus esset atque adorandus, indidem potius vituperatio illi et contumelia contingeret. Gratia autem incarnationis, in dedecoris atque ignominiae materiam cederet. Quod haec igitur magis quam ipsa crucis passio, secundum adversariorum argumenta, inhonesta essent et irreligiosa, iam in superioribus satis dictum est.

Atqui etiamsi in his adversarii victi discederent, in promptu est illis ad blasphemiam fulciendam argumentum aliud, nempe quod Verbum una cum carne in imagine circumscribi necesse sit: quod ubique bucinantes, malam prioribus appendicem subtexunt. Atqui ad haec quoque dicendum est: num in propria ineffabili natura circumscriptum fuit Verbum cum corpus adsumpsit, an secus? Si circumscriptum fuit, concedatur id fieri tunc etiam cum figuratur. Sin minus, quae ratio cogit dicere, Verbum figuratum prout est in carne, circumscribi? Quod enim non est passum, dum circumscriptam sumeret carnem, quomodo dum eius caro pingitur, illud patietur? Attamen etiamsi ita publice coarguti, quod insana et contumeliosa adversus sanctam nostram commentati sint confessionem, nihilominus hoc uno ex absurdis argumentis suis vanitatem proprii dogmatis se confirmare putabant; ut Gr. p. 25.

Moyses Chorenensis hist. Arm. lib. II. 32. Item eius iconis meminit Hadrianus I. PP. cum suo decessore Stephano, in celebri ad Carolum magnum epistola pro secunda nicaena synodo adversus carolinos libros (quibus inanes suppetias tulerunt conventus parisiensis episcopi Concil. Gall. Supplem. T. I.) citata etiam trium patriarcharum Alexandriae, Antiochiae, et Hierosolymorum synodica (Labb. concil. ed. vet. T. VII. col. 923.) Accedunt autem testes Evagrius, Ioh. damascenus, Syncellus, Cedrenus. — Sed etiamsi nos praetermittimus de epistolis illis et de icone edessena criticam disquisitionem; sunt ea certe luculentissima quae pro ss. imaginum perpetuo apud ecclesiam romanam cultu scribit Hadrianus in dicta epistola p. 944, ubi de conciliis romanis pro eo dogmate celebratis; praesertim vero col. 955-958, ubi romanos pontifices copiose enumerat, qui Christi et sanctorum imaginibus tum pictis tum etiam musivo opere ac pretioso metallo expressis urbanas basilicas oppleverunt (quem Hadriani locum utinam sacri antiquarii non negligant, heterodoxi vero iconomachi cum fructu aliquo legant!) Porro inter pontifices, utroque epistolae loco, prope eminet Gregorius iunior sive secundus, cuius egregiam de ss. imaginum honesto ac moderato honore doctrinam feliciter nos protulimus ex ineditis Albini collectaneis in Spicilegio rom. T. VI. praef. p. XV. Idem hoc dogma tanta firmitate tenebat, ut scribens ad Leonem et Constantinum impp. haereticos dicat: « pro » sacris imaginibus omnia et ipsa nostra tradimus, si contigerit, corpora. » Denique cur praecipue romani pontifices hunc quoque religiosum articulum defenderint, causam adfert ex quarta synodo Hadrianus, quod nempe: « fidem nos a nostris maioribus traditam debemus cum omni competenti devotione defen- » dere, et dignitatem propriae venerationis beato apostolo Petro intemeratam et in nostris temporibus » conservare: quatenus beatissimus romanae civitatis episcopus, cui principatum super omnes antiquitas » contulit, locum habeat ac facultatem de fide et sacerdotibus iudicare. »

deinde universam controversiam sic obtinerent, planeque fallacem eum ostenderent
* Ioh. I. 14. qui dixit: " Verbum caro factum est, et habitavit in nobis *. ,, Item eum qui scripsit: " quia pueri communicaverunt sanguini et carni, et ipse similiter eisdem par-
* Hebr. II. 14. ,, ticipavit *. ,, Nec non quotquot alia nobis ab evangelica praedicatione tradita sunt. Sed enim absurda haec et irrationabilia ex absurditate scribentis profecta, ipsius vere aliorumque eidem aurem praebentium insaniae conveniunt.

Illud quoque dicendum est, sacram nempe Servatoris imaginem, prout hactenus disputata docent, res archetypi participare; quod ex ipsis istorum operibus manifestum fit. Sicut enim quicquid a Christi hostibus patitur eius imago iniuriis appetita et deiecta, propter ipsum reapse archetypum patitur; quia hi ut Christum offendant, id agunt; ita analogice et consentanee, ut facili ratiocinio quisque agnoscet, gratiam merito quandam atque virtutem vicissim ex archetypo imago participat (1). Quippe molestus est ipsis Christus in imagine etiam spectatus. Sicut enim Iudaeis priscis gravis erat Christus in carne conspectus, ita ut iustum hunc non
* Ioh. X. 24. ferentes, modo dixerint: quousque animam nostram suspendis *? modo plurimis calumniis circumvenerint, deinde ad extremum turpissima nece adfecerint; sic hodiernis etiam Iudaeis, in veneranda effigie sua intolerabilis Christus videtur, qui in se ipsis Iudaeorum imaginem atque imitationem gerentes, Christi imagini irascuntur; et aeque ac illi iniuriis plurimis conviciisque adpetunt, postremoque violenter destruunt, Iudaeorum scilicet consectanei et scelesti.

25. Quoniam vero de Domini incarnatione nobis sermo est, haud intempestivum putamus hoc etiam praedictis adiungere; et primo quidem probatam nobis immo ipsi veritati doctrinam exponere, deinde etiam adversariorum sententiam quatenus recta vel distorta sit, considerare (2). Nos enim sicut a divinitus loquentibus

(1) Miros hac super re locos veterum patrum recitat Hadrianus ep. cit. p. 942. 943.

(2) Egregiam Christi domini oeconomiae descriptionem dat in praedicta oratione Macarius, cuius verba heic ponere nos non piget. Τὸν μονογενῆ λόγον δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπῆσαι κηρύττομεν, καὶ τὴν ἡμῶν ἀνάπλασιν ἀπεργάσασθαι· καὶ προαιώνιον αὐτὸν εἰδότες κατὰ τὴν θεότητα, ἔγχρονον κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα γινώσκομεν· δύο φέροντα φύσεις ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει· ὅλον τὸν αὐτὸν θεὸν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον· θεὸν σεσαρκωμένον ἐναργῶς· οὐ κατὰ φαντασίαν ἢ δόκησιν, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ πράγματι· οὐ τραπέντα τὴν θεότητα, ἀλλὰ προσλαβόντα τὴν ἀνθρωπότητα, σάρκα δηλαδὴ ἠμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ· οὐ γὰρ μόνην ἠμπέσχετο σάρκα ψυχῆς ἐρήμην τῆς λογικῆς. ἀλλὰ γεγέννηται κατὰ ἀλήθειαν ἐκ γυναικὸς, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ ἐστὶν ὥσπερ ἐν θεότητι τελειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· οὐκ ἐκ μόνης θεότητος καὶ σαρκὸς εἰς ἕνα Χριστὸν καὶ κύριον καὶ υἱὸν συγκείμενος, ἀλλ' ἐκ δυοῖν τελείων, ἀνθρωπότητος δὴ λέγω καὶ θεότητος, εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν παραδόξως συνδεόμενος· οὐ σύγχυσιν δια τὴν ἕνωσιν οὐδὲ φυρμὸν ὑπομείνας. οὐ διαίρεσιν διὰ τὸ ἄφυρτον οὐδὲ χωρισμὸν εἰσδεχόμενος· ἀλλὰ καὶ τὴν σύνθεσιν δὲ λέγω τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν δύο τελείων φύσεων ἄτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον καὶ ἀναλλοίωτον καὶ ἀδιαίρετον καὶ ἀδιάσπαστον ἕνωσιν· οὐ γὰρ μίαν σύνθετον φύσιν φρονοῦμεν, ἀλλὰ μίαν συνθετον ὑπόστασιν ὁμολογοῦμεν. καὶ ἀχώριστον κεκτημένην τὴν τῶν φύσεων συνδρομὴν, καὶ ἀσύγχυτα τούτων φυλάττουσαν τὰ ἰδιώματα· οὔτε γὰρ ὡς ἄφυρτον ἔχοντα τὰ συνελθοντα τὴν ἕνωσιν, καὶ χωριστὰ λοιπὸν ἀπ' ἀλλήλων πέφυκεν· οὔτε ὡς ἀδιαίρετον κεκτημένα τὴν σύναψιν καὶ σύγχυσιν τινὰ τοπαράπαν ὑφίσταται· ἀλλ' ἔμεινε μὲν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀκραιφνῆ καθ' ἑαυτὰ τῆς φύσεως ἑκατέρας τὰ ἴδια, αἱ θελήσεις δηλαδὴ, αἱ ἐνέργειαι, τὸ παθητὸν τῆς σαρκὸς, τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος· διεφυλάχθη δὲ καὶ τὸ ἀδιαίρετον ἀλλήλων καὶ εἰς αἰῶνας ἀχώριστον τῆς τε κτιστῆς καὶ τῆς ἀκτίστου οὐσίας, τῆς περιγραπτῆς καὶ τῆς ἀπεριγράπτου φύσεως· εἰ γὰρ καὶ πέπονθεν ὁ μονογενὴς ἐξ ἀσθενείας σαρκὸς, ἀλλ' ἔμεινεν ἀπαθὴς ἐκ δυνάμεως θεότητος· εἰ καὶ ἤλγησεν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἐν σταυρῷ προσηλώσει καὶ διατάσει καὶ οὕτως ἀπέθανεν, ἀλλ' ἐθελούσιον ἦν αὐτῷ καὶ τὸ πάθος καὶ τὸ ἄλγος καὶ τὸ ἀποθανεῖν· ἔπασχεν ἡ σάρξ. ἤλγει φυσικῶς ἡ ψυχὴ διὰ τὴν συνάφειαν· ἐξ αὐτῆς γὰρ ἡ αἴσθησις τῇ σαρκί· καὶ ἡ θεότης ἐν ἀμφοτέροις οὐκ ἔπασχεν οὐδὲ ἤλγει, ἐπεὶ τῶν τοιούτων ὑπέρτερον τὸ θεῖον· ἡ ψυχὴ διῄρητο τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ἡ θεότης ἐξ ἀμφοῖν ἀδιαίρετος ἦν· ταύτῃ τοι καὶ παθὼν καὶ ἀποθανὼν καὶ ταφεὶς ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀπετειναξατο τὴν φθορὰν καὶ τὰ τῆς φθορᾶς· καὶ μετασκευάσας αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ τὴν οἰκείαν ψυχὴν κατ' ἐξουσίαν ὡς θεὸς προσλαβόμενος, ἀνέστη τριήμερος· καὶ μενει

instituti fuimus, unum eundemque Christum ac Deum, duplicem confiteri didicimus; nempe et Deum sine initio, intemporalem, et absque corpore, propter suam cum Deo patre consubstantialem naturam; itemque in tempore et corporaliter ho-

θεὸς μετὰ σαρκὸς καὶ ψυχῆς εἰς αἰῶνας ἀχώριστος, οὐκέτι παθητὸν ἔχων τὸ πρόσλημμα· εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστον, φησιν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν· τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως τὴν θέωσιν δεξάμενον τοῦ σωτῆρος ἀνθρώπινον, τὸ παθητὸν εὐθὺς οὐκ ἀπεβάλετο διὰ τὴν τῆς οἰκονομίας ἐκπλήρωσιν· ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει, καὶ τοῦτό γε ἀπεκδυσάμενον, ἀνενδεὲς καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀθάνατον ἀποκατέστη· οὐ μέν τοι καὶ ἄκτιστον, οὐδ' ἀόρατον, οὐδ' ἀπερίγραπτον· ταῦτα γὰρ μόνης ἴδια θεότητος· κἀντεῦθεν γοῦν καὶ τὸ διάφορον τῶν φύσεων τοῦ θεανθρώπου δεσπότου, καὶ τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου εἰς αἰῶνας γινώσκεται· οὐδὲν γὰρ ὧν προσείληφε τῶν ἡμετέρων, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπέθετο, οὐ τὸ σῶμα, οὐ τὴν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ σῶμα περιγραπτὸν ἔχων, καὶ ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοεράν, θελητικήν τε καὶ ἐνεργητικὴν κεκτημένος, εἰς οὐρανὸν ἀνεφοίτησε· καὶ οὕτως ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς κάθηται, θέλων θεϊκῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ ἐνεργῶν καθ' ἑκάτερα· θεϊκῶς μὲν τοὺς ἐκλεκτοὺς ὡς πλάσματα οἰκειούμενος, ἀνθρωπίνως δὲ τούτους ὡς ἀδελφοὺς προσδεχόμενος· ὥσπερ γοῦν τὸ ἀναβῆναι ἐκ γῆς εἰς οὐρανόν, καὶ καταβῆναι παλιν, ἐνέργιαί εἰσι περιγραφομένου σώματος, οὕτω καὶ τὸ ὁραθῆναι τῆς κτιστῆς ἐστι φύσεως κ. τ. λ. Θεσμοὺς γὰρ ἐκκλησίας πατρικοὺς διαφυλάττοντες καὶ παραδόσεις ἀποστολικὰς κρατύνοντες, τὴν τοῦ λόγου σάρκωσιν ἀνακηρύττομεν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον ἔργοις καὶ λόγοις βεβαιοῦμεν πίστιν. *Unigenitum filium Verbum propter nos factum hominem, nostrumque sibi plasma adsumpsisse, praedicamus: quumque eum ante saecula divinitate esse sciamus, temporalem humanitate agnoscimus; duas habentem naturas in una persona, eumdem totum Deum, eumdemque hominem totum; Deum omnino incarnatum, non phantastice aut apparenter, sed ipso facto ac veritate; non immutata divinitate, sed adsumpta humanitate, carne videlicet animata, id est animae rationalis et intellectualis compote: non enim carnem tantummodo sibi induit, quae rationali anima careret, sed revera genitus fuit ex muliere, servi formam adsciscens: atque ut divinitate perfectus est, ita etiam humanitate perfectus; haud ex sola divinitate et carne in unum Christum et dominum ac filium concretus, sed ex duabus perfectis naturis, humanitate videlicet et divinitate in unum idemque mirabiliter copulatus: non confusionem passus propter unionem, neque mixturam, neque divisionem aut separationem propter distinctas naturas experiens: sed coniunctionem inconfusam, et unionem inseparabilem retinens. Coniunctionem vero dicimus illam, quae fit duarum perfectarum naturarum in una persona; inconvertibilem, inconfusam, immutabilem, indivisibilem, inseparabilem inquam unionem. Non enim unicam compositam naturam credimus, sed unicam compositam personam confitemur, quae inseparabile retinet naturarum vinculum, et inconfusas harum conservat proprietates. Nec quia partes concurrentes inconfuse uniuntur, idcirco invicem separari deinceps queunt: nec quia inseparabilem coniunctionem habent, idcirco ullatenus confusio confit: sed manent etiam post unionem inviolatae singillatim naturae utriusque proprietates, voluntates nimirum et operationes; carnis passibilitas, deitatis impassibilitas. Incolumis item est mutua inseparabilitas ac sempiterna indivisibilitas, creatae scilicet et increatae substantiae, circumscriptae et incircumscriptae naturae. Etiamsi enim passus est Unigenitus ob carnis infirmitatem, idem mansit impassibilis divinitatis virtute. Quod si doluit pro nobis in cruce ob clavorum fixuram et spasmum atque ita obiit, attamen voluntarii ei fuerunt dolor ac passio et ipsa mors. Patiebatur caro, dolebat naturaliter anima propter coniunctionem; illinc enim fit sensus carni: attamen in utraque impassibilis erat et absque dolore deitas; quia Dei natura his excelsior est. Separata est a carne anima, sed deitas in utraque indivisibiliter mansit. Propterea patiens moriensque et sepultus dominus noster Iesus Christus, corruptionem corruptionisque effectum vitavit; suoque ad imputribilitatem corpore transformato, animam item pro sua divina potestate resumens, tertia ab obitu die resurrexit: manetque cum carne et anima Deus per saecula indivisibilis; adsumptam partem haud ulterius habens passibilem. Etsi enim cognovimus secundum carnem Christum, inquit apostolus *, sed nunc iam non novimus. Olim certe Servatoris humanitas, quae ob unionem fuit deificata, non continuo passibilitatem abiecerat, oeconomiae adimplendae causa: at enim in resurrectione, hac item qualitate deposita, impassibilis immortalis extraque omnem necessitatem facta est; non tamen increata, nec invisibilis, nec incircumscripta: hae sunt enim unius divinitatis proprietates. Hinc ergo differentia quoque naturarum theanthropi Domini, simulque personae unitas, in aeternum duraturae agnoscuntur. Nihil enim nostrarum rerum ab eo adsumptarum, post resurrectionem deposuit, non corpus, non animam; sed corpus circumscriptum habens, animamque rationalem et intellectualem, voluntativam et operativam retinens, in caelum profectus est; atque ita ad patris dexteram sedet, volens divinitus simul atque humanitus nostram salutem, et utroque modo operans; divinitus quidem electos suos uti creaturas sibi approprians, humanitus autem ceu fratres amplectens. Sicut ergo ascensio de terra in caelum, atque illinc descensio, circumscripti corporis operationes sunt; ita visibilitas eius, creatae naturae propria est etc. Sic nos videlicet avitas ecclesiae regulas observantes, traditionesque apostolicas retinentes, Verbi incarnationem praedicamus, et orthodoxam operibus sermonibusque fidem stabilimus.*

* II. Cor. V. 16

minem perfectum manifestatum, propter suam cum matre corporaliter et supernaturaliter cognationem. (Gr. p. 26.) Quia itaque incircumscriptus est Deus pater, Christus quoque quatenus Deus est atque illi consubstantialis, incircumscriptus idem adfirmatur. Sed quia mater est circumscripta; homo enim illa est sicuti nos; Christum quoque quatenus homo est et illi connaturalis, circumscriptum confitebimur. Nam sic duplicitas naturarum, quae in unica eius persona est, vere apparet; sermonisque sequela, veritati adhaerens, necessario et sine exceptione servabitur. " Mediator enim Dei et hominum Christus factus * ", (* I. Tim. II. 5.) procedensque Deus cum humanitatis adsumptione, unus ex duobus dissidentibus, ut theologicum magisterium docet, aequaliter parique honore ambas ex quibus constat naturas ac proprietates participat: et ob communionem relationemque cum utraque, unus ex ambobus factus, propriae hypostasi unitur. Ac rectae quidem religionis doctrina ita se habet.

Verum enimvero si quis annuat Christum, etiam quatenus homo est, incircumscriptum esse, is a physica illum cum matre cognatione separabit, cinnum faciet ex divina humanaque natura, indifferentem dicet * (* gr. malim ἀποφήνειε.) terminorum inter se oppositionem, nullamque inter Deum et homines discrepantiam agnoscet, sed haec consubstantialia esse docebit. Quis autem talem tantamque aequo animo blasphemiam feret? Insuper quaerimus: si iuxta illorum propositionem, ut incircumscripta sit Domini caro, causa est hypostatica unio, undenam hoc et quomodo nobis fiet conspicuum? Utrum enim, quoniam Verbum sibi nostram induit carnem, utrum inquam in Virginis incircumscripto corpore versatus, prodiit etiam ex ipsa secundum carnem incircumscriptus Christus? An existimabunt hoc Virgini a sanctissimi Spiritus adventu donatum, eiusque elementa sic mutata, ut a naturali humanaque proprietate recedens, opportunius et convenientius incircumscripto modo reciperet incircumscriptum Verbum? Vel potius manente in suis finibus natura Virginis, statim ac virginea viscera Verbum attigit, illud etiam quod suscepit (nempe humanitatem) incircumscriptum fecisse credent; geniturae elementis, virgineis inquam sanguinibus, ilico praesentia ac virtute Verbi in * (* gr. εἰς τό.) incircumscriptum mutatis? ea videlicet ratione, qua corruptae Incorrupticolarum menti videtur Dominus incorruptibilem carnem sumpsisse (1). Nam de incircumscripto paria decernunt Agraptodocetae (indescriptionis auctores phantastici.) Qui enim sic eos appellet, nihil faciet inconveniens.

26. Si ergo priori sententiae adhaereant, nullam nos ex Verbi incarnatione utilitatem percepimus. Non enim nostram suscepit naturam, mutata iam Virginis natura, ac nullatenus naturaliter communicante nobiscum circumscriptis. Sed praeter impietatem, incredibilis quoque hic sermo erit. Nam quomodo possit incircumscriptum in incircumscripto habitare passibiliter et corporaliter? Neque enim naturaliter corpus incircumscriptum est, et sensui impervium. Insuper eripiet, quod (Gr. p. 27.) est omnium scelestissimum, sanctissimae Virgini partum. Si enim impossibile est corpus esse aliquod incircumscriptum, feminam etiam incircumscriptam secundum certe humanam naturam parere, impossibilius. Non enim ultra veri rectique fines Virginem honorare consentaneum est; quia non differt a dedecore laus exuberans.

(1) Hac super re utiliter legentur Severi antiocheni adversus Iulianum halicarnassensem tractatus, a nobis partim editi in Spicilegio rom. T. X.

Nam si illud verum esset, incorruptibilitas quoque et immortalitas et impassibilitas eidem adtribueretur: ita ut quae habet suapte natura Verbum, id matri ex adoptione inesset. Quibus num quid absurdius dici potest? Quomodo enim ab hominibus Deus differret? Quod si alteram sententiam sequantur, cur non incorruptibilitas quoque et immortalitas et impassibilitas, ilico sub unionis initio, statim ac maternum uterum Verbum attigit, naturae eiusdem data fuit? Quod si ita se haberet, supervacaneus fuisset dominicae nobiscum habitationis, atque inter homines incolatùs, labor: neque opus Domino fuisset quae egit agere, cruciatus pati, postremumque malorum perferre crucis necem miserrimam, unde libertas nobis salusque obvenerunt.

Sed isti fortasse dicent, Verbum ita se gessisse, quia aliter facere vel non potuit vel nescivit. At quomodo Deus est, si haec est passus? vel quomodo post unum factum alia non effecit? Cur quum alia sustinuerit quaecumque humanae naturae sunt ac similitudinis, circumscriptionem solam recusavit? quae tamen apprime corporis propria est, et maxime intima, et sine qua corpus non subsisteret; ita ut si quis hac qualitate corpus spoliet, ne existere quidem corpus fassurus sit. Necesse est igitur ab eis dici, Deum aliam molitum quodammodo creationem, aliudque naturae initium fecisse, et corpus minime nobis conveniens adsumpsisse, quod videlicet novum et a nostra substantia alienum sibi peculiariter composuerit: unde nobis, qui circumscripti sumus, nulla salus eveniet, quia naturam ei conformem non habemus. Cur vero Verbum renovata per suam incarnationem nostra natura, maximis donis impertitis, immortalitate videlicet et incorruptione, et aliis quotquot nobis futurarum rerum spes proponit, hanc unam rem tantummodo nobis invidit? Numquam enim inter promissa sua, dum doceret, incircumscriptionem spopondit. Nec in aliis scripturae locis vel quavis magistrorum sacrorum lucubratione dictum hoc apparet. " Ergo oportet quidem corruptibile hoc induere incorruptionem, et ,, mortale hoc induere immortalitatem ,, ait alicubi divus Paulus *: et " semina- ,, tur in ignobilitate, surgit in gloria *. ,, Sed tamen circumscriptum hoc induere incircumscriptionem, nondum neque nunc, neque a Paulo, neque ab alio ex ecclesiae magistris quisquam audivit. Iam vero prolixam loquacitatem caventes, unum hoc dicemus: ipsam nempe Christi in virginali utero habitationem *, nisi eum corporaliter circumscriptum isti concedant, ceu reapse veritatis lumen splendide ostendit, quid aliud esse dicent, nisi Verbum incircumscriptum circumscripto in loco ut putant fuisse contentum? Id autem qui fieri potest ut a summa impietate atque atheismo absit? Nam de duobus alterutrum necesse est; vel nempe Verbum a sancta Virgine circumscriptum corpus accepisse; vel omnino secundum hos perversissimos, conversa rerum relatione, incircumscriptionem Virgini adtribuere. Horum enim alterutrum unio effecit et Verbi in Virgine habitatio. Sed revera circumscripta Virgo fuit, et Domini simul corpus circumscriptum, quippe quod de circumscripto corpore processit.

* I. Cor. XV.

* Ibid. 43.

* gr. ἐνοικῆσαι

Gr. p. 28.

Nam si neutrum horum concesserint, simulque absurda vitare velint, superest ut ipsi peiore lapsu ruant. Etenim vietae phantasiae magistros nunc etiam sectantes, per Virginem, quae fistulae instar fuerit, Verbum de caelo carnem suam detulisse dogmatizabunt; ita ut alter alterius (nempe filius matris) non sit particeps.

Atqui aequius est maledictos hos connumerari cum iis, quos sancti viri horrendis anathematibus supposuerunt. Porro nostra oratio hos veluti fidiculis urgens, ita dicere pergit. Nempe summus hic theologus ac dogmatista nusquam clare discernit, quandonam carni largiatur incircumscriptionem; num ante eius cum Verbo unionem, an postea. Sed ante quidem unionem, neminem adeo stolidum fore puto qui dicat: secus ne adsumpsisse quidem carnem profitebitur: nam res incircumscripta, homo non est sed Deus. Neque angelicam fortasse formam adsumptam fuisse quisquam dicet. Nam quod Verbum angelorum naturam haud sibi adsciverit, Paulus
* Hebr. II. 16. magna voce clamans dicit *: " non enim angelos adprehendit, sed Abrahae semen „ adprehendit. „ Dicere autem incircumscriptum Abrahae semen, Mamonae sapientis officium est: nemo tamen adeo beluinus amensque erit, ut eum proprio suffragio iuvet. Necesse est itaque ut Mamonas, tunc cum Verbum caro factum est et habitavit in nobis, sive post unionem peractam, incircumscriptionem carni adscribat. Sic autem et impassibilitatem, et intangibilitatem, et invisibilitatem, et si quid aliud huiusmodi est, unionis Verbique causa, carni adtribuat: quae ilico post unionem negabit se passibilem, visibilem, tangibilem, et cetera quibus carnis natura agnoscitur: eritque, de nostri auctoris sententia, idem circumscriptum et incircumscriptum, passibile et impassibile, tangibile et intangibile, et cetera quaelibet inter se opposita. Atque alia quidem adtributa per se ipsa subsistent etiam ante unionem, alia vero per aliud etiam post unionem: idemque simul erit, et tamen simul etiam contrarium. Neque iam corpus superesse constabit: discedet enim a se ipso, suamque definitionem amittet atque rationem. Qua quidem re nihil esse potest irrationalius vel insanius. Unde enim sacrae oeconomiae, Christique cum hominibus conversantis, res constabunt? Unde, quod esuriverit et sitiverit, apparebit? Unde, itinerum labor, sudor, pavor, aliaeque quaecumque corpori nostro accidunt passiones? quod sane non caret figura, soliditate, triplici dimensione, colore, statura, et pondere, praeterea tangibilitate, et alia re qualibet, quotquot corporis propriae sunt et dicuntur. Quomodo igitur quod est tangibile, non sit circumscriptum? ut ex una proprietate reliquae intelligantur, quotquot in Christo propter adsumptam humanitatem spectantur. Quibus nisi Mamonas adsentiatur, Christum corporatum negari ab eo diserte necesse est. Ergo ne passum quidem confitebitur,
Gr. p. 20. et redemptio nostra evanescet, atque ab idolis recessus, quod ille apprime voluit: vana spes nostra est, et quaecumque nobis a Servatoris passione obvenerunt: evangelia item nihil verum continebunt, et doctrina omnis nostraque fides vana huic videbitur.

Haec contra istum dicta sunto, qui incircumscriptionem stulte vociferatur. Non ita tamen se habet veritatis ratio; sed sicut Verbum carni unitum perfectas integrasque naturas conservavit, nec a physicis discessit proprietatibus, et quatenus Verbum est, diversa a corpore mansit substantia; sic etiam corpus diversum a Verbo est, quod adtinet inquam ad proprietatem: non enim a propriis necessit notionibus. Et sicuti factum Dei corpus, non desiit esse corpus, etsi ad meliorem omnino conditionem virtute Verbi translatum; ita ne physicis quidem proprietatibus spoliatum fuit. Alioqui, quomodo sarta tecta esset integritas, quam tamen de Christo ecclesiasticum magisterium tradit, sicut in deitate ita etiam in humanitate?

Certe si quid ad humanitatem pertinens subtraheretur, nedum rei integritas, sed ne res quidem omnino reliqua foret. Quomodo ergo semen Abrahae adprehendit, si hoc ipsum in Christo non circumscribitur? Quomodo debuit per omnia fratribus assimilari, is qui in multis fratribus est primogenitus *, is qui per omnia ad similitudinem nostram fuit tentatus *? Quomodo filius sit Davidis, et filius sanctissimae Virginis, cuius genealogia de davidica tribu deducitur? Nisi forte et ipsi Virgini incircumscriptionem Mamonas adiudicavit, ita ut Verbum per eam (ut dictum est) ceu per fistulam pertransierit: atque is ita toto phantasiastarum et docetarum calice, more suorum magistrorum, se proluit.

* Rom. VIII. 29.
* Hebr. IV. 15.

Quomodo item evangelicorum praedicatorum sit incolumis veritas? quorum alius Christi mysterium evangelizans ait *: " liber generationis Iesu Christi filii ,, David, filii Abraham. ,, Alius autem: " et Verbum caro factum est, et habitavit ,, in nobis *. ,, Sed noster auctor ne ipsi quidem adquiescit Christo lapidantibus se dicenti: " cur me quaeritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum *? ,, Ubinam hierophantarum et theologorum patrum nostrorum magisterium? qui mysterii Christi fuere custodes, sancto Spiritu adflati, Christumque perfectum in deitate, perfectum item in humanitate, disertis verbis nos docuerunt, consubstantialem Deo patri divinitate, nobis autem humanitate, circumscriptum eundem et incircumscriptum? Quid vero nobis omnino profuit Christus, qui sumus circumscripti, nisi is re simili similem purgavit atque sanavit? nisi totum quod nos sumus, dempto peccato, adsumpsit? Nam quod sumi non potest, ne sanari quidem posse aiunt. Etenim in quibus natura egebat reformatione, oportuit eum prorsus similem fieri nostrae naturae. Neque iam dicant hodierni patroni erroris dogmatumque Mamonae, nos praedicationem non audivisse: " profecto in omnem terram exivit sonus ,, eorum, et usque ad terminos mundi verba eorum *. ,, In tantum excaecavit eos stultitia sua, adeoque oculis caecutierunt, et auribus graviter audierunt, et contra orthodoxiam quaqueversus irruerunt! Mentis oculum excaecatum gerentes, non illustrantur rectae religionis lumine, patrum evangelicis vocibus inpudenter resistunt, et absque ulla reverentia contradicunt. Quamobrem nullum defensionis genus apud iustum iudicem eis supererit.

* Matth. I. 1.
* Ioh. VIII. 14.
* Ioh. VIII. 40.
* Ps XVIII. 5.
Gr. p. 30.

27. Quod si Mamonae videtur dividi Christus dum depingitur, et res creata tantummodo remanere, superest videndum an forte ne animatam quidem creaturam, sermonis sui tenore, Christum esse patiatur. Nisi enim plane incolumes hominis quem Verbum adsumpsit physicas qualitates hic existimat, ne hominem quidem esse concedit. Nam quomodo naturae ei constabunt? Sicut enim physicae differentiae naturam praesentes conservant, ita absentes eandem perimunt. Quare si quis has Domino eripuerit, non tam merum hominem ipsum dicet, quam etiam inanimatum et inactuosum; denique nil deinceps, praeter statuam, reliquum faciet. Vere sunt ista impietatis commenta, non Christianorum dogmata, absit, sed Mamonae cogitatus et conceptiones. Quid porro dicet si comparatio instituatur cum homine, quum una sit uniuscuiusque hominis persona, qui ex duabus constat naturis, quarum altera conspicua est et circumscripta et figuram prae se ferens, altera vero menti tantum occurrit, nec delineatur? Si quis, inquam, hominem depinxerit, num ei videbitur visibile cum invisibili configurare? vel animam a cor-

pore separare, quod nihil aliud quam mors est? Quid enim est mors, nisi animae a corpore separatio?

Et iam aliquis merito admodum sic Mamonam alloqueretur. Tu ergo multi auri ebriatus crapula, et pecuniae cupiditate victus, eique haud secus deditus, quam ille veteris historiae Midas, quique in compluribus ex auro vasis aut etiam coloriis tabulis, per diversa loca imaginem tuam charaxandam curas, tua ne dogmata agnoscis? circumscribis ne una cum his animam tuam? vel haec a corpore tuo separatur? quod idem est ac dicere, moreris ne dum haec agis, an secus? Utinam vero statim dirumpereris, ne talia adversus Christianos patrares! Qualem porro animam habeas, utrum caninam, an suillam, an alicuius silvestris ferae, ipse videas: ceteroqui, quod dum ita loqueris, irrationalibus animantibus absurdior sis, ferisque acerbior, propterea quod abiecto omni Dei timore universam Christianorum religionem oppugnas, equidem vehementer adfirmo. Nonne oportebat te consentanea factis tuis et opinari et dicere? non autem tibimet ac veritati contrarium, aliud quidem agere, aliud dogmatizare? Si ergo ipse hanc tibi rem non persuades, multo minus aliis persuaseris. Quin etiam in pretio haberi atque honorari imagines tuas iussisti, quae te mandante sunt factae, nec leve poenae periculum illi impendebat qui iussis tuis morem non gereret. Prorsus ut ille superbus ac barbarus babylonius, cuius etiam vere mores iracundiamque aemularis, qui celebre illud simula-
Gr. p. 31. crum fabricavit, erectumque adorari mandavit, morte acerbissima iis decreta qui edicto non obedivissent. Propterea tu qui Christi iconem deiecisti, tuamque substituisti, nihil aliud quam Antichristus iure meritoque reputandus es. Quot mortes pati deberes, dum in tuis nummis figuraris atque excuderis! Sed enim tu ob impietatem tuam atque dementiam semel animo mortuus, innumerabilium illarum mortium sensu caruisti. Haec adversus istum ita opinantem agentemque, apte et pro merito, ut arbitror, dicta sint. Sed iam tempus est transeundi ad propositarum quaestionum distinctionem et expositionem, ne diutius sermo de his differatur.

* gr. νήφουσιν. 28. Perspicuum (1) est igitur iis, qui sobria mente * sunt, ut in praesenti tractatione dici potest, archetypum esse principium et exemplar, quod per se existit, eius formae quae ab ipso exprimitur, et derivationis, quae ei assimilata est, causam. Definitio autem imaginis haec erit, ut de iis quae arte fiunt, dici potest: imago, inquam, est similitudo archetypi, quae in se totam speciem sive formam figurati per assimilationem exprimit, sola diversitate substantiae secundum materiam ab eo differente: aut imitatio archetypi et assimilatio, substantiâ ac subiecto differens: aut artis effectus secundum imitationem archetypi formatus, substantiâ tamen et subiecto differens. Nisi enim aliqua in re differret, non imago nec aliud quid, praeter quam archetypum, esset. Sic igitur imago, similitudo et forma est ab iis, quae per se sunt, expressa.

29. Idolum vero fictio eorum quae non existunt neque per se sunt (2): cuius-

(1) Ex hoc vocabulo usque ad verba *simul inhonoratur* (cap. 30), excerptum ex ms. Nicephoro extat latine Fr. Turriano auctore, apud Canisium antiq. lect. ed. Basnag. T. II. part. 2. p. 15, quem interpretem, paucis mutatis, libenter sequor.

(2) Sic etiam Macarius. Εἴδωλον ἀνυποστάτου πράγματός ἐστι διατύπωσις: *idolum rei insubsistentis figuratio est.* Τὸ μὲν εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει: *nullam habet subsistentiam idolum.* Et mox: ἐπειδὴ Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τὰς οὐχ ὑφιστώσας μορφάς, σφίγγας τινας καὶ τρίτωνας· Αἰγύπτιοι δὲ κυνοπροσώπους, καὶ

modi sunt formae quaedam quas ethnici fatue atque irreligiose confingunt, ut Tritonum, Centaurorum, aliorumque phantasmatum quae non subsistunt. Sic imago et idolum invicem distinguuntur. Quare qui horum differentiam non adprobant, merito idololatrae vocari possunt. Ac imagines quidem, bonorum aeque ac malorum imagines sunt, de quibus tamen dissimiliter existimandum est. Nam bonorum quidem imagines honorandae sunt; malorum vero repudiandae, et aeque ac idola fugiendae, illae potissimum, quibus aliqui ex priscis venerationem idolorum prave irreligioseque adhibuerunt, universalem Deum primamque causam ignorantes. Quod quidem fecit tum hominum cupiditatibus et terrenis rebus servientium affectio, tum etiam tyrannica potestas, fines ac iura iusti honoris praetergressa. Ideo numquam in bona aliqua re dicetur idolum, quoniam id vocabulum praecipue usurpatum fuit in cultu ethnico, qui daemonibus exhibetur, sicut apostolus ait.

30. Arbitror non esse nunc inopportunum nostro sermoni addere hoc, habere scilicet imaginem ad archetypum relationem causae et effectus: quare necesse est, et esse et dici eorum, quae sunt ad aliquid. Quae autem sunt ad aliquid, ipsa illa quae quidem sunt, aliorum esse dicuntur, et reciprocatur ipsorum inter se relatio, ut pater filii pater, et rursus filius patris filius dicitur. Similiter amicus amici, et dextrum sinistri, et reciproce sinistrum dextri: item dominus servi, et similiter *Gr. p. 32.* in aliis eiusmodi. Sic igitur prototypum, imaginis prototypum; et imago, prototypi imago; nec ullus imaginem relatione solutam, alicuius imaginem dicet. Simul enim alterum cum utroque introducitur et cogitatur: et licet archetypum aliò abierit, relatio tamen non simul esse desiit; non enim ratio simul intereundi, in omnia quae eiusmodi sunt manat: siquidem aliquando relationes incolumes remanent rebus orbatae et nudae, ut in patre et filio et similibus evenit. Eum enim, qui recessit, tamquam praesentem, dum per similitudinem et memoriam forma et imago ostendit, relationem cum tempore continuatam servat: id est, similitudo relatio quaedam media extremis interiecta est, formae scilicet assimilatae, et cui assimilata est, copulans eam cum imagine, licet natura differat. Etsi enim utrumque aliud et aliud natura est, non tamen alius et alius, sed ipse ille cuius imago est: per figuram enim formae, quae a principio extitit, cognitio illius formae efficitur, et in ipsa figura ille ipse qui pictus est, conspicitur; quod quidem in alio eorum, quae huiusmodi sunt, non cernitur, ut in patre aut filio aut amico. Haec enim contra, ac illa, se habent: unumquodque enim horum non aliud et aliud est, siquidem eandem substantiam participant: alius vero et alius sunt diversitate hypostaseon. Quod si in his etiam in diversas hypostases partitis relatio non perit *, multo magis in illis conservabitur. Hoc vero amplius fit, quod similitudo communitatem nominis largitur; una enim est in ambobus appellatio. Rex enim dicitur etiam imago regis; quae quidem dicere posset: ego et rex unum sumus, scilicet praeter substantiae differentiam. Haec autem diximus ut ostenderemus, quomodo imago ad archetypum, cum imago consideratur, relationem habeat; nec idem sit cum eo secundum sub-

* gr. διολλυται

βουκεφάλους λέγουσιν, εἴδωλα καλεῖ τὰ τῶν οὐχ ὑφεστώτων ὁ νομοθέτης εἰκάσματα: *quoniam Graeci carentes subsistentia formas confingunt, Sphinges quasdam atque Tritones; Aegyptii autem cynocephalos et bucephalos, idcirco legislator (Moyses) idola appellat has rerum non subsistentium imagines.* Hinc divus quoque Paulus I Cor. VIII. 4: *nihil est idolum in mundo.*

stantiam; nec enim quaecumque de archetypo, prout est archetypum, dicuntur, necessario de eius pariter imagine dicuntur. Illud enim fortassis est animatum, haec vero inanimata: aut illud est rationis particeps et movetur, haec vero sine ratione ac sine motu. Non igitur ambo idem: quin potius partim similitudínem imaginis inter se habent, partim dissimilitudinem substantiae. Quia igitur imago de genere eorum est, quae mutuam relationem habent, idcirco honorato prototypo, simul honoratur imago eius: et rursus inhonorato, simul inhonoratur. Ergo quum sit agnita in his differentia tum ratione tum definitione; quumque pictura sit de genere externorum nihilque commune habentium cum substantiae definitione; cur in cassum adversarii trepidant, dividi heic naturaliter unita putantes? Stolidi igitur attonitique merito reputabuntur.

31. Iam si oportet dicere etiam unde ICON nomen provenerit formatumque sit, etymologiae rationem sequentes dicimus esse a verbo εἴκω, quod quidem et alias aliquot habet significationes, sed proprie significat similis sum. Ex hoc itaque verbo εἴκω, adsumpta littera ν, fit εἰκὼν, quae significat similitudinem. Idcirco autem icon iniuriam patitur ab hostibus veritatis, quae Christo assimilatur (1). Porro ex dicto
Gr. p. 33. verbo, ceu principio quodam et radice, verbum quoque ἔοικε formatur, quod ipsum pariter significat esse simile. Quae quum ita se habeant, cuinam recte intelligenti non sit exploratum, aliud esse Christi imaginem, aliud Christum? Solus hic sapientissimus nota omnibus nesciens, impetum suum suosque ductores sequitur; quem potius oporteret, siquem rei convenientis sensum haberet, saltem propter relationem, si nihil aliud, quam ad archetypum seu Christum icon habet, hanc venerari et amore prosequi (2). Constat igitur, nonnisi impietatem atque inscitiam haec pati ac pronunciare. Nam quum ille debuisset vocabula " similis et dissimilis ,, usurpare, quod utrumque praedictis rebus inest, atque ad certam quamdam qualitatem refertur, ut harum disciplinarum gnari dicent, unde ei licuisset aliquantulum ac pedetemptim ad hanc loquendi peritiam devenire; ipse contra unam eandemque rem esse adserit, cui potius diversa alia adsociata est, et circa substantiam spectatur. Sed neutra re huic proposito opus est. Aeque autem mihi videtur Mamonas ne postulare (3) quidem ut in his dicatur " aliud et aliud, ,, quod naturas distinguit, sed " alius et alius ,, inducere, quoniam personas figurat, quae alium ex alio faciunt, multasque personas invehere, totque Christos quot sunt icones.

(1) Respicit ad Christi domini dictum *ego sum veritas*, Ioh. XIV. 6. et alibi.

(2) Macarius. Ὃν σεβόμεθα θεάνθρωπον σωτῆρα, τούτου καὶ τὴν εἰκόνα διακρατοῦντες ἐπαγαλλιόμεθα κ. τ. λ. χαρά τις ἀνεκλάλητος, καὶ στήριγμα πίστεως, καὶ βίου κατόρθωσις ἡμῖν γίνεται ἐκ τοῦ τὰς ἱεροτύπους τῶν εἰκονισμάτων μορφώσεις καὶ προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι· τῶν τε γὰρ πιστῶν ἔστιν ἀγαλλίασις ὁ χαρακτὴρ τοῦ δεσπότου βλεπόμενος, καὶ τῶν ἀληθείας δογμάτων ἔρεισμα γίνεται τὰ τῆς οἰκονομίας καθορώμενα· καὶ πρὸς ἀρετὴν δὲ προτρέπει μάλιστα τῶν ἐκλεκτῶν ἀριστεύματα καθιστορούμενα· αὕτη τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἡ θεολογία· τοῦτο τῶν θείων δογμάτων τὸ κεφάλαιον· οὗτος ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰκονογραφίας λόγος. *Quem colimus theandricum Servatorem, huius imaginem quoque retinere gestimus etc. Gaudium quoddam ineffabile, fideique robur, et rectum vitae genus nobis contingit ex sacrarum imaginum veneratione ac studio. Certe fidelibus laetitiam conciliat spectata Domini figura, et verorum dogmatum firmamenta fiunt res incarnationis corporaliter observatae. Tum etiam electorum praeclara gesta picturis descripta, ad virtutem maxime adhortantur. Haec est orthodoxae fidei theologia, hoc divinorum dogmatum caput, haec ecclesiasticae iconographiae ratio.*

(3) Quoniam praecedit μὴ, videtur heic, nisi fallor, ita significare παρῃτῆσθαι, ut salva sit theologia. Et quidem pro simplici *petere*, apud auctores hoc verbum aliquando ponitur.

Atque ita fient filii plures, ut proinde Unigeniti etiam nomen de medio tollatur. Iam horum ita sentientium, utrum impietas vituperanda sit, an stultitia potius irridenda, id rem adaequantibus verbis haud exprimere possumus. Sed de his rebus oratio heic concludatur. Nam quod divinum et supersubstantiale Verbum nec pingi possit nec circumscribi, quodque ne apud nos quidem versans id pati potuerit (quis enim ita beluinus stolidusque sit ac tantopere animo obtenebratus, qui de hoc dubitet? quandoquidem a sua naturali proprietate numquam discessit); quodque ipsius Verbi causa, caro illi unita haud evaserit incircumscripta, satis ut puto diuque ostensum fuit; quodque item adversariorum demonstrationes ipsis illorum argumentis eversae fuerint, veritate auxiliante, ac refutatae.

32. Superest iam, ut de separatione, quam stulte et inconsiderate confinxerunt, eiusque modo, verba faciamus. Sed in primis addubitare aequum est, quonam modo is qui carnem circumscribit seu figurat (concedatur enim interim nihil haec differre, quandoquidem ambo a Mamona irrationabiliter unum reputantur) ab unito divino Verbo separet, ac tantummodo creaturam faciat Christum, ita ut divina natura in eo non sit. Num mente tantum ac verbotenus separat, an sensibiliter etiam ipsoque opere? Etenim in his grandis differentia spectatur. Nam cum separationis mentionem faciat, modum quo haec separari iudicat, minime ostendit. Et siquidem mente tantum fieri separationem diceret, nos quoque adsentiremur; id enim in nostra quoque doctrina est, excepta circumscriptione. " Nam cum naturae animo et cogitatione distinguuntur, nomina quoque simul di-,, viduntur, ait theologus (1). Audi Paulum dicentem *: ut Deus domini nostri ,, Iesu Christi, pater gloriae; Christi quidem Deus, pater autem gloriae. Quamvis ,, enim utrumque unum est, non tamen natura, sed coniunctione. ,, Valde utique laudandus Mamonas erat, si hac in parte substitisset, etenim nulla nobis hac super re iam verba effluerent; neque ipse linguam contra nos vibrasset, quum pari honore ac Verbum picturam fore diceret. Sed in praesenti hoc non dicit; numquam enim theologorum dogmatibus aurem praebuit, quia inter horum magisteria versari ei non placuit, propterea quod carnis tantum stimulis et cupiditatibus victum se tradidit.

* Ephes. 1. 17.

Gr. p. 34.

Ad alterum itaque dictionis significatum stulte impieque converti eum necesse est, atque hoc pro dogmate habere, quod nempe sensibiliter ipsoque facto, ea quae inseparabiliter sunt unita separentur. Narrare autem nobis debuisset hic sapientissimus, quali vi atque efficacia, supernaturalem illam miramque unionem, quae omnem loquelam mentemque superat, eam scilicet qua Verbum substantialiter habitans in sanctissima deipara Virgine totum hominem toti sibi hypostatica unione copulavit, quam solus Deus efficere poterat; quomodo, inquam, circumscribens aut effigians separet, Deumque seorsum, itemque hominem seorsum secernat? Et num fieri possit, ut eam rem Verbum patiatur, atque a semel unita sibi carne separetur, an hoc potius numquam usuvenire queat? Nam si primum concedatur, passio utique Verbo accidet. Quod si patiatur, etiam circumscribetur. Num vero id ante unionem passum est? Atqui hoc impossibile; non enim patitur, quum sit naturaliter impassi-

(1) S. Gregorius nazianzenus orat. XXX. 8. in editione PP. Maurinorum.

bile. Ergo ne ab unita quidem sibi carne separari naturaliter poterit. Quod si postea id est effectum, ubinam id usuvenit? Quaenam oratio, rem quae supra omnem orationem est attingens, et de incomprehensibilibus mente, ac lingua ineffabilibus disserens, inseparabilem illam inconvertibilemque naturalem coniunctionem laedere poterit?

ꝯ Sed etiamsi non separetur, certe circumscribetur ꝯ ideoque metuit circumscriptam dicere carnem, quasi reapse circumscriptionis passionem Verbo inferat. Quid enim hoc aliud est quam passio? Et en illuc incurrit, unde fugere sibi videbatur. Nam si hoc ita se haberet, profecto circumscriptum fuisset Verbum, quoniam ita natura comparatum fuisset etiam ante unionem cum corpore, non autem propter ipsam unionem. Quod si natura est incircumscriptum, corpori quoque coniunctum, utique semet conservaverit, utpote Deus, in physica infinitate et incircumscriptione prorsus illaesum ac nullatenus imminutum. Neque enim quae sibi propria patitur corpus, eadem umquam compatitur in propria substantia Verbum, quod ex impassibili et immutabili in passibile atque mutabile converti numquam potest. Non ergo, etiamsi corpus eius sit circumscriptum, Verbum circumscribetur. Absurdum itaque, insanum atque impium est dicere, dividi Christum, dum figuratur, aut simul circumscribi. Verumtamen Mamonae haud hic est principalis dicendi scopus, sed incircumscriptum excogitavit tamquam instrumentum improbae suae voluntati apte deserviens; cuius usum Servatoris nostri oeconomiae evertendae idoneum comperit.

Gr. p. 35. 33. Mirari autem licet ingenitam huic homini sapientiae magnitudinem, quomodo illud non senserit, dum subtiliter et accurate res verbi scrutaretur atque disquireret: nempe quod dum Christum incircumscriptione honorat, eumque separari a carne adserit si circumscribatur, de sanctissima eiusdem carne simul dicere omittens, inhonoram hanc in dogmatibus suis reliquit. Quid ergo? Videtur is, qui Christum circumscriberet, animam quoque eiusdem a corpore separare, et una cum Verbo animam quoque illi eripere; siquidem illa a picto corpore, haud secus quam divinum Verbum abfutura est; nam nec ipsa pingi suapte natura potest. Rursus enim sciscitantibus nobis ac dubitantibus, istius sapientis sermones, nec non illorum qui exinde nunc argutantur, vel ut verius dicatur insaniunt, quaeso explicent (hoc enim adhuc illorum absurditati superest); dicant isti, inquam, animata ne Christi humana forma, dum figuratur, an inanimata, ab adsumente divino Verbo discedit? Nam si inanimata, moritur iterum Christi humanitas, rursusque fit inter mortuos qui inter illos liber erat, rursus crucifigitur, et spectaculo proponitur; neque hoc semel, sed saepe ac semper, quotiescumque figurari contigerit. Porro inanimatum (dicet aliquis) nec aliquoversus pergere propter suam immobilitatem potest, neque transilire. Insuper inexploratum est, quònam se anima transferet. Nam si forte velint Verbum animae loco esse, manifeste hinc arianae haereseos dogma existit. Sin animata humana Christi forma separatur, quònam denique ista abeat, istorum insaniae consentaneum erit dicere. Scilicet hic maxime proprius et obvius, in quo hi versentur reputatur locus.

Quis hic, inquam, locus? Volunt scilicet, idem omnino atque archetypum esse simulacrum, et utrumque esse consubstantiale, nihilque invicem differre putant; ita

ut ipsa icon quae divinum illum sacrumque characterem repraesentat et exprimit, similis cum simili concurrat, fiatque propria et connaturalis, utpote consubstantialis. Quae si ita se habent, oportebit ne motu quidem sensuque iconem carere, sed vim de loco in locum transitivam habere, ut istorum error est; atque omnino et agere et pati quaecumque animatae rei propria sunt et dignoscuntur; neque iam iconem, sed animatum ac rationale animal esse, ab his credi oportebit; quodque necessario consequitur, divinum quoque Verbum corpore suo spoliari. Quomodo autem haec in Christum conferentur? Vel quibus viribus pictor propositum suum exsequetur? Haud aliter certe quam pingendi artificio. Ergo opus erit, ut plus quam divinam atque admirabilem pictoriam artem existimemus, vimque attrahendi efficiendique magnete potiorem in tabulis habere: iamque dogmatis instar erit, pictorum artem validiore quam Verbum potentia praeditam esse: quatenus haec quidem carnem ei unitam abstulit, ipsum autem Verbum spoliatum fuit, et Christi hypostasis dissoluta. Nonne hinc videtur passio omnium infirmissima Verbo attribui?

Gr. p. 36.
De haereticis Christolytis, qui dicunt Christum in resurrectione corpus suum animatum deseruisse, nudaque cum deitate in caelum rediisse.

34. Cur hoc illorum, qui Christolyti dicuntur, abominandae haereseos absurditati cedat? Unde igitur invictus hic et insuperabilis inimicus Christique oppugnator, hic parvus simul violentusque tyrannus, pictorum inquam atque sculptorum ars? Quae tanta inest huic vis atque efficacia, ut Deum valeat dotibus suis, haud sane accidentibus et exterioribus, sed insitis et hypostatice copulatis, spoliare ac depopulari, ipsamque hypostasim dissociare? Ergone quod Verbum volens adsumpsit, id invitus deposuit? Haec demum quodnam impietatis culmen non superant? Sic enim ars morte ipsa validior comperietur: nam quod mors, quo tempore cruce erecta Christum interfecerunt, non potuit, hoc ars egregie strenueque patravit. Nullatenus enim Verbum a sanctissima vivificaque carne sua separatum fuit, ne momentaneo quidem illo perbrevique tempore, quo pro nobis mortem Christus pertulit, cum ob clementissimam benignamque naturam suam ad inferos quoque perrexit, ut illic carcere clausis spiritibus libertatem nunciaret ac largiretur, vinculisque quibus tenebantur resolveret. Quomodo ergo quod mortis viribus non est effectum, id pictor patret? et ille qui fortem alligavit *, ab infirma adeo vilique arte vicissim fuit alligatus? Profecto sic videbitur ars pictoria atque scalptoria maiore quam mors caedendi ac separandi facultate pollere: atque ita nihil omissum quod impietati frenum relaxet.

* Matth. XII. 29.

Sed quid opus est tam vitanda atque abominanda pluribus persequi? quum satis sit parenti horum dicere, quod te donis huiusmodi tua commenta coronant; tali te retributione ornant sermonum tuorum tam sapientium et elaboratorum argumenta. Adeo tibi dogmatum tuorum speculativa sublimitas et elatio, maximi ad gloriandum momenti est! Nonne haec potius dementiora ebriosis deliramenta sunt? nonne furiosis et bacchantibus insaniora? Hi sunt videlicet ingluvie et ventre intemperantium hominum crepitus: hae sunt cari huic et gratissimi fimi stercorationes: hi immensi vomitus, caninaeque illius ac suillae vitae et ferini moris dogmata: haec sunt facinora venatorum hominum qui brutorum animalium indagant vestigia: hi mores sunt cruentas Christianorum sanguine manus gerentium: haec denique humanas carnes laniantium commenta sunt. Atqui his ita opinari volentibus sacrum illud quadrabit oraculum *: " stultus stulta loquetur, et cor eius fa-

* Is. XXXII. 6.

,, tua cogitabit, ut adversus Dominum fraudulenter loquatur. ,, Reapse quaenam sana mens ita cogitet? Profecto ne rationis quidem usu deiecti, sic umquam vel cogitabunt vel loquentur.

35. Servator equidem, ob nimiam suam erga homines benignitatem, acerba passus, contumeliis adfectus, lapidibus adpetitus, malorumque coronidi neci traditus, talia tamen non est olim perpessus; num ergo nunc figuratus haec patietur? Immo vero, sicut illic nihil est passum Verbum in propria natura, neque a carne separatum fuit, sed illi adhaesit, cum patiente existens inseparabiliter; ita ne nunc
Gr. p. 37. quidem huiusmodi aliquid propter figuram experietur. Ubique enim nobis aequaliterque idem Verbum (1) veram status sui rationem conservabit; dicetque Mamonae Christus in terrena etiam icone ac plasmate: non sum in his incircumscriptus, immo potius circumscriptus. Sicut ergo creatum corpus iniurias excepit atque cruciatus, ita etiam se patietur loco circumscribi et pingi ac figurari, quin tamen ab unito et coëxistente Verbo discedat.

36. Sed si nec harum rerum ratio, nec mysterii sensus huic homini exploratus est, poterat saltem interrogare pictorem, a quo audisset, si certe mentem firmam haberet, animaeque sensibus non esset alienatus, eoque dicente didicisset: nos quae a sacris evangeliis didicimus, antiquam patrum traditionem secuti, quam filii a patribus ex ordine accepimus, nos inquam haec pingimus et delineamus, nihilque praeter divinorum oracula librorum facimus. Quod si illi honorandi sunt, nostra quoque vel simul conserventur vel destruantur, utpote quae pari iure ac ratione sunt. Etenim a sacris libris docemur, hominem nobis similem factum esse Verbum Dei hypostaticum, et cum hominibus conversatum, idemque nobiscum participasse carnem et sanguinem, et visum invisibile, cruciatus propter nos passum quod erat impassibile, ob suam erga homines caritatem (2). His quamvis tantummodo auditis haud secius quam visis credimus, ut beatitudinem illam consequa-
* Ioh. XX. 29. mur, de qua dictum fuit: beati qui non viderunt, et nihilominus crediderunt *. Quod ergo fidei tantum oculis vidimus et contrectavimus, hoc etiam pingimus et figuramus (3); haud equidem dividentes aut separantes unitam semel deitati carnem; nam hoc vel dictu absurdum est, nec cogitari sine summa insania potest; sed et illa facimus, et haec conservari confitemur, iuxta eam, quae iam inde ab initio perseverat, divinam ac legitimam consuetudinem.

(1) Vel *idem sermo verus nobis constabit.* Est enim ambiguitas in vocabulo λόγος, quod modo est Verbum divinum, modo humanus sermo.

(2) Christi pingendi convenientiam, eumque in imagine venerandi, ita vivide exponit etiam Macarius. Πιστευεις εἰ Χριστόν; προσκύνησον αὐτόν ἐν εἰκόνι· τιμᾷς αὐτοῦ τὰ διὰ σὲ πάθη, καὶ ἀναζωγραφεῖς ἀοράτως ἐν διανοίᾳ; ἴδε αὐτὰ καὶ διὰ τῶν ὀμμάτων, ἵν' ἑκατέρωθεν ἁγιασθῇς κ. τ. λ. τὸν σταυρὸν ἐνθυμήθητι, τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην, τίμησον τὴν πλευράν, ἐξ ἧς τὸ αἷμα καὶ ὕδωρ ἡ τοῦ κόσμου ἀνάπλασις· κήρυξον τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν ἡ οἰκονομία πᾶσα μαρτυρεῖται καὶ ἡ παγκόσμιος σωτηρία συνίσταται. *Credis in Christum? adora eum in imagine. Honoras eum ob ea quae tui gratia passus est, atque in mente tua invisibiliter depingis? Specta sis eadem etiam oculis, ut utrimque sanctificeris etc. Cogita crucem, clavos, lanceam, honora latus, ex quo sanguis et aqua, mundi videlicet reformatio: praedica sepulturam et resurrectionem, quae universam oeconomiae rationem testantur, et mundi salutem continent.*

(3) Apte Macarius: ἢ οὐκ οἶδας ὅτι πρὸς εὐσέβειαν μᾶλλον χειραγωγεῖ δι' ὁράσεως τὰ βλεπόμενα, ἢ δι' ἀκοῆς τὰ λεγόμενα; καὶ πάντες μὲν ποδηγοῦνται διὰ τῶν ἐν ζωγραφίαις ὁρωμένων, ὀλίγων δέ ἐστι τὸ συνιέναι τὰ ἐν βιβλίοις γραφόμενα; *Nescis magis ad pietatem deducere quae visu spectantur, quam quae fando audiuntur? Etenim omnes a rebus in pictura conspectis erudiuntur, pauci vero librorum scripturas intelligunt.*

37. Quod si tu evangeliorum veritati minime credis, nos quidem a patrocinando demonstrandoque cessabimus. Vel itaque et icones recipe, vel simul evangelia quoque dele (1). Apud nos certe haud minus firma sunt ea quae per fidem nobis insident, quam illa quae prae manibus sunt, vel ob oculos versantur: tu vero ne his quidem commoveris, ut illorum ab his veritatem haurias; quia totus carnalis es, humique incumbens, et nihil altum de mysteriis nostris intelligis. Num tu solarem radium videns arbori vel alii materiae incidentem, mox caesa arbore existimabis radium simul concisum, quod tamen radii natura pati nequit (2)? Forte etiam si quis solis corpus depingat, revellere se ac separare a luce solem iudicabit? Item si candens ferrum cernas a quopiam aqua perfundi, putabis ne extingui et destrui una cum igne etiam ferrum, quod ceteroqui natura non est comparatum ut a frigido et humido detrimentum patiatur, immo potius acui atque obdurari solet? Sed hunc hominem opus esset in huiusmodi rebus paulo sapientius prudentiusque versari, deque illarum natura, veritate duce, existimare: deinde tamquam ex his tenuibus demonstrationibus atque exemplis, de nostra quoque proposita re cogitare, nempe quod neque cum carne Verbum circumscribetur, neque hac deposita illud quod omnia implet secabitur. Constat ergo ex plurimis, Mamonae dicta non tam esse dogmata quam deliria. Corvis et ranis deformius loquitur, piscium que infantiae et quercuum insensibilitati similia adversus Christum fidemque nostram blasphemat. Gr. p. 38.

38. ♃ Etenim fieri nequit ut illa sit icon, quae prototypae personae suae, ♃ qualis ea est, impressam formam non gerat. ♃ Igitur si formam et characterem Christus habeat, probe admodum ac religiose charaxabit illum imago sua. Sin minime charaxabit, sequitur ut Christus forma, charactere, vultuque careat; quod perinde est, ac si hypostasi Christum dicas carere. Id enim ex Mamonae sermone concluditur. Ex verbis itaque suis iustificabitur, et ex verbis vicissim suis condemnabitur Etsi enim impossibile est iconem esse, quae formam et characterem prototypae personae suae non demonstrat, nihilominus icon illa quae Christum nobis repraesentat, id est quae ad similitudinem ipsius, eiusdemque nomine praedita a Christianis fit, addita etiam inscriptione (3), ea veritatem undique adserit, nempe illius formam ac vultum nobis demonstrat tamquam prototypi, quandoquidem ad eius normam seu prototypum figuratur. Rerum praeterea relatio, sermonis nostri veritatem confirmat. Nam si forte Christum icon eius non charaxet, longe certe aberit ut alterius cuiuslibet formam denotet. Quomodo enim eum, cuius non est icon, describet? Namque unius hominis imago alteri non erit similis; sicut ne sigillum quidem cerae impressum alii impressioni accommodabitur. Cum ergo hic Christi iconem deposuit, id videlicet egit, quia ea non habebat quam exhiberet repraesentaretque personam, neque prototypum quod describeret. Necesse est itaque ut vel invitus confiteatur, sermonibus suis consentaneus, sine persona sine forma et sine charactere Christum esse, nec non absque hypostasi. Idcirco etiam reum agens pi-

(1) Hoc dicit, non quia pictura pari sit auctoritate atque evangelia, sed quia sacram historiam utrimque pariter cognoscimus.

(2) Haec similitudo sumitur ex S. Silvestri I. PP. disputatione cum Iudaeis.

(3) Revera in priscorum codicum iconibus, nec non musivis operibus, graecis praesertim, Christi domini imaginibus nomen quoque *Iesus* vel *Christus* saepissime adiungitur.

ctorem excruciavit (1), ceu qui neque exteriorem formam, neque subiectam personam figurasset. Propterea etiam idoli appellationem sacris Christi imaginibus irreligiosissime adfingere ausus est: nimirum carere Christum persona, immo etiam hypostasi, sic definiens. Siquidem idolum esse aiunt rei insubsistentis fictionem et similitudinem: non enim ad id relationem habet cui assimilatur, sed phantastica confictio est, per summam stultitiam prout videtur artifici efformata (2).

Sed enim huiusmodi dogmata ingenio eius tota dependeant, cui nullo modo formam Christo tribuere placet. Divus tamen Paulus Christi mysterium exponens, praeter unam, id est divinam, aliam quoque id est servi formam nobis exhibuit, et
* Philip. II. 7. in similitudinem hominum Christum factum, et habitu inventum ut hominem *.
Gr. p. 39. Quapropter qui Paulo credimus, duasque Christi confitemur formas, quibus eiusdem Christi naturae demonstrantur, passibilem aeque ac nos hominem, et similiter figuratum circumscriptumque scimus. At vero Mamonam neque humanus habitus
* Act. IV. 27. vel II. 24. ad circumscriptionis ideam adduxit, neque divo Petro attendit dicenti *: " quod ,, Deus puerum Iesum glorificaverit: ,, pronuntiavitque hunc puerum sine forma esse ac sine persona. Cur autem ei reputatum est dorsum atque genae, illud quidem ad verbera, hae ad colaphos, et perfossum divinum latus, clavorumque fixurae? Sed haec Mamonae ludibrio sunt, frustraque dicuntur. Fortasse enim in hoc etiam magistrum habuit Eusebium, qui vane dictitavit totam omnino immutatam fuisse humanam Christi formam, neque ullatenus in sua mansisse proprietate (3). Postquam vero cognovit Mamonas neminem orthodoxum vana eius toleraturum deliria, omissis verbis ad acta proruit, publicum se Christi hostem constituens: ex quo tempore omnem machinam et conatum exprompsit, ut ipsum archetypum cum icone contumelia adficeret, simulque destrueret ac memoria eraderet: quandoquidem molestus illi Christus erat in imagine etiam spectatus. Deinde veluti resipiscens, quod absque persona et hypostasi Christum dicat, eorum instar qui ex phrenesi se recipiunt aut ex insania pausant, in se revertitur, atque ad proprium vomitum redit, denuoque personam memorans, ait:

39. Impossibile enim est, eius qui ex duabus naturis in una persona subsistit, in una quidem natura figurare personam, in altera vero eundem esse sine persona. Adhuc in suis perseverat dogmatibus, non tamen priore modo. Heic enim exuit interrogativam figuram, ac veluti sui oblitus, superiora figmenta abiicit, et sententiam suam denique revelat; haud logica procedens methodo, neque ex scripturarum aut patrum argumentis orationem contexens, sed quicquid ei sua potestas concedit, et putredo mentis, ventrisque adeps, et vomitus immunditia, et aspersio stercoris, et mundanarum humique repentium cupiditatum immodica passio, in quibus iactare se ac deliciari putabat, confidenter iam dogmatizat. Quod ergo nobis vanos et garrulitate scatentes propinet sermones, cuivis exploratum est. Nihilominus nos haud piget horum hominum inscitiam opportune atque importune retundere. Nihil enim impedit, quominus nos nunc etiam ex sermonum

(1) Horrendam Copronymi adversus ss. imaginum pios cultores saevitiam, cum aliis locis tum praesertim ad annum eius imperantis vigesimum septimum, narrat Theophanes in chronico.

(2) Confer Macarii locum citatum p. 44. n. 2.

(3) Animadverte gravissimam Nicephori adversus Eusebium criminationem. Confer superius p. 13. n. 1.

eius materia ansam sumentes, rursus eum ad contradictionem adducamus, et ipsum sibi manifeste repugnantem demonstremus. Dicendum est igitur, quod quandoquidem, una existente Christi persona, impossibile ait Christum figurare in altera ex eius naturis, idque paulo post confirmat dicens ∽ quia icon est personae ∽ icon, ideoque personam divina natura non habet, quia incircumscripta est ∽ dicendum est, inquam, ut consentanea sermoni servetur antithesis, ob id etiam quod Christus figurari posse non credatur, eum fore similiter in altera naturarum *Gr. p. 10.*
suarum absque persona. Porro hoc vicissim est impossibile. Nam et hoc loco coactus diceret, impossibile esse, eum qui ex duabus naturis in una persona existat, una quidem in natura esse infigurabilem, in altera autem esse impersonalem, simplicemque et tantummodo Deum intelligi Christum; atque eius soli deitati personam concedendam, non tamen eundem figurandum; quatenus quod infigurabile est, huius persona est infigurabilis; caro autem circumscripta est. Sic ergo praeter supradicta eius absurda, praesentia quoque haud minore absurditate laborant. Nam duplex praecipitium non vitavit, suorum implicitus verborum retibus: quoniam illi necesse fuit etiam invito, etsi multum pro incircumscripto laboraverat, multaque vana dixerat, circumscriptum Verbum confiteri, ne personam seorsum in eius tantum deitate statueret, caro autem impersonalis maneret. Vel secus supererit ei, ut existimet Verbum esse invisibile, intangibile, impassibile, in summa ne carnem quidem adsumpsisse. Quomodo autem vitabit docetarum et phantasiastarum blasphemiam? Hanc vero personam et hypostasin nequaquam simplicem interim dicit; alioqui totum oeconomiae negotium sustulisset, quod nunc liquido adfirmare veretur; ita ut cuncta permiscere et pessumdare mysteria nostra videatur. Nam quod naturaliter simplex est, neque cerni, neque repraesentari, neque aliquid pati ullo modo potest: est enim impassibile, incorruptibile, prorsus incomprehensibile et non intelligibile. Hoc vero quid est aliud, nisi Deus? Compositam autem ipse quoque eandem (personam) confessus est cum dixit eam ex duabus naturis confieri; etiamsi celat nunc quem dicat modum compositionis. Molitur enim uno incircumscripti vocabulo ceteras omnes abolere proprietates.

Age vero Christi personam ex duobus contrariis compositam dicimus nos, prout theologi his verbis docent (1): " procedens Deus cum adsumpta humanitate, ,, unum ex duobus dissidentibus, carne inquam et spiritu. ,, Impossibile est enim naturas duas in unam subsistentiam concurrentes haud esse oppositas ac differentes; quarum diversitatem vel ipse numerus indicat: de quibus enim compositis numerus praedicatur, eorum quoque diversa natura apparet. Nam si idem essent, iam non duae naturae essent, sed una. Nam quae fieri potest compositio unius eiusdemque naturae? Quippe compositio differentiam concurrentium denotat, quae haec insuper heterogenea esse significat. Satis hoc nobis persuadeat is qui dicit: " non- ,, dum erat concretio, neque mixtio oppositorum ,, de humano composito (2) disserens et hominis creatione, quem ex invisibili visibilique natura formatum, contrariis iuxta collocatis, scimus. Cur ergo quum dicat compositam hypostasim, convenientes quoque naturis agnitis qualitates libenter apteque non adtribuit? Nam si

(1) Sic fere loqui solet haud semel Gregorius theologus.

(2) In codice est συγκρίματος. Sed ego malim συγκράματος.

visibile contrarium est invisibili, et tangibile intangibili, et corruptibile incorruptibili, et siqua alia pariter invicem sunt opposita, eaque in una eademque Christi Gr. p. 41. persona spectantur, quid ni altera quoque antithesis in eodem Christo spectabitur, circumscriptum dico et incircumscriptum? Nam qui carnem incircumscriptam esse docet, nihil aliud ait, nisi nihil divinam naturam ab humana differre, sive rem increatam a creata: huc enim utrumque recidit; frustraque iam ille et intempestive duarum naturarum mentionem facit. Nisi enim utrique naturae qualitates propriae, ex quibus constant adtribuantur, ita ut in suis quaeque proprietatibus agnoscatur, undenam nobis iam apparebunt naturales oppositae differentiae, et substantiales qualitates? Comperientur itaque unum quid esse quae sunt opposita; quod est impossibile.

40. Arianorum sunt haec nec non Apollinaris et Eutychetis, et confusanearum acephalarumque partium spectra et sophismata, quorum aliquot comparata, utrum ab illis Mamonae differant, palam facient. Sic enim hic noster: " ita ut " carnem dicentes, quae non propriam sed Dei habet personam, Deum in di- " vina maiestate praedicemus. Et rursus. Si enim qui est ex Virgine, unus Do- " minus appellatus est, et ipse est per quem omnia facta sunt, una utique na- " tura est, quoniam una persona non patitur in duo divisionem: quandoquidem " neque propria natura corporis, et propria natura deitas secundum carnem: sed " ut homo una natura, sic etiam in similitudinem hominum factus Christus. " Quoniam hic igitur aeque ac illi loquitur, consentaneum ei erat, ut et unam naturam in Christo diceret ex ambabus compositam, ne minus quam illi peccare videretur: quorum hic reapse impietate ac blasphemia laborans, magnam illam et numerosissimam abolere sategit sacram synodum (1), quae doctrinam de Christi hypostasi, deque eius naturis, divino Spiritu permota edisseruit, divinae oeconomiae mysterium manifestius nobis et clarius praedicans.

Etenim primo animadvertendum est, Mamonam heic ex duabus esse Christum naturis definire; nescio hercle quo iure, qui ne unam quidem ei formam paulo ante concedebat. Attamen in duabus esse naturis nondum Christum dici ab eo patet (2). Num ergo heic quoque, iuxta magistros suos, propter unam hypostasim naturas pariter confundit? Dum enim circumscriptionem aufert, constat eum ceteras quoque carnis differentias negare. Porro qui sic loquitur, is ne divinae quidem naturae proprietates servabit, et neque circumscriptam, neque incircumscriptam Domini hypostasim admittet; ita enim fert confusionis ratio; neque utrumlibet unitorum absolute per se existens demonstrat; sed aliud nescio quid exhibet, ut fit in corruptionibus; veluti cernere licet in liquidorum confusione, ac metallorum compage, itemque in medicinalium compositione, et denique in elementorum ad corpora conficienda concursu; in quibus nil purum est, non ignis, non terra, non aliud quodlibet. Paria omnino hic noster de duabus quoque operationibus, quae in Christo spectantur, opinabatur. Etenim cum una hypostasi, unam pariter opera-

(1) Intellige synodum chalcedonensem. Vel certe recole cap. 6. p. 17.

(2) Notissimum est Monophysitas orthodoxorum argumentis convictos, adhuc refugium illud quaesivisse ut dicerent Christum unum ex duabus naturis, non tamen in duabus. Id autem tum saepe alibi, tum in editis a me adversus Monophysitas variis veterum auctorum scriptis ventilatum satis refutatumque comperies.

tionem adtribuebat: atque ita confusaneorum et docetarum tramitem, magistrorum suorum, sectari eum apparet. Sicut enim illi dualitatem numeri irreligiose malitio- *Gr. p. 42.* seque arripiunt, quam verae religionis rectaeque doctrinae defensores de duabus naturis pie adfirmant; atque hanc deinde dualitatem ceu dividendae Christi hypostaseos causam producunt, ut vel duas personas ob naturas invehant, vel ob unam personam unicam necessario naturam statuant; ita etiam hic noster incircumscripti adhaerens vocabulo, videtur graviter vehementerque conari, ut vel per hoc Christi hypostasim dividat, vel etiam Verbum cum carne circumscribat. Nam quae addit, ita se habent.

41. „ Sed vel deitatem pariter circumscribi usuvenit in illa icone, quatenus
„ Christus ex duplicitate existit; vel simplicem tantummodo hominem Christum
„ intelligi, atque ita eum figurari; quatenus icon, est personae icon; et deitas
„ est incircumscripta. „ Quomodo hoc dicit? sive id negotium naturaliter ita se habeat, sive secus. Sed enim haec, prout suae lubet stultitiae, tyrannice pronunciat, nullo argumento veritati favente utens. A nobis autem paulo etiam retro de hac re vere dictum fuit, nempe quod Verbum divinum natura sua impassibile, etiam corpore adsumpto, nihilominus impassibile mansit, et horum quae frustra dictitantur, prorsus expers. Quod nunc quoque breviter repetemus. Dicendum est enim non modo cum circumscripto corpore Verbum haud circumscribi, sed neque in ipso corpore existens esse circumscriptum, etiamsi corpus substantialiter et inseparabiliter eidem copulatum est. Atque hoc nemini ignotum arbitror, si certe credendum est iis qui negotium nos docuerunt divinae condescensionis. Quomodo enim verax fuisset magnus Iohannes, qui veritati testimonium praebuit dicens *: ** Ioh. I. 26* " medius vestrum stetit, quem vos nescitis? ,, Num is corporaliter nondum esse praesentem Christum innuebat? Sane et ipsa veritas Servator * " prius quam te ** Ioh. I. 48* ,, Philippus vocaret, cum esses sub ficu vidi te ,, Nathanaheli dicebat. Tum etiam cum discipulis procul Bethania corporaliter versans, Lazari obitum palam nunciabat *. Et denique se cum illis futurum post resurrectionem usque ad consumma- ** Ioh. XI. 14.* tionem saeculi promittebat *. ** Matth. XXVIII. 20.*

Plura enumerare quid interest? Ubi fuerint duo vel tres in nomine eius congregati, illic se fore in medio illorum spondet *. Ubique autem Christiani congre- ** Matth. XVIII. 20.* gantur; ergo ubique ille aderit; nempe ut cuique exploratum est, secundum suam ineffabilem arcanamque naturam, cum qua * ubique et super ista esse intelligitur. ** gr. κὰὶ ἡ̃ν.* Nam et divina oracula alicubi aiunt *: nonne caelum terramque ego impleo, dicit ** Hier. XXIII. 24.* Dominus? Itemque *: Deus propinquus ego sum, dicit Dominus, et non remotus. ** Ibidem 23.* Et, quò ibo procul Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam *? Atque ipse quidem ** Ps. CXXXVIII. 7.* rebus omnibus adest, haud tamen res omnes ei adsunt (1), aiunt theologi. Unde apparet, eum omnibus divinitus esse praesentem, non tamen corporaliter cum iis congregatis ubique fuisse. Etenim nec tum aderat, quoniam discipuli aiebant *: in ** Luc. X. 17.* nomine tuo etiam daemonia nobis subiiciuntur. Alibi quippe tunc eius corpus con- *Cr. p. 43.* spiciebatur. Patet ergo circumscriptum fuisse Christum in corpore, sed nominis potentissima invictaque vi prodigia ubique patravisse. Neque vero prophetica praevi-

(1) Nempe Deus res nostras omnes scit ac videt; non ita nos res Dei.

sione et gratia (absit!) haec et faciebat et discipulis praenuntiabat, ceu futura cernens; sed utique tamquam Deus cunctis praesens. Neque item sola vi activa, iuxta priscos aliquot qui ita nugati sunt, nempe cum vacuos reliquisse caelos sua hypostasi, per divinae incarnationis tempus, et substantialiter versatum esse nobiscum; activa autem vi tantummodo et maiestate apud Deum patrem extitisse; quoniam aliud esse substantiam, aliud vim activam, sicut in corporibus visibilibus, ita etiam in divino Verbo censebant, quam rem orthodoxi negant: namque in simplicibus et incorporeis nihil praedicta differre norunt; quae revera non sunt invicem disterminanda, ne forte imaginemur esse compositum, id quod quamlibet potius simplicitatem superat: nam nec umquam divina substantia sine actione erit; neque absque substantia fiet actio. " Pater meus, inquit, usque modo operatur, et ego operor *. ,,
* Ioh. V. 17. Substantia enim demonstrat illum supersubstantialiter se habere, semperque sibi esse aequalem, et indeclinabiliter in sua stabilitate atque immobilitate perstare. Actio autem providentiam circa res, et arcanam administrationem denotat; quibus, etsi simplicitatem suam minime deserit, agit tamen, et curam omnium gerit. Verum etiamsi cum hominibus ceu verus homo versabatur, paternum non deserebat
* Ioh. X. 38. sinum; paterque erat in ipso, et ipse in patre *.

Si ergo, ut veritatis decurrens sermo concludit, in proprio non circumscribitur corpore, quid ni omnem stultitiae dementiae impietatisque mensuram excedet, si quis dicat circumscribi cum circumscripto corpore Verbum, quum reapse incircumscriptum Verbum sit? Nam simul sumpta fuisse oportet etiam coniugata eorum quae sunt in quaestione. Quumque omnibus rebus sit praesens, maioris dementiae fuerit extremique delirii dicere, separari a corpore Verbum, si circumscriptum (corpus) esse adfirmetur. Nam si a nulla re abest, et nusquam deest, quid ni verius dicatur, illud in corpore proprio hypostatice sibi unito et circumscripto semper adesse? ut simul, et secundum idem, impiorum utrubique absurda et insana coarguatur pertinacia. Nam si universa creatura, cui praesens est incircumscripte Deus, incircumscripta esset, valeret ei fortasse aliquid argumentatio sua. Sin contra omnia circumscripta sunt, cur haec insulsissima et frigida contentio fit, quae a proprio tantum corpore Verbum exterminat? Vere telam aranei contexunt qui ista sapiunt et dicunt!

42. His ita disputatis, reliquas sermonis nostri partes persequamur. Quoniam ex duplicitate conflatum Mamonas Christum adfirmat, si certe ei conservare vult quam bucinat inclytam et egregiam duplicitatis appellationem, circumscriptum in alterutra ex his naturis confiteri Christum deberet. Quia vero id non concedit, dissolvitur ei compactum hoc et mirificum duplicitatis vocabulum, ipsoque duplici-
Gr. p. 44. tatis artificio callidisque suis sophismatibus denudatur. Est autem superbi hominis sibique nimis placentis officium, res ultra aequos fines positas, aëreo veluti cursu pervestigare; ab iis autem quas ei dispicere ac speculari liceret, manifeste aberrare. Oportebat enim ex iis quae antea dixit, praesentire atque intelligere, quid sibi indidem foret obventurum. Ex duplicitate constare Christum censet? Propterea igitur et compositus omnino erit. Nam si res simplex, est incomposita; quod ex duplicitate consurgit, compositum est. Quid ergo sequitur? Si incircumscripta est deitas, quia simplex et incomposita; quod ex duplicitate compositum est, quid demum

erit? Dicet omnino vel invitus, id esse circumscriptum. Alioquin ipsa etiam compositionis notio, circumscriptionem nobis prorsus repraesentat. Sic usquequaque et rectae doctrinae et ipsi sibi repugnare cognoscitur. Atque haec adversus ipsius sermones dicta sunto (1). Videtur enim is Christi mysterium adsequi mente sperasse, qui ne illa quidem quae ante pedes sunt novit aut videt. Semel quippe a recta regiaque via devius, ad declivia utrimque praecipitia defertur.

Vult ergo auditores suos orationis vi compulsos, ex duabus unam praeoptare sententiam. Aut enim Christum pingentes, in duplex ut videtur peccatum necessario incurrent; nempe vel simul cum imagine deitatem circumscribent, propter unicam personam quae ex duplicitate fit, ut ait: vel simplicem tantummodo hominem Christum reputabunt, et sic Nestorii vesaniae consentient. Aut si haec vitare student, omnino Christum pingere caveant; atque ita in pravum Mamonae dogma incurrent, id est in contrariam phantasiastarum sectam, qui funditus veritate exciderunt; cui tamen ipse sectae non sine ardente studio adhaeret; siquidem ex duplicitate quidem adfirmat, in duplicitate tamen, id est in duabus naturis, Christum existere prorsus negat (2). Atque ita uno saltem modo divinae incarnationis doctrina corrumpitur. Quorum hominum fugiens absurditates ecclesia, et in alterutram partem claudicare divinitus vitans, mediamque et rectam viam tenens, uni adhaeret veritati, orthodoxe religioseque Christi oeconomiam confitens atque amplectens. Iam vero qui illa dogmatizat, idem evidenter facit, ac si quis ex aureo, verbi gratia, sigillo plures in cera impressiones effectas videns, mox contenderet, vel aurum cerae concretum esse et commixtum, dum charagmata exprimeret; vel omnino incusam in sigillo scripturam, ab illo dividi ac dispertiri. Vel si quis ignem figuratum aspiciens, cuiusmodi saepe videmus rotas quasdam igneas ardentesque flammas una cum cherubinis pictas, qua forma theologi angelorum apparitiones viderunt; is, inquam, igneum quoque calorem ibi prorsus cum materia circumscriptum existimaret, aut separari ignem a sua propria substantialique qualitate propter figurationem. Sicut ergo ita opinari ac dicere, stultum est atque impossibile, ita illud stultius et impossibilius. Sunt enim hae fatui attonitique ingenii despumationes. Nam si praedicta nihil in sua natura patiuntur, quomodo supernaturale et impassibile Verbum aut circumscribetur cum propria carne, aut si haec pingatur, ipsum ab ea dividetur, aut aliud huiusmodi perpetietur? quandoquidem ne in sanctissima quidem carne sua, cui substantialiter unitum est, circumscriptum fuit (3). Atqui hunc sapientem scire oportebat et credere, Christianorum dogmatibus obsequentem, divinum Verbum cum genus nostrum redimere per suum salutarem adventum voluit, cum hypostasi sua arcane et ineffabiliter totam toti sibi hanc circumscriptam linealemque nostram ac figuratam naturam adunavisse, quae etiam post adsumptionem circumscripta et linealis perpetuo conservatur. Nam nisi hoc circumscriptum corpus adsumptum fuisset, non esset salvatum. Siquidem quod nequit adsumi, insanabile est, ut aiunt theologi. Deinde Mamonas haec subiicit.

Gr. p. 15.

(1) De circumscripto et incircumscripto diu loquitur etiam Theodorus studita in pari opere edito adversus Iconomachos. Nos vero laetamur, quod huius quoque sapientissimi piique auctoris nova aliquot scripta in his nostris voluminibus prolaturi sumus.

(2) Recole dicta a nobis p. 54. adn. 2.

(3) Confer Eusebium caesariensem in opere nuper detecto *de theophania* lib. III. 39.

43. ⁓ Qui fecit iconem illam, dicit iconem esse Christi. Atqui nomen Chri- ⁓ sti scimus non hominem tantum denotare, sed etiam Deum. ⁓ Oportuerat hunc, si suorum certe sermonum respectum aliquem habuisset, animadvertere illorum quae antea dixerat absurditatem. Sed mos est erroris atque mendacii, ut sibi pariter ac veritati contradicat. Nam si unum id esset quod ex nomine denotatur, contumaces quidem adversariorum de uno opiniones, veritatis adsertor sermo noster lustrans, et sententiarum ambiguitatem librans, victoriam potiori decerneret: nempe vel omnino circumscriptum unum diceret, vel item omnino incircumscriptum. Sed quia Christus duas prae se fert naturas, sicut etiam Mamonas ait, quis prohibet quominus harum utrique propria et convenientia adtributa adsignentur? ut et mutuo adunatae sint, et tamen neutra discesserit a substantialibus suis praerogativis; ut inconvertibiliter manentibus physicis proprietatibus, non tamen naturae separentur, quoniam inconfusae invicem circuminsident (1). Quamquam enim in uno Christo duae res sunt, haud hinc tamen subiecti dualitas confit, sicut ne animae quidem et corpori usuvenit. Neque si quis annuat eundem hominem simul esse aurificem et statuarium, idcirco ex auraria et statuaria unam artem efficiet. Mamonas tamen dualitatis numerum ceu malitiae suae instrumentum obiectat, et in naturis perperam cavillatur, ut compositam quoque ex his personam demum destruat, suamque de hac re sententiam facilius consummet. Ergo qui illam facit imaginem, Christique esse dicit, probe scit ea etiam quae hoc nomine significantur, quaeque item a persona denotantur: neque item nescit haec invicem esse opposita quae coadunantur, quorum est una (id est simultanea) cognitio, ut loquimur. Sciens igitur horum unum esse invisibile et incomprehensibile, ideoque indelineabile et incircumscriptum, cognoscet pariter etiam alterum, nempe quod sit visibile et comprehensibile; ita ut necessario et circumscriptum sit et delineabile, propter contrariorum antithesim. Non ergo ad totum unum, tamquam totum, respiciens quod ex duobus partibus componitur; alioqui fortasse vim aliquam argumentum haberet; sed visibile tantum spectans, ita se gerit. Scit autem quod picturae causa, haud necessario alterum simul circumscribetur, neque item unum totum illud di-
Gr. p. 16. videtur. Nullatenus enim id fieri potest. Nam sicut, quia tu pingentem videas, haud propterea res visa in partes ibit; ita ne ob delineatum quidem unum, alterum simul circumscribetur. Iamque hoc ab hominis etiam exemplo demonstravimus; et aliis quoque in rebus idem facile comperietur. Nam si quis duabus differentibus monstratis rebus, alteram harum eligat, num et alterâ simul utetur? Exempli causa: ignem scimus duplicem habere ex se prodeuntem vim, alteram illuminandi, urendi alteram. Si quis ergo luce ex igne indigeat, num idem vel invitus cogetur combustionem quoque indidem experiri? Vel si quis ad sordium purgationem aqua calida utatur, num inde etiam refrigerabitur, quoniam aqua simul habet purgandi ac refrigerandi facultatem? Nemo certe sanus his adsentietur. Sic itaque Mamonas veluti unum quid, totum hoc, id est Christum, contemplans, vellet illa etiam unde idem constat, tamquam in totius mentione simul adunare, nihilque horum per se ipsum spectare: ita ut quae uni accidunt, prorsus et alii evenire necesse sit.

(1) De vocabulis περιχωρεῖν et περιχώρησις in usu loquendi theologico, diu ac sapienter Petavius disserit de Trinit. lib. IV. 16, quem si graeci lexicographi consuluissent, meliora et abundantiora tradere poterant.

44. Age vero si quando a Paulo audierit: " nos autem praedicamus Christum ,, crucifixum * ,, quid ei tunc menti occurrit? Quoniam commune est ambabus coadunatis naturis nomen Christi, sane vel invitus coactus fuerit secundum suas propositiones, quoniam Deus quoque hoc nomine denotatur, ne quod est unum dividat, ipsum Verbum in propria vere natura crucifixum dicere, divinamque arcanam substantiam cum humana esse compassam. Et si quis ei venerandum quoque et vivificum sepulcrum ostenderit (ut iam circumcisionem et passiones alias omittamus), profecto dixerit mortuum esse Verbum, divinamque et inmortalem naturam cum humana ac mortali consepultam. Haec enim apud eum fiunt, ut quominus dividantur naturae, si quid alterutra patiatur, in idem pariter incommodum etiam alteram pertrahat. Quid porro ei demonstrant verba: " nobis quidem unus Deus et ,, pater, ex quo omnia, et nos in ipso; et dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum *? ,, Certe e contrario paria illi obvenient absurda. Nam quia in unum conferuntur omnia, videbitur concreatrix cum Verbo nostra quoque natura in rerum omnium productione, eritque homo sui ipsius creator. Itemque dicente divo Petro: " tu es Christus Dei filius * ,, secundum eiusmodi propositionem, caro etiam comperietur, propter filii relationem, deitatis naturaliter habere dignitatem. Haec et plura similia, delibans quilibet divinas scripturas, inveniet quae istius blasphemiam absurditatemque obiurgabunt. Talia quippe Mamonam cogitare et opinari, sermonum eius prohoemia, vanae fallacesque quaestiones, nobis demonstrant. Et haec quidem ille inartificialiter simpliciterque dogmata tradit, non autem modo aliquo adpropriationis aut permutationis (1), prout mos est magisterii catholici; qua de re paulo post dicetur (2).

* I. Cor. I. 23.
* I. Cor. VIII. 6.
* Matth. XVI. 16

45. Sed quia hoc nugante et tautologo, nugari simul constituimus cum dictis eius; huic, eadem licet dicenti de iisdem rebus, rursus occurramus. Ita vero is habet. ⸿ Et quomodo Dei et hominis nomen (Christus) divinam naturam denotans atque humanam, de illa icone pronunciari a nobis potest, quae humanae tantummodo naturae repraesentandae vim habet, divinae vero incomprehensibilis haudquaquam? ⸿ Hoc verbum " quomodo ,, ut quasi praesentem te adloquar, si tibi animae aures non obsurduissent, si tibi intellectus oculi non essent excaecati, si tibi mens non esset alienata et ratiocinii usus subversus, si tibi religionis termini immoti manerent, et catholicae ecclesiae traditio conservata esset incolumis, si aliquam saltem fidei scintillam corde tuo retineres, neque furiis adversus irreprehensibilem infallibilemque confessionem nostram agitarere, ducibus qui te ad infidelitatis perditionisque praecipitium trahunt; hoc, inquam " quomodo ,, a te quaesitum, evidentissime patens fuisset; si reapse quaesitum, et non potius ceu decipula quaedam et callida improbitas, apud te repositum erat. *Gr. p. 17.*

Atque ut eadem de iisdem rebus resumentes dicamus, sicut crucifixio et passio, Christi dicitur, itemque sepultura et reliqua, ne prolixius verba faciamus, modulum excedentes, et audientium auribus molestiam creantes, neque iam diutius aeque ac tu fabulemur; quia Christi nomen naturarum dualitatem complectitur, ea quae uni tribuuntur, alteri quoque accedent. Certe crux nonnisi hominis naturam

(1) Hanc theologi nostri dicunt idiomatum communicationem.
(2) Adde in graeco: περὶ ὧν μετὰ μικρὸν εἰρήσεται.

cruciare potest, nihilominus Christi crux dicitur. Fidem tibi faciat qui ait: " mihi
* Gal. VI. 14. ,, autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi *. ,, Circumcisio hominis carnem abscindere potest, et sepulcrum hanc intra se circumscribere, concludere ac celare valet. Haec tamen omnia Christi dicuntur: quamquam nihil horum de divina ineffabili natura proprie ac substantialiter dicetur, quia est haec inviolabilis et impassibilis, et ab omni eius generis re, quae cogitari possit, prorsus aliena. Nam si quid huiusmodi dictum videatur, id permutationis et adpropriationis modo dicitur, quod tu in praesenti non facis, quia funditus id ignoras. Passus autem Christus dicitur non qua Deus, sed qua homo, etsi unus idemque est hypostatice adunatus. Quia igitur et corpus quod a nobis sumpsit, Christi corpus dicitur, in quo etiam omnia passus creditur, hoc autem corpus omnino characterem habuit, si enim hoc caruisset, ne corpus quidem fuisset; necesse est etiam corporis characterem ac speciem, Christi dici. Nam sicut corpus proprium Christi est, sic et character haud referendus ad naturam Verbi est, quod forma caret, et indefinitum est, nullaque figura praeditum; sed ad Verbi corpus humanamque naturam pertinet eiusque formam, ex quibus Christus conficitur: ideoque et homonymiam cum illo habet, quia speciem eius prae se fert (1).

Gr. p. 48. Sed te quidem adsumptum Christi nomen, quod duarum naturarum demonstrativum est, dogmatibus tuis gloriari magnopere et inflari impulit, atque existimare neutrum horum isto nomine denotatorum, sine altero, quolibet in negotio aut dogmate nominari solere, nec quomodolibet usurpari, quin si ab altero dissocietur, procul omnino distrahatur. Nos vero quid ad haec dicimus? Sane tibi aliquando occurret, hominem tantummodo Christum aut filium hominis dici, atque ita nuda nominatione appellari. Et si alii nemini, Christo certe credere voles turbis Iudaeorum dicenti: " cur me interficere quaeritis, hominem qui veritatem vo-
* Ioh. VIII. 40. * Ioh. VI. 54. ,, bis locutus sum *? Et, nisi manducaveritis carnem filii hominis *. Et, clarifica-
* Ioh. XIII. 31. * Matth. XVII. 21. ,, tus est filius hominis *. Et filius hominis tradendus est *. Et, venit filius hominis
* Matth. XVIII. 11. ad salvandum quod perierat *. Et, Davidis filium nominabant *. ,, Multaque his si-
* Matth. IX. 27. et alibi. milia in evangeliis comperientur, nisi forte lusus nugaeque evangelica a te creduntur oracula. Quoniam itaque quod nuda hominis appellatione significatur, unum est non duo, sicut in Christi nomine usuvenit; namque unam nobis humanam naturam vocabulum denotat; quid tibi eveniet, et quid tibi adiicietur, veluti novum quid et magnum et plane mirificum? Licet enim tibi, qui Christo potius quam nomini eius adversaris, merum hominem et de nostro numero unum praedicare Dominum, id quod tu et olim et nunc etiam improbe studuisti; atque hunc reum, et poenae subditum, et digna maleficis patientem, violentaeque neci addictum. Alia
* gr. παραλείψαιμι. consulto praetereo *, blasphemiae metu. Fortasse dices, hominem hunc Deum quoque esse. Quaestionem solvisti; nam et Deus hic homo est. Sed e contrario, cum Deum tantummodo nominari audis: " in principio erat Verbum, et Verbum erat ,, apud Deum, et Deus erat Verbum. Et, vidimus gloriam eius, gloriam quasi uni-
* Ioh. I. 14. ,, geniti a patre *. Et, sicut pater suscitat mortuos et vivificat, sic et filius quos
* Ioh. V. 21. * Ioh. XVII. 1. ,, vult vivificat *. Et, pater clarifica filium tuum, ut et filius clarificet te *. Et, ego

(1) Heic et deinceps admirentur theologi persubtilem aeque atque rectissimam Nicephori de Christi idiomatibus doctrinam.

,, et pater unum sumus *. Et caeco nato dicitur: tu credis in filium Dei *? ,, Et quaecumque hic similia; num, inquam, cum haec audis Deum tantummodo existimas, substantia nostra spoliatum? Ita prorsus eum corpore exueres, et quicquid humanum est detraheres; adeo ut iam deinde posses universam oeconomiam aperte destruere. * Ioh. X. 30. * Ioh. IX. 35.

46. Quid ais? Mordicus inhaeres propriis naturarum vocabulis, et his quae sunt humilia Christum deprimis, divinis et excelsis dotibus spolians, tuis nimirum magistris consonans, et ariana insania laborans. Excelsis autem vocabulis humilia aboles, solaque sublimia tribuis, concinisque inspiratoribus tuis, abominandorum Eutychianorum vel potius Manichaeorum (1) deliras phantasticasque fabulas aemulans. Sed tibi quidem facile est, ex quo ad conculcandam destruendamque oeconomiam incumbis, hisce absurditatibus oblectari. Sed cum versam vicem in his spectaverimus, nempe cum appellatio quidem propria est et peculiaris substantiae nostrae; attamen quae de ea praedicantur, naturae supra nostram sunt convenientia, quid putabis? Non enim sicuti Christus, commune nomen duarumque naturarum demonstrativum est, ita et heic usuvenit, sed cum peculiari et physica denominatione, sublimes quoque praerogativae alterius coëxistentis substantiae connectuntur, propter vicissitudinem, in eodem subiecto communicatis mutuo idiomatibus, aeque ac naturis, prout ecclesiastica sententia est. Nam quid ad hos locos dices? " si vi- *Gr. p. 19.*
,, deritis filium hominis illuc ascendentem ubi prius erat *. Et, nemo ascendit in * Ioh. VI. 63.
,, caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis *. Et, sunt quidam de hic ad- * Ioh. III 13.
,, stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem
,, in regnum suum *. Et, venturus est filius hominis non sine gloria patris sui cum *Matth. XVI. 28.
,, angelis sanctis *. ,, * Ibid. 27.

Num tu igitur nudis adhaeres nominibus, cogitasque regnum hominis aeternum et indissolubile? et hominem in caelo praeexistentem? et de caelo descentem rursusque illuc revertentem? et appellati hominis genitorem Deum patrem esse? Quin tu potius ad rerum gestarum naturam ipsamque veritatem respice; et cum stupore admirare magnum oeconomiae mysterium, quaeque de ea dicuntur atque creduntur iuxta catholicae ecclesiae magisterium admitte, haud iam nudis adtendens vocabulis ac nominibus, ne salutem tuam abiicias. Sed hem tu hisce omnibus valedicens, vatibus tuis ducibusque obsequens, ad calumniandam veritatem Christique oeconomiam stulte impieque procedis. Nos autem istos homines, qui de nominibus pugnant, in nuda vocabulorum perstare praedicatione sinentes, atque ut in syllabis litteraque digladientur concedentes, ad veritatis rerumque ipsarum vim conversi spectemus, breviterque hanc explanemus.

47. Dicendum est itaque, Christi nomen sine dubio naturarum dualitatem nobis significare in una hypostasi, prout saepe in superioribus latius dictum fuit. Inspirata autem divinitus scriptura, et patrum summates (2), nominis dignitatem magni facientes, multimodis significationes eius acceperunt, et permutationis atque adpropriationis modo in eiusdem exercitio usi sunt. Cum enim Christi naturas per

(1) Recole dicta de variis haereticorum sectis p. 31. adn. 1.

(2) Intellige praesertim Gregorios duos nyssenum et nazianzenum, nec non Cyrillum, et ex latinis Leonem PP., qui copiosissime ac splendidissime de his disserunt.

se seorsum spectant, id est deitatem et humanitatem (hae sunt enim substantiarum denominationes) tunc quae sunt propria et naturaliter inhaerentia, utrique singillatim naturae tribuunt; neque dicta de una ex his natura, de altera quoque praedicant: nam neque deitatem creatam passibilemve dicerent; neque vicissim humanitatem increatam aut incorruptibilem aut impassibilem appellarent, multoque minus eas invicem compati dicerent, sicut hodierni dogmatistae existimant. Cum au-
Gr p. 30. tem compositam ex his hypostasim, ceu unum quid accipiunt, Christum quidem ex utraque appellant; concurrentium autem naturarum idiomata, una cum ipsa hypostasi praedicant; quoniam et Deus simul et homo Christus est, et Deus incarnatus, et Christus creatus pariter et increatus, impassibilis et passibilis idem. Interdum vero ex divinis solis excelsisque attributis Deum et Dei filium nominant. Interdum denique ex humanis tantum atque humilibus, hominem hominisque filium vocant. Aliquando etiam ea quae de utraque parte dicuntur idiomata, de alterutro simul subsistente et coëxistente vicissim praedicant, propter mutuam partium circuminsessionem (1). Sic videlicet Deus passibilis dicitur, et gloriae dominus crucifixus, non qua Deus sed qua homo. Et vice versa, homo absque initio, impassibilis, increatus, caelestis, puer ante saecula, non qua homo sed qua Deus. Nam propter summam naturarum unionem, et hypostaseos unitatem, et quia eadem persona est, unus est, et idem pariter ambo est, partim quidem sine initio a patre, partim vero ita factus ob suam erga homines benignitatem. Atque hac ratione utraque natura idiomata sua alteri communicat, propter eiusdem hypostaseos unitatem; quin tamen pars alterutra deserat alterum in eodem subiecto adtributum: sicuti etiam sibi proprias fecisse dicitur Verbum carnis suae secundum oeconomiam passiones. Nam etsi nihil in propria natura reapse sit passum, nihilominus perpessum dicitur, ut unus omnium Servator credatur: atque ut nostrae existentiae conservationisque causa adseritur, sic etiam nostra felicitas accepta eidem referatur.

* I. Petr. III. 18. Atque hoc nos docet theologorum apex divus Petrus (2) dicens *: " Christus ,, semel propter peccata nostra mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo;
* I. Petr. IV. 1. ,, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. Et rursus *: Christo passo ,, pro nobis carne, et vos eadem cogitatione armemini. ,, Consonabit his etiam mysteriorum initiator, " Christum crucifixum praedicans, et dominum gloriae in
* I. Cor. I. 23. ,, cruce suspensum *. ,, Ideo deicidas et dominicidas vocant Iudaeos tum isti, tum divi patres nostri, qui de ratione adpropriationis idiomatum ita disserunt. Divus quidem Cyrillus in tertia ad Nestorium epistola (3): " eratque in crucifixo cor- ,, pore, carnis suae sibi adproprians passiones. ,, In illa vero ad orientales sic (4): " impassibile praeterea Dei Verbum confitemur omnes, etiamsi sapientissime my- ,, sterii oeconomiam gerens, sibi adtribuere videbatur eas quae carni suae accide- ,, bant passiones. Propterea et sapientissimus Petrus: Christo igitur pro nobis car-

(1) Dixi de vocabulo περιχώρησις p. 58. adn. 1.

(2) Cur theologorum apex Petrus potius, quam Paulus aut Iohannes? Nempe ad Petri apostolicum primatum Nicephorus respicit. Iam vero qui carolinos libros, ut hoc obiter dicam, adeo magnificant, quia ss. imaginum cultum improbant, cur non aeque laudant primi libri capitulum sextum, ubi Petri sedes, romana ecclesia, ceteris cunctis praefertur, et in fidei quaestionibus omnino consulenda dicitur?

(3) Ed. Auberti T. V. part. II. p. 72.

(4) Confer Cyrilli opera T. VI. p. 198.

,, ne passo; carne inquam, non ineffabilis deitatis natura. Ut enim ipse omnium ,, servator esse crederetur, oeconomica adpropriatione in se, ut dixi, carnis suae ,, passiones transtulit. ,, Sacer vero Amphilochius ad Seleucum scribens sic ait (1): Gr. p. 51.
" adsumpta patitur natura, sed ea quae adsumpsit, manet impassibilis. Adpropriat ,, autem sibi Deus proprii templi humanas passiones, crucem et mortem, et alia ,, quotquot in ipso secundum oeconomiam spectantur. Adpropriat sibi, inquam, ,, nihil ipse patiens. ,, Sic et divus Gregorius nyssenus adversus Apollinarem scribens (2). " Quoniam itaque alia est humana voluntas, alia divina, loquitur quidem, ,, tamquam ex humanitate, ea quae sunt infirmitati naturae congrua, is qui nostras ,, passiones sibi adpropriavit. Insuper, quod mirabile est, non solum eas quae nostrae naturae substantialiter et a primordiis insunt passiones, sed etiam deteriores, de communi nostro servatore Christo praedicatas in sacris scripturis comperimus, easque adpropriatas dici, veluti quod maledictio pro nobis, immo et ,, peccatum, factus fuerit; iuxta illud: maledictus omnis qui pendet in ligno *. * Gal. III. 13.
,, Et illud: nescientem peccatum, fecit esse peccatum *. Tum quia rebellem nos- * II. Cor. V. 21.
,, tram contumacemque naturam susceperit. Sic enim sibi adpropriat adsumpta, ut ,, in se deteriora consumat, veluti ceram ignis, terrae vaporem sol: nosque propria ,, ipsius participemus propter adunationem. ,, Ita magnus Gregorius.

Verumtamen haud hos duces sequuntur veritatis adversarii; aeque enim irreligiosi ac stulti, carnisque cupiditatibus dediti, contraria plane dogmata tenent. Nos vero ab ecclesiae magistris edocti, intra terminos orthodoxiae consistimus, haud equidem Verbi naturam ad carnis trahentes passiones, sed has illud sibi adpropriando, secundum oeconomiae rationem, passum dicimus; nullatenus in his a recto ratiocinio excidentes, quoniam unus idemque est qui et gloriam participat et ignominias. Sicut ergo corporis passiones secundum oeconomiam sibi adpropriavit, et sicut corpus Dei Verbi dicitur, ita etiam icon sanctissimi ipsius corporis ac similitudo, ceu propria ad illum refertur: atque ita adpropriata, et communi naturarum nomine utens, homonyma archetypo appellatur. Vos autem Unigeniti oeconomiae hostes (vos enim nominatim compello) quid ad haec dicitis? Quid vobis videtur ad Christi ignominiam contulisse orthodoxorum circa divinum mysterium immota fides ardensque amor? Qui beneficia inde secuta fatentes, res pro nostra liberatione magnifice gestas describunt atque depingunt, ut tamquam prae oculis eas habentes, recentem semper et vividam continuamque memoriam, prout Christi ecclesiae antiquitus traditum fuit, in animis suis gerant. Indolis quippe nostrae tarditas et segnities quasi quodam stimulo indiget compungente et ad rerum utilium studium excitante. Quod Christus factus fuerit maledictio et peccatum, quod

(1) Apud Combefisium in Amphilochii reliquiarum editione p. 142, cum aliqua varietate.

(2) In editione parisiaca T. II. p. 696. Reliqua per otium sunt quaerenda; namque et alterum Nysseni prolixum contra Apollinarem scriptum protulit L. Zacagnius. Ceteroqui absurdus mihi videtur carolinorum librorum auctor lib. II. cap. 17, qui ad Nicaenae synodi testimonia ex Nysseno, nihil aliud respondet, nisi huius patris vitam et doctrinam sibi esse ignotam, ideoque testimonia ex eius opusculis prolata ad res dubias confirmandas, minus cerni idonea. Rursus lib. III. cap. 5. perperam auctor reprehendit Tarasium, quod in fidei professione dixerit Spiritum sanctum *contribulem* (σύμφυλον) patri et filio: quod vocabulum detestari se ait, et inutili eruditione castigat. Ecce enim apud Nyssenum contra Apollinarem ed. Zacagn. p. 166. vocabulum σύμφυλος de filio dictum, explicatur συμφυης καὶ ὁμοούσιος, id est *connaturalis et consubstantialis*.

crucifixus et mortuus, quodque maleficorum poenam sit passus, et quaecumque alia pro salute nostra sponte sustinuit, nonne haec vobis credenda sunt? Quod si Gr. p. 52. haec nostri causa pro summa sua bonitate pertulit, quanto magis illa a nobis excipiet, fidem videlicet gratumque animum studiosorum sui aequo pondere aestimans?

Ps. CXL. 4. 48. Sed vos in peccatis excusationes excusatis * (1), circumscripta et incircumscripta irreligiose simul et insipienter intemperante lingua blaterantes, vestramque ignominiam, non autem gloriam, commendare volentes, resistitis Dei longanimitati et patientiae, salutaremque oeconomiam improbando calumniamini, funditus eam abolere conantes. Nam nisi eiusmodi essent consilia vestra et molimina, et si umbra saltem pietatis vobis superesset, nihil nunc opus foret vanis neotericisque dogmatibus ecclesiam Christi oppugnare. Profecto si vobis orthodoxia curae esset, rectamque et irreprehensibilem circa Christi oeconomiam sententiam retineretis, nec malitiose figuratam vestroque arbitratu confictam in Christo personarum dualitatem nobis obiiceretis, recte oppido illa etiam quae huic sunt congrua ac propria traderetis: duplicem scilicet Christi nativitatem confitentes, unam ante saecula et sine initio incorpoream, sempiternam, ex sempiterno ac sine principio patre; alteram extremis temporibus ex immaculata Deipara, salutis nostrae causa in tempore factam; utrique ea tribueretis quibus illarum diversa natura distinguitur, et inconfusae impermixtaeque dignoscuntur; nec non connaturales operationes ac voluntates, divinam scilicet et humanam. Quorum enim sunt diversae naturae, eorum aeque sunt etiam operationes: sicuti quorum sunt eaedem operationes, horum etiam pari sunt honore naturae, propter concurrentium oppositionem, prout ecclesiasticum dogma et sententia est. Sic enim religiose intelligetur divina quidem operatio sempiterna, vel potius substantialis operatio; quia non distinguitur a substantia operatio, sed sub eandem definitionem cadit, propter simplicis incorporeaeque naturae proprietatem; itemque in omni re differenter procedens, atque ut ita dicam incircumscripte. Non enim quum antea vis esset, postea in operationem ex vi transiit.

49. Simile (2) quid a Domino dictum fuit: " pater meus usque modo operatur, et ego operor ", non solum illam ab initio ex non extantibus ad existendum * Ps. CIII. 4. productionem rerum, sed etiam earumdem conservationem et curam; veluti * " facere angelos suos spiritus. Et, extendere caelum sicut pellem. Et, tegere aquis superiora eius. Et, fundare terram super stabilitatem suam: ", quae semel constituta, perpetuitatem quoque durationis retinent. At humana operatio haud aeterna est, sed finita, atque ut magis proprie dicam circumscripta. Nam silentium inter-

(1) Citat haec sacra verba etiam Macarius, φιλοθέως ita praelocutus: ἐγὼ Θεοῦ εἶδος ἑώρακα τὸ ἀνθρώπινον· καὶ χρωματουργήσας ὃ ἑώρακα προσκυνῶ, καὶ νοερῶς τὴν προσκύνησιν ἀναφέρω πρὸς τὸ πρωτότυπον· μνήμης ἐμπύρευμα καὶ πόθου ζέοντος παραμύθιον, τοῦ σαρκὶ φανέντος ἔχων τὸ ὁμοίωμα· οὐ γράφω πρόσωπον Θεοῦ, ὅπερ οὐκ οἶδε Μωϋσῆς ἐν Χωρὴβ καὶ Σινᾷ· ἀλλ' ὅπερ ἐν Θαβωρίῳ ἐθεάσατο, τοῦτο καθιστορῶν προσκυνῶ· οὐ χρωματουργῶ τὴν πρὸς Ἠλίαν ἐν αὔρᾳ λεπτῇ τοῦ ὑψίστου ἐπιδημίαν, ἀλλὰ τὴν ἔνδοξον ἐν Θαβωρίῳ διαχαράττω τοῦ Θεσβίτου θεωρίαν τε καὶ προσκύνησιν· τί συκοφαντεῖς, ἀνόητε, τὰ πάσης διαβολῆς ἀνώτερα; τί προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις; *Ego Dei faciem vidi humanam: et quod vidi, pingens veneror, et intellectualiter cultum ad prototypum refero. Mentis meae igniculum, et desiderii ardentis solamen, hanc imaginem habeo. Non illam pingo Dei faciem, quam non vidit Moyses in Horeb ac Sinai; sed illam quam in Thabore idem spectavit, hanc depingens veneror. Non illam coloribus exprimo Altissimi ad Eliam in aura tenui apparitionem; sed illam charaxo adorabilem visionem, quae Thesbitae eidem in Thabore oblata fuit. Cur ea criminaris, o insane, quae supra omnem calumniam sunt? Cur excusas excusationes in peccatis?*

(2) Novem qui sequuntur versus dederat latine etiam Turrianus apud Canisium tom. cit. p. 16.

rumpit loquentem. Et qui dormiit, nonne postea evigilat? Et quies motum circumscribit. Atque omnino qui aliquid agit, haud simul et aliud eodem tempore faciet. Similiter et virtus duplex est; divina quidem, sempiterna, substantialis virtus, immensa suapteque vi virtus, summo in gradu magnitudinis atque potentiae. " Et ,, sempiterna eius virtus ac divinitas *. ,, Humana vero, satis limitata atque infirma. " Caro enim infirma, etiamsi spiritus, inquit, promptus *. Et, homo in plaga posi- ,, tus, et sciens ferre infirmitatem *. Et, quamvis crucifixus fuit ex infirmitate, vi- ,, vit tamen ex virtute *. ,, Semper enim Deus bene nobis esse vult, ac salvos fieri, et conversionem peccatoris excipit atque paenitentiam. Nostrum autem ingenium volubile est ac limitatum: non enim idem semper volumus, sed modo sic, modo aliter; modo ambulare volumus, modo quiescere; modo contemplari et speculari, modo secus; modo operari, modo otiari. Et humanitatis, quae in Christo erat, voluntas haud divinae contraria erat, quia tota deificata. Secus autem res naturae nostrae volubilis atque fluxae, aliter atque aliter variant ac pervertuntur, firmitatem nullam ac stabilitatem habentes.

* Rom. I. 20 Gr. p. 53.
* Matth. XXVI. 41.
* Is. LIII. 3.
* II. Cor. XIII. 4.

50. Quid? Nonne et scientia duplex in Christo erat? Etenim utpote Deus, omnia noverat ante etiam quam fierent. Sic procul habitans, amici mortem discipulis tamquam Deus praemonstrabat *: praesens autem propinquansque sepulcro interrogat: ubinam posuistis eum *? naturae nostrae modulum ita significans. Item, Iesus noverat cogitationes eorum *, quod essent se interrogaturi. Nam etiam quatenus homo, omnium rerum potiebatur notitia, utpote Deo hypostatice unitus, non secus atque aliis praeditus erat praerogativis. Item speciem praebebat nesciendi diem et horam *, qua huic universo finis aderit; ita scilicet adsumptae naturae quod eius proprium erat tribuens. Quibus omnibus in opere incarnationis adsumptis, perfectus omnino homo itemque perfectus Deus existens, a nobis honoratur et proclamatur. Eodem modo et creatum et increatum eundem confitemur, et mortalem atque immortalem, et quaecumque alia in uno eodemque subiecto contraria cernuntur propter naturarum duplicitatem. His ita declaratis, quis prohibet pii dogmatis adseclas, quominus reliquam rerum dualitatem, pari modo in personae quoque adtributis usurpent? quod isti Christomachi impie negant: et quatenus quidem Christus ad Verbum refertur, dicant incircumscriptum; quatenus vero ad servi formam pertinet, circumscriptionem ei adsignent. Quis adeo brutus stolidoque animo atque excors sit, ut cetera quidem omnia duplicia in duplici nativitate aut natura confitens, in hoc tantum circumscriptionis negotio rixetur? Certe qui primarias et intimas naturarum notiones auferat, ne naturam quidem reliquam faciet. Quid enim heic formidolosum est aut magnopere noxium? Sicut enim operari et velle, nescire etiam atque pati humanitus Dominum, nullo modo eiusdem deitatis rationem laesit, neque divisionem ullam in unam eandemque hypostasim intulit; ita ne in carne quidem eum pingi, qualiter inter homines visus est et conversatus, ullam ei ignominiam adsperget; neque in unica hypostasi distractio ulla apparebit. Facessant igitur qui vana nugantur, qui divinae oeconomiae rationi invident, seque a sancta fide nostra abalienant.

* Ioh. XI. 14.
* Ibid. 34.
* Matth. IX. 4 et alibi.
* Matth. XXIV. 36.

ANTIRRHETICUS SECUNDUS

INCIPIT SECUNDA MAMONAE INTERROGATIO.

Gr. p. 54. 1. Postquam Mamonas absolvit, ut ipsi videbatur, primam interrogationem, vel mandatum potius, quo propriam revera praepotentiam ostendit; mox sermonem suum ad alteram transfert interrogationem. Aeque igitur ac in praecedentibus balbutiens et obstrepens, atque in eodem argumento nugans, insane laborat; cuius nonnulla verba in medium proferre aequum iudicavimus; ut hinc quoque arrogans eius superbumque ingenium patescat. Sic ergo loquitur. „ Volumus autem et aliud „ capitulum a vobis sciscitari; quia existimamus, eum qui hanc Christi imaginem „ fecit, de qua sermonem commovimus, haud penetrasse in altitudinem dogmatis „ inconfusae duarum Christi naturarum unionis. „ Cuiusnam haec arrogantiae iactantiaeve, immo vero insaniae atque stuporis fines non superant? Namque ob multam stultitiam suam solus ipse opinatur, non in tertium tantummodo verum etiam in quartum caelum se raptum, et ineffabiliora quam Paulum verba audivisse, et mentem Dei attigisse, atque omnem creaturam praetervectum, iis rebus fuisse initiatum, quas nemo umquam didicit. Quis tantae impudentiae cumulum non mirabitur? Sileo nunc de apostolis aliisque ecclesiae magistris, quos hic conviciis multis adpetit, eorumque dogmata proscindere ac delere non desinit, partim ob corporum quae passi sunt detrimenta, partim etiam ob infirmitates deridens ac maledicens. At illorum saltem qui in regali throno fulserunt, et pietate ac iustitia ornati fuerunt, quomodo mores non reveretur divinarumque rerum studium? Namque hi donariis sacrisque delubris Deum honorabant, et nedum sacrarum inscriptionum ornatum auferrent, sed struebant etiam, et accurato sumptuosoque artificio fieri curabant donaria huiusmodi in augustis templis sacrisque vasis atque texturis (1); apostolorum patrumque traditionem presse sequentes; quarum rerum infinita multitudo ad hunc usque diem omnium oculis est exposita; illis quidem pietatis testimonium, huic autem vituperatio et publica temeritatis atque impietatis infamia. Quorum enim mores et puram fidem atque pietatem imitari debuerat, his omnibus sapientiorem se magisque perspicacem esse gloriatus est, suis semper obsequens cupiditatibus. Ergone illi in dogmatis altitudinem non penetrarunt, qui omni actu suo ecclesiae magistros, tum antiquiores tum etiam contemporales sectabantur, hunc
Gr. p. 55. autem solum suae purissimum sanctumque vitae genus ad penetrale inscrutabilium Dei mysteriorum accedere fecit? Immo vero is se ipsum heic quoque prodit, tum illis tum veritati manifeste in cunctis adversari.

2. Sed qui in infinitum se iactat, et humanos vult excedere terminos tum loquendi tum etiam sciendi, idem in iis quae omnibus evidentia sunt, addubitat di-

(1) Puta Constantini magni tot sacra aedificia ac donaria innumera, quae copiose scribit auctor vitarum Pontificum rom.; ne tot sequentium occidentis orientisque Caesarum christianorum mentio fiat; quos inter tamen reticeri nequit Iustinianus qui S. Sophiae templum totius orientis maximum aedificavit vel potius instauravit, et ss. imaginibus musivo opere totum convestivit.

cens: „ Nam ille unus qui ex duobus in unam concurrit personam, quomodo „ figurari potest, quoniam altera ex eius naturis non est circumscripta? „ Ergo, inquam, una ex his circumscribitur. Huc enim illum sermonis sui curiositas provexit, ut invitum etiam praeter suam sententiam loqui adigeret. Sic veritate praefocatus, aliquid rectae rei mutire et crepitare coactus est, quod hactenus numquam dixisse visus erat. Deficit itaque in re principali, eiusque dogma dilabitur. Nam quum duas naturas iam pronunciaverit, atque ex his unam aperte dixerit incircumscriptam, sequitur ut alteram, etiamsi nollet, circumscriptam praedicaverit. Nam quis sensatus, si dixerit, ex duobus hominibus unum esse ignotum, non simul prorsus fatetur alterum esse cognitum? Risui sunt ergo pueriles eius cogitatus et gloriationes. At enim hanc reliquam partem reticuit, quam tamen addere debuisset. Sed non audet, ne cogitatio sua vel potius incogitantia coarguatur. Stravit etiam iis, qui naturarum differentiam non agnoscunt, viam inferendi naturam alteram esse circumscriptam; et quod saepe vitaverat, nunc involuntariam subindicat eius rei confessionem. O stultitiam atque dementiam! Quomodo grandis illa sapientia decidit in inscitiam, et hic a suorum sermonum malitia circumventus publice apparuit? ut sic nimirum pravae eius sententiae falsitas facile deprehendatur, et veritatis lux reveletur. Cur in sua dubitatione non addidit: quomodo Christus pati potuit, quum in una * ex eius naturis non sit passibilis? vel quomodo mortuus est? quomodo in sepulcro positus, quum una ex his naturis non sit mortalis neque circumscripta? * adde in gr. μιᾶς.

Verum ille his omissis, ad aliam orationis partem pergit, producitque in medium panem ac vinum, quae divinis adhibentur mysteriis, aitque: „ Christus di- „ vinitatis suae vi mortem propriam praevidens ac resurrectionem et in caelos re- „ ditum, atque ut memoriale incarnationis suae diu noctuque haberemus qui in „ eum credidimus. „ Nonne vero haec prioribus sunt insipientiora? siquidem non tam illius impietatem pervulgant, quam vesaniam atque dementiam: nam nec quae dicit, nec de quibus adfirmat, scit. Quid ergo dicendum est? Christi icon, inquam, alicuius ne memoriale est, an secus? Utique hic probe sciens Christum nobis ab icone demonstrari, insanit in illam, et adversus Christum eiusque hereditatem furit. Quia enim gravis est illi etiam in imagine spectatus Christus, non excitat ei Christi memoriam nominis epigraphe. Nam cur irascitur et resistit? Num quia Christi nomen iconi superponitur? Nonne incarnationem eius et cruciatus, *Gr. p.* 36. quos uti homo nostri gratia pertulit, sacrae hae inscriptiones enarrant? Nonne crucem, necem, resurrectionem? nonne miracula et prodigia, quae utpote Deus fecit, nobis significant? Verum haec refutare futile est; et tamen reticere, propter stultos nullius momenti non est. Deinde addit:

„ Praecepit sanctis discipulis suis atque apostolis, ut de opere praecipuo „ amoris sui, typum in suo corpore traderent, ut per sacerdotale ministerium, „ etiamsi participatione et adoptione fit, suscipiamus ipsum tamquam proprie ve- „ reque corpus eius. „ Quid de dominico quidem corpore existimet, ipse videat et eius discipuli. Attamen dictis nos ita occurremus. Quandoquidem hoc quod ait participatione et adoptione perfici, PER SACERDOTALE MINISTERIUM VERE ABSOLUTEQUE CHRISTI CORPUS EFFICITUR, ipsius Verbi proprium; omnino confessus est ipsum illud

perfici corpus quod ex sancta Virgine sumpsit. Quid ergo sit corpus hoc post sacrum ministerium et sanctificationem effectum, quaerere necesse est, circumscriptum ne sit an incircumscriptum? Incircumscriptum quidem nemo ita mente deiectus attonitusque erit, qui nominare ausit: nec ipsum quidem Mamonam id umquam dicturum puto. Quî enim tale esse potest, quod oculis hominum sensibiliter obiectum, et humanis manibus porrectum, et intra dentes conclusum, et edule factum est? Haec, inquam quid aliud quam ipsum esse circumscriptum omnino adfirmant atque ostendunt? Si ergo hoc circumscriptum est, idemque est ad illud quod initio incarnatum Verbum adsumpsit, quoniam et ad illud refertur, utique illud quoque circumscriptum fuit; et usquequaque sibi contrarius Mamonas deprehenditur. Vel hoc item incircumscriptum reputandum est; et tum Mamonae non solum incredulitas atque irreligiositas apprime apparebit, verum etiam risui ac ludibrio cunctis erunt eius opiniones: vel certe illud aeque circumscriptum fuit.

3. Atque haec ita demonstrata sunto. Sed et aliud absurdum hinc ei obvenit. Cogitur nimirum, quantum eius verba valent, aut simul circumscriptum dicere divinum Verbum cum hoc ex participatione facto corpore, vel ab illo propter unam hypostasim dividere; ita ut reapse nihil prorsus hoc participet sanctificationis et gratiae. Quid porro ei accidet, nisi ut panis communis tantum vinique sit particeps, quae nihil ab humanis edulibus differant? ꟷ Et quamvis uti imaginem corꟷ poris Christi reputare voluerimus, veluti ex illo deductum, habemus ipsum ad ꟷ figuram corporis eius. ꟷ Sicut in superioribus aiebat hic erroneus sapiens, iconem ac prototypum nihil inter se differre, ita etiam heic in eadem versari opinione cognoscitur. Mirari autem in his licet levitatem eius et mentis inconstantiam, quia id quod nuper vereque Christi corpus adfirmabat se credere, nunc idem esse scribit corporis Christi imaginem. Porro quid magis ridiculum rationive repugnan-
Gr. p. 57. tius fieri potest, quam idem dicere proprie vereque corpus esse, simulque eiusdem
* gr. ἐ τι. imaginem? Hoc autem quomodo? Nempe prout * nobis libuerit; cuncta scilicet voluntati stultaeque lubentiae concedens. Ubi enim fides divinusque timor radices non egerunt, ibi voluntatis libido dominatur (1). Atque hoc habemus, inquit, ad figuram eius (2), non propter veritatem, sed prout ipse definire voluerit, sive ita res se habeat, sive secus. AT ENIM NOS NEQUE IMAGINEM NEQUE FIGURAM CORPORIS EIUS HAEC DICIMUS, ETIAMSI SYMBOLICIS SIGNIS PERAGUNTUR, SED IPSUM CHRISTI CORPUS DEIFICATUM. Eius enim verba sunt: nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis eius
* Ioh. VI. 54. sanguinem, non habebitis vitam in vobis *. Idem hoc etiam discipulis tradebat dicens: ACCIPITE, MANDUCATE CORPUS MEUM, NON IMAGINEM CORPORIS MEI. Sicut enim ex sancta Virgine carnem, Spiritu sancto operante, sibi confecit; et si oportet etiam ex rebus nostris id demonstrare, sicut panis atque vinum et aqua, physice in corpus sanguinemque edentis atque bibentis convertuntur, quin tamen dicamus diversum fieri corpus nostrum ac antea erat; ita etiam HAEC SUPERNATURALITER, SACERDOTIS

(1) Id nostra etiam aetate multis hominibus usuvenire videmus, ut amisso fidei gubernaculo, et divini timoris ut ita dicam magnete, gravissima religionis dogmata contrariis opinionum ventis in ipsorum fluctuantis animi pelago agitentur.

(2) Vides Iconomachos hoc quoque gravissimo errore, nempe de eucharistia figurativa, fortassis laboravisse; quem quidem denuo a nonnullis suscitatum, valida refutatione prostravit ill. et rev. episcopus Nic. Wisemannus in egregio opusculo quod inscripsit *horae syriacae*.

INVOCATIONE, ET SANCTI SPIRITUS INTERVENTU, IN CHRISTI CORPUS ET SANGUINEM CONVERTUNTUR. Sic enim sacerdotis quoque petitio loquitur. Neque vero haec duo esse cogitamus, sed unum idemque credimus fieri. QUOD SI ANTITYPA FORTE DICANTUR, EA QUIDEM HAUD POST SANCTIFICATIONEM SUNT EIUSMODI; SED ANTE QUAM SANTIFICARENTUR, ITA ERANT APPELLATA. Quoniam itaque dixit Mamonas: si circumscripseris, Christum dividis; aut etiam Verbum simul circumscribis; consentaneum esset, ut ei diceretur: si sacrificas, Christum dividis; etenim corpus sacrificas, non deitatis naturam. Nam pontifex noster magnus, hostia et agnus et victima, quatenus homo, et est et dicitur. Aut itaque tu sacrificas Verbum quoque, prout sermo tuus fert, propter unam hypostasim; aut dum sacrificas, humanitatem separas (1). Quod si credis magistro tuo Eusebio dicenti, totam omnino mutatam esse carnem (quae haud maneat prout antea erat caro) in divinitatis prout ipse scit naturam, iam tu frustra sacrificare convinceris (2). Quid enim demum participabit homo? Num carnem Dei nequaquam, sed divinam naturam videbitur participare? Phantasia haec manichaea est. Ceteroqui quamquam iratum prorsus animum contra dominicum corpus gerit, interim quod adtinet ad eius participationem, nihil blasphemum dicere audet. Subdit vero haec.

ꝯ Quid enim? Imago est corporis Christi etiam panis, quem sumimus, figurans carnem eius, utpote qui ceu typus corporis Christi fit. ꝯ Innuit nobis per coniunctivam particulam " etiam ,, aliam quoque esse imaginem corporis Christi, praeter panem. Atque heic certe impietati suae moderatur; nam plurimis aliis in * locis cum Deo belligerans, idolum hanc imaginem appellare non exhorruit. * gr. ἐν, non εἰ.
Non tamen diserte declarat utra ex his prototypum magis exprimat, vel similitudinem melius cum eo tueatur. Iam vero hinc quoque absurditas eius clarescit: modo enim hoc proprie vereque corpus appellat, modo corporis imaginem: quem ipse errorem patitur, propterea quod dat operam, ut evangelicam de medio tollat historiam ac narrationem. Gr. p. 58. Sed iam ei dictum fuit, nempe: quod secundum opiniones tuas, neque corpus Christi est, neque eiusdem corporis imago. Nam si circumscribi dicas, quoniam intra labia et dentes concluditur, non est Christi corpus, neque Verbo unitur. Saepe enim iam definisti incircumscriptum esse Christi corpus propter suam cum Verbo unionem. Quod si imaginem corporis dicas, non modo quia imago est, reicitur; sed quia etiam physicum corpus ab unione cum Verbo distraheret. Adeo sibi non constant nec error nec irreligiositas! Vel igitur hunc quoque panem incircumscriptum dic, ut tua omnis fabula perficiatur: neque enim hoc possibile est; vel tota tua de incircumscripto oratio in cassum elaborata comperietur.

(1) Hactenus, capto initio ab iis verbis *at enim nos neque imaginem* (duodeviginti scilicet versus) locum ex ms. Nicephoro excerptum dederat Combefisius in manipulo rerum constantinop. p. 221. De hoc eodem Nicephori tractu loquitur Harduinus de sacramento altaris cap. V, quem auctorem videsis etiam p. 262. (edit. Amstelod.) in adn. 8. Iam pro hoc nobilissimo et pretiosissimo catholicae ecclesiae dogmate quid ego iam dicam post praedictum Harduini tractatum, post grandia Arnaldi et Renaudotii volumina, post testium nubem ab Ignatio et deinceps apud Combefisium in biblioth. PP. concion. inductam, post alias innumeras hac super re catholicorum theologorum lucubrationes? En certe et alium propugnatorem dogmatis patriarcham Nicephorum, qui totius graecae ecclesiae personam gerit. Cyrilli etiam magni, Sophronii hierosolymitani, Eutychii constantinopolitani (ubi de antitypis etiam diximus), Theodosii alexandrini, et Luculentii latini, nova testimonia alibi nos ipsi vulgavimus.

(2) Cernis Nicephorum de missa liturgica tamquam de sacrificio constanter loquentem; quod est novum argumentum contra illos heterodoxos, qui coenam tantummodo appellare volunt.

Post haec mox ait. „ Non quilibet panis, corpus eius; nec vinum quodlibet, „ sanguis eius; sed illud tantum quod per sacerdotalem consecrationem offertur, „ ex manufacto ad non manufactum. „ Quonam, oro, dubitante aut ambigente, adeo severe et fiducialiter adfirmat, non quemlibet panem esse Christi corpus, nec vinum quodvis esse eiusdem sanguinem? Quod quum nulla demonstratione egeat, sapientià eius ita loqui dignum fuit. Nos autem haec ceu deliramenta ac verba in aërem temere iactata omittentes, ita potius dicemus: si haec quae sacrificantur, circumscripta sunt, panis inquam et vinum, profecto corpus illud a Deo verbo gestatum, numquam ex Mamonae sententia sacrificatum fuit, qui idcirco illud incircumscriptum dicit. Unde vero et quomodo hostia illa magna et immaculata et veneranda, expiatoria inquam illa victima, et universo orbi salutaris dignoscetur? Si ergo Mamonas credidisset, ipsum pro omnium salute immolatum, hoc saltem, si nihil aliud. eum pudore adfecisset, quod et ipsum circumscriptum sit: et si minus naturaliter, quod dicere stolidum est, certe consecratione, ut ex istius sententia loquamur, circumscriptum esse oporteret. Est igitur circumscriptum Christi corpus, etiamsi hoc sibi persuadere non vult Mamonas. Adhuc itaque hac super re diu blaterans nugansque, quas nos ceu rabidorum aut furentium vel bacchantium sine significatu et inarticulatas voces, non sine contemptu aversamur, utpote quae piorum ac sobriorum aures sordidant, et pronunciantium linguam commaculant, turpidine ineptiisque scatentes; sub lucubrationis suae fine sermonem concludens, in hunc modum disserit. Primo quidem diris se devovens adfirmat, neminem illorum de quibus verba facit, umquam esse suspicatum se a Christi fide defecisse, ideoque adversus eius imaginem debacchari. Quo loco defensionis ergo causam indicat, unde haec ipsi criminatio adhaeserit. Ait enim, ex quo adfines domesticique sui rebus novis studentes rebellaverunt (1), hanc etiam de se diffamationem in vulgus manavisse, quasi a Deo aversus fuisset, atque ita a multis de se indicatum. Deinde pluribus horrendisque iuramentis, ut solet contra evangelicum mandatum, persuadere conatur, vel potius falso iureiurando illudit, se neque verbis neque opere talem fuisse: suamque de hoc dogmate opinionem atque iudicium praesentibus episcopis exponens, paratum se ait illorum placita admittere. Sed mox paulo infra, pro more suo, ex simulatis sermonibus ad se revertens, iudicis instar ac dictatoris decernit.

Gr. p. 59.

4. „ Quod si de hac una (Christi) imagine vobis persuadebimus nos recte „ locutos, postea de aliis quoque imaginibus vobiscum agere meditamur, ut et de „ his iudicetis. Nam iudicio vestro sumus adquieturi, quod nempe cum aliis epi- „ scopis concordare voletis, iustisque momentis impulsi suffragia vestra praebere. „ Haec ille, etenim nonnulla ad litteram exscripsimus, ut ipsius a Deo apostasia palam fieret, et iuramentorum violatorum * mendacium coargueretur, nec non hypocrisis atque dolus, et erga ignaros illusio innotesceret. Quid autem est quod de ceteris imaginibus dicere vellet? quasve mente molitur machinationes? Nimirum postquam portenta multa ineptiasque adversus Dei Verbi incarnationem contexuerit, ad vesaniam suam contra sanctorum etiam monumenta impie expromendam de-

* gr. παραβεβασμένων.

1) Intellige Artabasdum, qui Copronymi sororem in matrimonio habebat. Ille videlicet adversus hunc rebellavit, et sacras imagines publice restituit, Copronymumque haereticum patriarchae voce declarandum curavit. Sed Artabasdus demum bello oppressus fuit. Theophan. chron. ed. paris. p. 349, et 352.

cursurum, cunctis est exploratum: atque in primis adversus sanctorum praecipuam et creaturarum omnium sublimissimam dominam nostram sanctissimam Dei matrem (1), ut et ipsam cum filio suo contumeliis exagitet.

Quaenam vero Deo odibilis atheaeque illius animae consilia sint, operae pretium est cognoscere: num scilicet heic quoque indescriptum et incircumscriptum oggerere velit; vel sanctorum duplicitatem, ex deitate nimirum et humanitate? Vel fortasse mente revolvat, quod eius familiares ac duces ei afflant, nempe sanctorum quoque duplicem esse substantiam, ex anima et corpore; quo fit, ut si hi pingantur, anima quoque cum iis necessario pingenda sit et figuranda, vel certe illa a corpore sit abfutura quae iamdiu ex eodem excessit. Atque ita quibus ineptiis fabulisque circa Christi hypostasim abusus est, easdem circa sanctos quoque vane effutiet. Sed quantum ex iis quae dixit egitque portenditur, molitiones eius cognoscere non est arduum. Nam quia nihil est pravum ac impium, quod adversus divinam maiestatem sanctosque non sit machinatus; nihil scelestum et indignum quod hoc in negotio non perpetraverit; quumque nihil sine vituperio ac reprehensione in sincera nostra fide reliquerit; idcirco primum quidem abdicare audet vocabulum DEIPARA, atque omnino ex Christianorum linguis excutere. Nam valde irascitur ac stomachatur ad huius nominis invocationem, quod tamen Christianis est familiare, et de quo Iudaeos indignantes videmus. Deinde delet et abolet quaecumque in nomine eius implorantur, quaeque in litaniis ad eius filium, precibusque et canticis adsidue clamant pro communi salute ii qui orant. Quandoquidem profitemur et praedicamus mediatricem eam esse validamque apud filium patronam, ob suam materni meriti fiduciam (2). Denique preces ad eam prorsus fieri vetat, quas siqui nihilominus faciunt, non mediocris poena atque ultio impendebit. Sed quid opus est singula persequi, quum ne nomen quidem illius memorari usquam velit? Iam et de ceteris sanctis cur in praesenti loquendum sit? Non enim eos sacrilegis tantummodo verbis spernere et irridere turpissime contentus fuit, sed ipsas sacras venerandasque illorum reliquias in ignem coniectas consumpsit.

Gr. p. 611.

5. Postquam vero semel Christo et Christianis omnibus hostis extitit, divinarumque legum contemptor, et sacrorum canonum adversarius, quotquot ab apostolis sanctisque patribus editi fuerunt, decreto cavit ne res huiusmodi in basibus divinarum mensarum venerandi altaris pro Christianorum ritu apponerentur. Et quidem colentes ac visitantes, prout Dei et martyrum amatores decebat, capite periclitabantur: ita ut per illud tempus aedificata templa, absque sacris reliquiis sint dedicata: quorum loco ponebant perfectorum a se mysteriorum reliquias; digna vere suis dogmatibus caerimoniisque facientes; neque enim per apostolicam traditionem id licet (3). Nam quomodo sanctorum reliquias honoraret Mamonas, qui et dedicatas ipsorum nominibus sacras aedes, pro sua impudentia et audacia, impie subruit et evertit? quas tamen fide et religione permoti superiores Christiani erexerant. Atque eas praecipue diruit, ubi sacrae venerandaeque sanctorum res descriptae erant, et

(1) De vocabulis θεοτόκος et θεομήτηρ vide, si vacat, quae in alio volumine nos adnotavimus ad sancti Cyrilli tractatum de Deipara p. 100.

(2) Recole a nobis dicta in adnot. 3. ad antirrheticum I. 9. p. lat. 19.

(3) In Photii syntagmate (Spicil. rom. T. VII. p. 105. et 106.) habes canonem carthaginensem 83, et nicenae II. synodi canonem 7. de non dedicandis sacris aedibus sine sanctorum martyrum reliquiis.

pretiosae reliquiae repositae. Omnino is totis viribus contendebat, ut nulla illorum nominis memoria inter homines superesset.

6. Porro aequum est et utile, dignitatique sanctorum conveniens, in praesenti dicere, quod nempe hi ceu Dei famuli, et in hac vita crucem amplexi, Christum sequuti fuerint, cum eoque crucifixi, et salutaris eius passionis imitatores et adseclae extiterint; quamobrem et in aeternum cum illo regnaturi sunt (1). Atqui nunc etiam post illorum a nobis discessum, cum Christo persecutionem experiuntur et compatiuntur. Nam quod antea archetypis eveniebat, id nunc etiam ipsorum simulacris accidit, atque ob duplicata certamina, duplicatasque insectationes atque contumelias a coronae datore Christo ornantur; vivuntque Deo in sempiternum, atque in pace versantur, etiamsi mori visi sunt huius stolidi oculis. At impius abiit vacuus, dignos laborum suorum referens fructus, gehennae paratique ipsi ignis, ducibusque suis, heres factus. Hic videlicet apostata post apostatas, et post persecutores acerbus persecutor et saevissimus, non satis habuit adversus adhuc viventes, et secundum Deum vivere volentes, indignationem odiumque expromere, et iniustissimis poenis eos adficere; sed iam praemortuis, multisque strenuitatibus atque agonibus claros, finemque vitae martyrio indeptos, ignominia, quantum in ipso fuit, et infamia obruit. Hae fuerunt iuveniles eius adversus sanctos petulan-
Gr. p. 61. tiae, haec impia adversus iustos facinora, hanc iudicavit facere remunerationem, pro sua huius vitae felicitate, in Deum scilicet et sanctos iniuriam. Mitto nunc dicere quot quantaque contra evangelicam doctrinam insaniverit, ut evangelicam totam vitam despuerit, atque ad suam carnalem improbamque voluntatem mores hominum pertrahere conatus sit. Haec sunt molimina, ut breviter dicam, quae depromptumrum se promittebat; hae sunt mentis conceptiones ac deliberationes, quas adversus infallibilem nostram fidem, et angelorum imitatricem Christianorum vitam hic Christi hostis moliebatur. Sed iam belli contra sanctos, qui Dominum a saeculo in terra glorificaverunt, heic finis sit; eiusque consilia quae inconsulto et irreligiose producere volebat, sine ullo respectu, venerandas sanctorum sacrasque memorias contumeliose tractando, demum desinant. Ille autem pauca e multis quae animo destinaverat exsequutus, magnaque insuper si diutius stetisset detrimenta illaturus, sine dubio aegre ferret si viveret, nisi et reliqua consummasset.

7. Quid enim de caelestibus dixisset sanctis ac supramundanis potentiis? Quod genus fuissent deliberationes eius, quas erat prolaturus, ut illis etiam negotium inique facesseret? quales nugas atque praestigias adinvenire ob infamiam illis ad-

(1) Causam piam cur Sanctorum imagines honoremus tradit inter ceteros etiam Macarius orat. cit. *Οὕτω δὲ καὶ οἱ ἅγιοι τὸν Χριστὸν ἠγάπησαν, ὥστε δι' αὐτὸν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ μιμήσασθαι θάνατον· καὶ τὸ ποτήριον ἀσμένως ποιεῖν ἐκείνου, καὶ τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία συνδοξάζουσα τῷ βασιλεῖ τοὺς στρατιώτας, αὐτοῦ τε Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ φίλων τὰς στηλογραφίας τιμᾷ· καὶ καθορῶμεν αὐτὴν, παγκόσμιον ὄντως καὶ ἀειθαλῆ παράδεισον, καὶ τοῦ ἐν Ἐδὲμ πολλῷ τιμιώτερον· ὡς φυτοῖς διαφόροις τοῖς σεπτοῖς τῶν ἁγίων μορφώμασι καλλωπιζομένην· καὶ μέσον ἔχουσαν τὸ ζωῆς ξύλον, τὴν ἄχραντον τοῦ σωτῆρος εἰκόνα, καὶ τῆς αὐτὸν ἀπειράνδρως τεκούσης ὑπεράγνου θεομήτορος. Sancti tantopere Christum dilexerunt, ut aditam ab eo nostri causa mortem imitari voluerint, eiusque calicem libenter bibere, et eiusdem baptismo baptizari. Quam ob rem ecclesia milites una cum rege glorificat, Christique ipsius nec non eiusdem amicorum imagines publice propositas honorat. Itaque ecclesiam videmus instar ornatissimi ac florentissimi horti, atque illo Edenico multo pulchrioris: quae videlicet ceu arboribus variis ornatur Sanctorum venerandis iconibus; medium habens vitae lignum, intemeratam Servatoris imaginem, et eius qui hanc incolumi virginitate peperit purissimae matris Dei.*

spergendam curasset? Quoniam ei occasio favebat iocandi et propositum suum consummandi, incircumscriptionem angelis quoque adtribuere adgressus fuisset; quod nemo non videt gratum ipsi futurum fuisse et consuetum impiaeque suae sententiae subserviens. Namque angelos incircumscriptos dicet quidem aliquis, sed non omnino; etenim origine certe circumscribuntur, quia et ipsi coeperunt existere. Quod autem quomodocumque esse coepit, non omnino circumscriptione caret; quumque sint creaturae, a creatore limitantur. Immo etiam intellectuali comprehensione finiuntur. Quatenus enim mentes sunt, communicant inter se cogitationes suas, mutuamque naturam aliquatenus noscunt (1); porro quoddam circumscriptionis genus, est etiam comprehensio. Cumque sint mentes, in intellectualibus locis sunt, haud vero corporaliter aut sensibiliter limitantur. Sine corpore autem, ideoque sine figura, sine mole, sine forma corporea, merito ne loco quidem sensibili continentur. Sed haec extra propositum nostrum sunt. Non enim utrum circumscribantur, an secus, nunc curamus, sed an pingi ac figurari queant. Oportuit autem hoc loco principalia rerum harum usurpare vocabula; quae quatenus inter se differant, paulo post dicetur.

8. Et Mamonas quidem sermones suos cum simulatione hypocrisique efferebat, dans callide operam ut frugi aliquid videretur multitudini in proposito suo meditari. Re tamen vera praepotenter vim adhibebat, qua cuncta sibi placita exsequebatur. Sed enim nos qui veritatis doctrinam defendimus, deque hac verba facimus, quod angeli pingantur ac figurentur, breviter omnia complectentes docebimus. Namque in primis id facta testantur, quae obiectis visui nostro spectaculis tuto confirmantur. Ubique enim terrarum per sacra templa historiales picturae abundant sacris incorporearum potentiarum figuris, id quod a catholicae ecclesiae antiquitus *Gr. p. 42.*
accepta traditione vim tenet: cuius rei demonstrationem exquirere, omnem superat stoliditatem atque stultitiam. Deinde etiam a divinorum oraculorum magisterio idem docemur. Atque ut a principali Deoque proximo primitusque illinc effulgente ordine (2) exordiamur, videamus quid de ornamentis arcae in legali tabernaculo positae Paulus dicat *: " superque eam Cherubim gloriae ubumbrantia propitiatorium. ,, * Hebr. IX 5.
Cherubim autem gloriae, glorificati, et gloriosi, et infra Deum, iure meritoque ab ecclesiae magistris creduntur. Porro significari hoc nomine copiam scientiae atque effusionem sapientiae, Hebraeorum lingua novit. Quinam vero hi sunt? Si Mamonas aures auditu praeditas haberet, audisset utique manifesteque cognovisset, non illos augustissimos Cherubinos his verbis designari, qui sunt incorporei, sine forma atque figura, intellectuales ac rationales; sed sacras potius illorum imagines, ex purissima splendidissimaque materia compositas, aureis laminis aureaque caelatura ab humanis manibus Deo iubente fabricatas *, inanimes, sine motu ac sensu, eodem ac * gr. διεσκημμένα.
illi nomine appellatas, appellationis simul participes et gloriae gratiaeque compotes.

Quid ergo fieri oportebat? Credere his? an Paulum haec dicentem reiicere? Iucundum hoc gratumque Mamonae fuisset, procul nempe ab apostolica doctrina

(1) Hac super re elegantes aliquot meditationes Procli lycii memini me proferre olim ex codice vaticano in adn. ad Cic. de rep. AA. class. T. I. p. 366-368.

(2) In graeco codice vocabulum τάξεως iacet in margine a secunda manu scriptum sine indicio propriae sedis, quam nunc iudico esse post ἐλλαμπομένης.

discedere, atque christianum esse desinere: quin adeo ne Moysi quidem credere, qui hos construere iussus fuit; neque hebraeum se profiteri, et si quid his enormius dicendum est, neque Deo adquiescere qui hos fieri mandavit. Quid enim dixit in oraculo Deus proprio famulo? videsis, omnia facies iuxta tibi ostensum exem-
* Exod. XXV. 22. plar; atque illinc tibi innotescam *, ex Cherubinis scilicet. Anne igitur honorabiles non videntur ac venerandi illi, unde Deus hominibus innotescit? Nemo divinarum rerum reverens non adsentietur. Qui vero his contumeliam facit, quanam sorte donabitur, vel quibusnam accensebitur? Facile id quisque volet, intelliget: nempe cum ethnicorum atheismo, et cum Manichaeorum impietate ponetur; quorum sententiam doctrinamque Mamonas aemulans, in tantam rabiem et irreligiositatem illapsus est, ut sibi licere putet, alios quoque multos divinitus inspiratae scripturae locos similiter vituperare ac delere stultissime et scelestissime. Quia igitur eiuratis Spiritus sancti dictis, longissime a Christianorum aula habitat, agesis sententiam nostram, cuiusmodi omnes intra orthodoxiae septa stantes gerimus, prout Spiritûs interpretes cuncti docuerunt, et catholicae ecclesiae mens tenet, breviter exponamus.

9. Dicimus ergo, sanctissimae hae potentiae, cuiusmodi naturas habeant atque substantias, nos ferme ignorare, aut aegre admodum posse explicare; deque hac re
Gr. p. 63. alibi latius diximus (1), sacrorum magistrorum doctrinis obsequentes. Nam simplices quum sint et incompositae, locoque propter incorporalitatem incircumscriptae, nihilominus pinguntur ac figurantur. Atque id potissime scimus per oracula Spiritûs, quae hierophanta Moyses causa suae Cherubinorum facturae nobis patefecit. Deinde quia administratorii spiritus sunt, in ministerium missi propter eos, qui
* Hebr. I. 14. hereditatem capient salutis *, placuit omnium curatori ac domino Deo, qui benigne cuncta gubernat, rebusque nostris moderatur, prout postulat humana infirmitas, per comitantem familiaremque sensum, beatarum potentiarum adesse custodiam; unde nobiscum communicantes, divina dona ac beneficia gerendarum rerum ac providendarum deferrent. Multae itaque Dei famulis angelorum apparitiones sese obtulerunt, non manifestata ipsorum natura, sed prout erat illius sanctimonia et puritas qui ad hanc visionem vocabatur, vel eorum quae erant in manibus negotiorum usus tempusque requirebat, ita formae ac figurae angelorum, qui hisce per se carent, dignis eo visu puris mentis oculis, multifariam conformabantur atque appa-
* Gen. XVIII. 1. rebant. Et res quidem cum patriarcha Abrahamo gesta *, sublimior quam angelica fuit; et illius novae admirandaeque salutationis modus, quo religiositas et hospitalitas recipientis celebratur ac suspicitur, Dei potius quam angelorum praesentiam
* Gen. XXVIII. 12. ostendit. Atque huius nepotem Iacobum *, quo tempore Dei Verbi ad hominem condescensionis notitiam accepturus erat, vidisse manifeste angelos scriptum est; et quasdam scalas usque ad ipsum caelum de terra porrectas ac pertingentes, atque in harum culmine constitutum universalem Dominum, et illuc ascendentium ac descendentium discursum; qua visione communis servatoris Dei ad nos adventus mystice figurabatur; eaque etiam Christi imaginem nobis in antecessum depictam ecclesiae praesules manifestissime praedicant.

(1) Nempe in apologetico maiore cap. 70. et seqq.

10. Mittamus loqui de sermone post illa per angelos habito, et si quid aliud his simile actum est. Sic Navi filio in procinctu stanti *, acie iam contra hostes educta, visus est humana forma divus angelus, armato similis, manu gladium districtum tenens. Quem quum Iosua quasi militem spectaret, visuque insolito attonitus, quisnam esset ambigeret, et utrum de populo suo aliquis, an de hostibus, sciscitaretur; ille se militiae Domini ducem esse declaravit. Tum et divorum prophetarum quidam * vidisse se Dominum gloriae ait, Seraphinorum corona circumdatum. Etenim quum ad contumacem illum durique cordis populum mittendus esset, arcana illa gloria illustratur, labiaque eius carbone mundantur, ut pure ad purum accederet; divinique sermonis factus minister, atque hoc viso gloriaque roboratus, cui rem nullam comparare poterat, humanis cunctis contemptis, confidentius ad auditorum oraculorum promulgationem procederet. Alius * autem mentis oculis purificatis, quum impendentem peccatoribus divinam cerneret punitionem, praepositos huic rei ministros vidit, bipennes manu gestantes; quo ii spectro mortiferam et exitiosam vim, caedendae sontium multitudini intentam, repraesentabant. Sicut etiam viderat * podere indutum, media urbe discurrere iussum, signumque imprimere in frontibus virorum gementium, et ob omnia quae inter eos fiebant peccata maerentium, divina interim iustitia reos ab innoxiis separante. Tum et alteri prophetae * eques quidam se dat conspiciendum, equo rufo insidens, ut volucritatem fortasse celeremque gerendarum rerum cursum demonstret *. Faciei vero color, quo iracundus et cruentus rubensque et igneus pugnantium aspectus denotatur, iram (Dei) adversus aliquot hostiles gentes innuit. Rursusque idem propheta * bona verba et consolatorios sermones audiit, divinam placiditatem benivolentiamque nunciantes, quam erga Hierusalem exprompturus erat universalis Deus, populum iure belli captivum ad priorem prosperitatem beatitatemque reducendo; et quod urbs iterum aedificanda esset, et bene se habitura, et opibus abundatura. Et quotquot alia visiones illae cernenti repraesentabant. Atque alius aliter, prout varia dignitas postulabat, gerendarum quoque rerum figuras symbolicas informatas videbat; prout denique Deus arbitratu suo res his typis expressas geri curabat. Quid autem dicendum est, de illis quoque venerandis sanctisque feminis, unguenta inquam ferentibus? Nonne angelorum visum viderunt *, atque hos albis indutos stolaque splendida, dum ad divinum sepulcrum ipsae accederent, ubi vivificum summi Dei corpus erat repositum? quorum candidae vestes atque fulgentes, quia communem humani generis laetitiam et liberationem symbolice designabant, paene ante quam ipsi angeli, vocem hanc emittebant: qui sepultus erat, resurrexit, una secum suscitatis iis qui mortis catenis tenebantur. Mors quippe destructa est, orci vincula dirupta, extinctus diabolus, peccatum evacuatum. Hic enim erat nuncius laetissimus, prodigiorum videlicet praedicatorum magnitudo.

* Ios. V. 13.
* Is. VI. 1.
Gr. p. 64.
* Ezech. IX. 2.
* Ibid. 4.
* Zach. I. 8.
* Ibid. 17.
* Luc. XXIV. 4.

11. Quia igitur carneis oculis invisibiles sunt sancti angeli, apparuerunt autem multimodis figurati; prout symbola demandatorum ministeriorum ferebant, ita etiam figurati * fuerunt et picti ad hunc usque diem apud Christianos. Sic inquam agitur, sic praedicatur. Et quia sancti sunt, divinaeque maiestatis ministri, et secunda lumina a prima luce effulgentia, nostraeque salutis adiutores, ideo et ipsorum imagines venerandae sanctaeque sunt, iisque honorem congruum deferimus,

* gr. εἰκονίσθησαν.

*

sacrasque illorum intercessiones exposcimus, quia nempe scimus et credimus (1), laudationes nostras, et gratiarum actiones, et preces, ac supplicationes ab his Deo offerri; si certe verum est, quod in evangeliis a Servatore nostro dictum fuit *: " quia angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei qui in caelis est. ,, Quid revera aliud curant aut faciunt, nisi preces nostras ad aures Domini sabaoth deferunt, nobisque ac rebus nostris propitium conciliant, et pro salute nostra intercedunt? Heic itaque de hoc argumento oratio finem habeat, et irreligiosae stultitiae delirium iam omittatur. Ob superius autem promissa, propter vocabula indescripti et incircumscripti (2), quorum differentiam ex ruditate et inscitia Mamonam ignorare constat, sicut etiam eius adseclas et erroris discipulos, impios videlicet huius aetatis et ignaros dogmatistas, huc inquam sermonem convertamus, ut ipsorum nugas dispiciamus: quia sicut naturarum ac proprietatum differentiam ignorant, neque inter sanctum et pollutum distinguere hi stulti valent; ita neque quid sit pictura et circumscriptio, neque quid pictum et circumscriptum sciunt, quae valde invicem differunt, nullam in his neque agnoscentes neque interponentes discretionem. Quorum stultitiae parumper indulgentes in superius dictis, ne orationis cursus abrumperetur, nos quoque his vocabulis prout res ferebat abusi sumus; alicubi proprie loquentes et secundum principalem vocabuli significatum; alicubi vero indifferentiam quamdam in dicendo servavimus: promisimus tamen fore ut horum vocabulorum enucleatam notionem distinctionemque exhiberemus, et in quo invicem differant, ut evidentior illorum interpretatio sensusque ignaris fieret; simulque ridicula et stultitiae plena horum oratio demonstraretur. Propterea breviter nunc de his disserere tempestivum iudicavimus.

t.r. p. 65.

* Matth. XVIII. 10.

12. Quis enim (3), qui aliquantulum rationis sit particeps, non intelligat aliud esse picturam, aliud circumscriptionem? Pictura enim, ut a simplicioribus incipiamus, dupliciter dicitur; altera enim characteribus horum elementorum serie et ordine signata, et syllabatim procedens, a scriptoribus expromitur; altera vero per similitudines ad imitationem exemplaris formatur ac figuratur, ut in ea pictura fit, quae nunc in quaestione posita est. Atque illa quidem per voces, quae proferuntur, patefacit ea quae sermones contexti nunciant: haec vero personarum sibi ad exemplar propositarum imitationem per repraesentantes colores exhibet. Ceteroqui haud opus est nunc considerare, an aliquando imago quarumdam formarum et rerum ἔμφασιν adferat. Pictores autem utrique, qui haec faciunt, consuetudine sic loquendi vocantur (4), qui scilicet sermonem describit, et qui scientiam pingendi consecu-

(1) Animadverte dogma catholicum de invocatione et communione sanctorum; contra illos haereticos qui nihil huiusmodi credere volunt.

(2) Hoc loco codex (f. 219. a.) τοῦ γραπτοῦ καὶ ἀπεριγράπτου; superius autem antirrh. I. 7. (f. 152. b.) τῷ ἀγράπτῳ καὶ ἀπεριγράπτῳ. Attamen heic Nicephorus ad illum priorem locum provocat, quo fit ut lectio γραπτὸς, vel ἄγραπτος, eadem esse debeat utrubique. Eligant ergo philologi.

(3) Sequentia duo capitula 12. et partim 13. excerpsit olim cum aliqua varietate ex ms. Nicephoro Turrianus, extantque latine apud Canisium ed. et tom. cit. p. 16. et 17. Ceteroquin, ut ex praecedentibus cognoscere non semel licuit, res perversa in his Turriani excerptis, dum a Canisio ederentur, accidit. Nam cum Turrianus schedas suas dissolutas, ideoque facile confundendas, reliquisset, Canisius eas passim perturbavit, nulloque cum ordine, nedum nexu, nobis obtulit; quae nunc demum in integra editione nostra sedem suam recuperant.

(4) Hoc valet in lingua graeca ubi γραφεὺς et *pictor* est et *scriptor*.

tus est. Quod enim veteres γράψαι dicebant pro eo, quod est scalpere (1), non longe abest a significatione horum (i. e. scribendi et pingendi.) Circumscriptio autem, aiunt, his efficitur; etenim circumscriptum, aut loco circumscribitur, aut tempore, aut inchoatione, aut comprehensione: loco quidem, ut corpora; loco enim conti- Gr. p. 66. nentur, siquidem locus est terminus contenti, quatenus contentum continet: tempore autem et inchoatione illud circumscriptum est, quod a tempore esse coepit, sicut angeli et animae circumscribi dicuntur: corporaliter enim non continentur loco angeli, quia forma figuraque carent, operantur autem in loco secundum naturam suam, quia adsunt ibi spiritaliter, utpote spiritales, et non sunt alibi, sed illic ut mentes circumscribuntur. Potest etiam dici eos a creatore esse circumscriptos. Tempore etiam circumscripta sunt non solum quae esse coeperunt, sed quae finem habent et extremum, cuiusmodi est vita nostra, quae immo circumscripta magnopere est et terminata: unusquisque enim morte finem vitae accipit; et huius mundi finis consummatio est, qua mundus videlicet in aliam formam mutabitur. Circumscriptum autem comprehensione est, quod mente et notione comprehenditur: nam circumscriptionis genus dicitur etiam comprehensio, qua angeli naturam suam inter se aliquantum cognoscunt: ita ut circumscriptio, sit comprehensio, et limes comprehensi ac limitati, vel terminatio coepti et moti, vel comprehensio intellecti et cogniti. Quod autem nullo ex his modis continetur, incircumscriptum est. Christus igitur huiusmodi iam dictis modis humanitus circumscriptus est. Nam quia corpus vere, sicut nos, non ficte gestavit, ille qui erat incorporeus loco circumscribitur: et quum temporale initium ceperit, qui erat intemporalis, tempore circumscribitur: et cum hominibus corporaliter versatus, comprehensus est qui erat incomprehensus.

13. Quum tot ergo modis dicatur circumscriptio, magna tamen in his differentia reperitur: nec enim qui pingit, id est imaginem hominis facit, de quo nunc propositum est dicere, eundem simul pingendo circumscribet. Neque si quis aliquem circum limitaverit, idcirco eum in loco quo continetur concludet, praesertim vero non praesentem: in circumscriptione enim necessario adest ille; cum depingitur autem, haud omnino necessario adest: immo absolute neque circumscribet, quamvis aliquis existimet se hoc facere: prorsus enim in iis quae corporaliter circumscribuntur, locus est qui ea proxime circumscribit: quid autem sit locus, iam dictum est. Neque rursus, si quis aliquem corporaliter circumscribat, eumdem depingit, id est eius imaginem facit; nulla enim ratio cogit hoc dicere, quia nec habent haec (pingere scilicet et circumscribere) inter se consecutionem, ut postea dicetur. Namque in hoc loco, in aliquo scilicet pariete aut tabula, dicimus quidem pingi hominem, sed in illo ipso loco nemo prudens et cordatus dicet circumscribi, id est definiri. Homo enim in imagine sua pingitur quidem, non tamen in ipsa circumscribitur, sed in loco suae propriae circumscriptionis. Et modus horum multipliciter differt: pingitur enim homo coloribus et lapillis (i. e. opere musivo) si ita fieri contingat, et quidem varie ac multimodis figuratus, diversisque coloribus; nequaquam tamen potest his ipsis circumscribi, quia circumscriptionem aliter se habere diximus.

(1) Scholiastes ms. ad Iuvenal. VI. 204, voc. *scripto auro*, ut retuli in glossario meo, sic ait: « *scribere* et *sculpere* apud Graecos per unum verbum resolvuntur, id est γράφω; unde poëtae unum pro altero ponere solent. » Sunt autem *scalpo* et *sculpo* interdum prope synonyma.

Gr. p. 67. Praeterea pictura speciem corpoream picti repraesentat, et figuram ac formam eius exprimit ac similitudinem. Circumscriptio vero nihil horum commune habens, tribus modis ea quae continet, terminat; et imago quidem ad simile relata, iuxta archetypum est, archetypique imago est et dicitur, et ab eo separata est, ac seorsum aliquando est et existit: circumscriptio vero neque similis neque dissimilis fit, neque fit species neque forma; neque dicitur circumscriptio archetypi, nec ad archetypum refertur, et inseparabiliter ac suapte natura cum iis simul existit, quae continet, semperque illis adest. Semper enim in loco est homo, et in tempore, et in comprehensione, et naturam circumscriptam necessario sequitur, nullo vacuo diremptam, sicut quivis potest cernere in circumscriptione, quam facit locus, quae terminos utriusque corporis (scilicet continentis et contenti) ad superficiem amborum adiungit: ubi enim est moles et magnitudo, necesse est cogitetur simul locus. Pictura autem longe dissidet. Nam pictura quidem quamquam diversis in locis, nihilominus definite effingitur. Circumscriptio vero, simpliciter et infinite definiens, cum iis omnibus, quaecumque circumscribi natura sua possunt, circumfertur. Non enim in hoc quidem circumscribit, in illo autem secus. Atque imago quidem in sensu et ostensione tota consistit, circumscriptio vero magna ex parte in notione: fortasse enim solum locum circumscribentem sentimus. Et ut summatim dicam, nec pictura circumscribit hominem, licet sit circumscriptus; neque circumscriptio pingit, etiamsi ille pingi potest: utrumque enim rationem suam habebit. Praeterea pictura continetur a circumscriptione, circumscriptio autem non continetur a pictura, sed continet eam; ideo nec fit reciprocatio. Latius namque patet circumscriptio: nam si quid est pictum, id est figuratum, homo inquam et ipsa pictura, seu effigiatus character, haec inquam dici poterunt etiam circumscripta, de quibus nunc sermo nobis est, quod ubique notare oportet, non enim de alio modo agimus. Non tamen remeat, ut si quid est circumscriptum, idem etiam sit pictum (sive imago.)

Exemplo quodam utar. Annuus qui dicitur cyclus, ut aeque sermo etiam noster procedat, mensuris aliquot, id est intervallis chronicis quatuor, circumvolvitur: ideo et circumscribi dicitur, quamquam neque pingitur, neque figuratur. Quomodo enim figuraretur quod specie formaque caret, ideoque neque sub visum cadit neque subsistit? Nam continuus quum sit, terminos cum principiis semper connectit. Quia ergo ab eodem ad idem signum circumvolutus sol transfertur, quodammodo circumscribi dicitur. Atque principia et termini mutuas successiones uno momento punctoque temporis ac paene insensibiliter absolvunt. Ne enim fluens tempus humanam vitam caeco in cursu retineret, nostrisque rebus et actibus confusio et perturbatio atque anomalia dominaretur, nullo chronico signo iis interposito, tempus hoc inquam diebus, horis, hebdomadis, mensibus, annisque metimur: et olim quidem olympiadibus et consulatibus aliisque dimensionibus decore distinguebatur, ut Gr. p. 68. perspicua et accurata rerum gestarum memoria conservaretur, et vitae actus recte disponerentur. Sic ergo etiam Moysis lex usque ad evangelicam salutarem praedicationem producta, tempore constitit et circumscripta fuit. Idololatria vero, apparente servatore nostro Deo, aeque cessavit circumscripta, neque ulterius progrediens, neque diutius suos actus exserens. Sed neque lex quamvis circumscripta,

figuram habuit, quum per se nihil sit nisi nomen, quamquam eius mandata syllabatim scribuntur, et in sacris libris perpetuo manent. Neque item idololatria pingitur, quum circa res insubsistentes vane laboret, et absque specie ulla figurave sit.

14. Principatus item gentium ac dominatus circumscripti sunt atque dicuntur, finibus quibusdam terminisque distincti. Etenim separatis in locis unicuique genti peculiaris principatus atque imperium adtributum est, iuxta illud dictum: " statuit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei *. ,, Neque certe principatus et imperii nomen figurabitur; est enim res ac symbolum dignitatis. Humana pariter vita, etsi circumscripta est, et ab universali creatore Deo limitata, nihilominus haud delineatur. Morbi etiam, qui nobis accidunt, circumscripti sunt; etenim tempore definiuntur. Sunt apprime febres ephemerae, quae una die plerumque circumscribuntur, ut aiunt medici; nemo tamen febrim pictam figuratamve vidit. Insuper florum etiam qualitates, quae odorem spirantes, subiectis corporibus insunt tali in loco plantatis aut repositis, suavitatem suam emittunt, atque hactenus circumscribuntur. Sed quia hae qualitates per se non subsistunt, non pinguntur neque ullo modo formam ab arte accipiunt. Quid Iacobi eiusque progeniei in Aegyptum descensus, qui ad quadringentos annos perduravit? Nec non Iudaeorum sub sub Chaldaeis apud Babylonem captivitas, totis septuaginta annis ab universali Deo praefinita, ad quam in alieno solo hi bello capti, ut sua peccata expiarent, perpetiendam damnati sunt? Nonne haec omnia circumscripta fuerunt, et reditu demum finita, ut divus Gregorius ait (1)? Sane res quaedam sunt abductio deportatorum ac reditus: servitus autem captivitatem quidem, praepotentiam, voluntatemque tyrannicam demonstrabat; captivorum vero res erat, libertatis privatio, servitium, et violenta abductio. Sed tamen nemo deportationem et captivitatem, quatenus quidem res quaedam sunt, pinget: non enim deportatos ipsos vel captivates nunc dici putandum est; nam res ab ipsis hominibus diversa est, sicuti differunt actus a corporibus. Aëreum quoque flatum dicere licet circumscriptum, quippe qui uno in loco spirat, in alio deficit; non tamen pingi potest, quoniam artubus non est praeditus neque ullam speciem prae se fert.

* Deut. XXXII. 8.

15. Age vero humanus quoque sermo circumscriptus dicitur, neque tamen figuratur, nec corpus illi nec species neque ulla forma inest. Nam quì id fieri posset, siquidem pronunciando funditur ac dilabitur? Porro iam dictum a nobis fuit, Gr. p. 69.
quo sensu vocabulum γράφεται (i. e. pingitur aut describitur) in his omnibus accipiendum sit. Nam secundum alterum ex his significatibus, id est syllabatim, omnia delineabuntur: et multa quisque scrutando reperiet, in quibus harum dictionum differentia patet. Nulla ergo praedictarum rerum pingitur; nisi forte quatenus nonnulli figurantes et conformantes, veluti iustitiam, fortitudinem, aliasque virtutes, corporant, ut alicubi videmus; quae haud proprie figurari dicuntur neque pingi, quia carent archetypo, neque ulli rei subsistenti similes sunt. Etenim imagines ad archetypa pingendo exiguntur et charaxantur, suntque ex iis quae ad aliquid referuntur (2), ut antea diximus. Haec vero figmenta sunt, pro ingenio ac potestate ar-

(1) Orat. XLI, sive de pentecoste, circa finem: αἰχμαλωσία μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα περίγραπτός τε ἦν, καὶ πάλαι τῇ ἐπανόδῳ λέλυτο.

(2) Gellius lib. XI. 5. « Omnes omnino res quae sensus omnium movent, τῶν πρός τι esse dicunt.

tificis conformata. Nullius igitur rei praeexistentis constat ab his prae se ferri speciem, formam, aut figuram. Ergo neque proprie neque vere effigiabuntur. Et omnino quae loco concluduntur, et sensus nostros adficiunt, et quibus corpus, species, atque figura circumponitur, haec ut plurimum effigiantur: quae autem aliam habent rationem, ea vel numquam, vel abusive, vel alio aliquo modo, raro pingentur. Tali itaque demonstrata in his differentia, tum ex definitione tum ex reliqua ipsorum ratione, nihilominus hi carnales et stolidi, intra praesentis vitae terminos spem suam concludentes (ut hoc etiam illis praeter cetera occinamus), neque ullatenus futuram, propter animi sui mollitiem atque ad materiam proclivitatem, spectantes, indomitis atque arbitrariis exstimulati cupiditatibus, tamquam pro auctoritate dogmata sua inconsiderate nimisque imprudenter constituunt, quae ne rerum quidem natura patitur. Nam quum dicendum foret pingere et figurare, ipsi circumscribere dicunt, neque ecclesiasticae doctrinae neque rerum quidem convenientiae attendentes. Neque ea quae sunt in hac communi ac populari consuetudine persuaserunt eis, ut horum differentiam agnoscerent, veluti sunt ea quae dicuntur in privatis pactis circumscriptae syngraphae, diversae ab iis quae de perpetuis contractibus lege sancitis denominantur.

16. Sed quod istorum omnium summopere pudefacit insaniam, non intelligunt miseri. Semper enim in ore habent citantque magistrum Asterium iubentem: " Christum ne pingas (1). ,, Atqui is non praecipit: " ne circumscribas. ,, Sic enim et noster Asterius in dictione de martyre Euphemia (2) " vidi, inquit, pi- ,, cturam quamdam ,, sacram videlicet divae martyris hoc dicto nobis innuens historiam. Non tamen dixit circumscriptionem; pictam, inquam, non circumscriptam, appellavit. Vidit artem, et pictorum optimos obstupescere, et plurimi ab eis fieri, admirantibus egregiorum artificum tabulas. Quid de aliis porro sacris patribus nostris dicendum? quorum alius charaxantes in tabulis pictores exhibet; alius
Gr. p. 70. autem ait: an vobis hominem mediocriter sermo depinxit? Et rursus: nonne evidenter vobis homonymum mihi et unanimum pictor sermo effigiavit? Porro nemo " circumscripsit ,, ait. Isti autem ne ipsum quidem vocabulum, quod huius artis periti usurpant, noverunt. Adeo corrupta infirmaque mente sunt! Nam pictores non circumscriptores vocitantur. Sed ne in sermonum labyrintho vagemur, infinitaeque verborum turbae nosmet committamus, recte demum circumscriptam de picto et circumscripto scriptionem hoc loco circumscribamus (3).

17. Cur ergo ad tenebras latebrasque non confugiunt Christomachi, cum res incorporeas omnique forma carentes, ceu angelum atque animam, suo quodam proprio modo circumscribi audiunt? Christum autem corporatum, et in substantia nostra visum, eidemque enhypostatum, qui speciem et figuram formamque huma-

» Id verbum significat, nihil esse quicquam quod ex se constet, nec quod habeat vim propriam et natu-
» ram, sed omnia prorsum ad aliquid referri; taliaque videri, qualis sit eorum species dum videntur,
» qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur; non apud sese, unde profecta sunt. »

(1) Apud Combefisium Auct. B. PP. T. I. p. 267. Et quidem tam hoc quam sequente loco dicitur Asterius Amaseae episcopus. Ceteroquin alius etiam antiquior Asterius arianus extitit, cuius explanationem in quartum psalmum edidit Montfauconius cum Eusebio, quamque in codice etiam vaticano ipsemet observavi.

(2) Apud Combefisium op. cit. p. 207.

(3) Ludit in vocabulis Nicephorus.

nam adsumpsit, et humanitatem in cunctis perfectam retinuit, credere nolunt, circumscribi id est pingi posse ac figurari? Sane utrumque in eo apparuit; quandoquidem nobis quoque haec usuveniunt, quorum similis is esse voluit, nihil praeter peccatum omittens. Totum quippe veterem Adamum novus gestabat, ut in culpam lapsum propter divini praecepti transgressionem, is qui sine peccato est ad gratiam secum relevaret. Num denique se ipsos quoque, ceu eiusdem plasmatis partes, circumscriptos esse non credent, ut sic humanam etiam naturam amittant? Nos certe credimus et praedicamus, propter summam quae in eo est erga homines caritatem, divinum Verbum, ut creaturam suam in antiquam ingenuitatem reponeret, primo quidem in sanctissimae matris vereque deiparae utero habitans, carnem sine dubio nostram ex virgineis sanguinibus sumpsisse. Nam et ipsa Virgo homo erat, a natura nostra nullatenus differens, sanctitate tantum ac puritate cunctos excedens. Christus autem homo perfectus, non phantastice neque apparenter (1) existens, ipse se in humanitate sua circumscripsit. Abhinc enim principalibus propriisque verborum significatibus utendum erit. Et quamvis Christus, uti Verbum, idem qui semper esset impassibilis, et incircumscriptionis atque omnis infinitatis circumscriptio ac terminus; deinde tamen, ut voluit, illinc prodiens, in spelunca et praesepi reclinatus, fasciis involutus, circumscriptus carne fuit et limitatus. Ex quo cetera quoque eius corpori circumscripto acciderunt; circumcisus fuit, baptizatus, corporaliter circumscriptus (i. e. obrutus) in aquis, et a servo traditus in crucem est sublatus, perfossus in latere, necem pro nobis pertulit, sepultus in monumento, ubi etiam corporaliter fuit circumscriptus. Deinde tertia die resurrexit, calcata utpote Deus morte, mortuisque libertatem ac vitam largitus est.

Quid ergo vos dicitis, qui incircumscriptum clamitatis, et opinionis inopinabilis haeresim sectamini? Qui fasciis involvitur, in praesepi reclinatur, et intra specum continetur, hic inquam circumscribitur, nec ne? Quid porro? baptizatus, crucifixus, ad extremum monumento conclusus, definitur ne his atque continetur, *Gr. p. 71.* nec ne? Nam quod non est circumscriptum, ne in loco quidem est: quod si non est in loco, ne corpus quidem: quod si non est corpus, multo minus homo est. Ergo neque humanatus est, neque lapsam naturam adsumpsit, neque more nostri huius corporis, talia pati soliti, iisdem subiacuit passionibus. Quod si cum ruditate ac impudentia vestra parumper iocari licet, qui circumscribitur est ne inquam circumscriptus nec ne? Nam hoc denique a stupiditate vestra et vesania dici dignum est. Attamen ne huic quidem propositioni fortasse adsentiemini. At vero haec apud Christianos neque non credentur neque ludibrio erunt. Siquidem etiam post divinam resurrectionem, eodem cum corpore, quamquam incorruptibilitatem iam adepto, ianuis clausis introiit, et discipulis palpandum se obtulit, divinique lateris cicatrices nec non clavorum in manibus quibus fuerat perforatus, ostendit. Neque adtenditis dicentibus: qui cum illo manducavimus et bibimus *. Quodque his adhuc * Act. X. 41. mirabilius est, corporatus in caelos conscendit, corpusque secum gerere conspectus est. Idque etiam constat ex angelorum comitantium dicto discipulis exaudito: quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum, sic veniet *. Nempe qui ad * Act. I. 11.

(1) In graeco textu scribendum est: οὐ κατὰ δόκησιν χρηματίσας ἑαυτὸν κατὰ etc.

dexteram Dei sedet, venturus denuo est paterna gloria stipatus, eodem cum corpore, ut etiam a transfixoribus conspiciatur, et ab incredulis credatur. Prorsus, ut verba ad compendium conferam, ascensio eius nonnisi corporis propria est, nimirum de loco in locum transitio. Sunt ergo haec circumscripti corporis officia, corporis inquam nobis similis, quamquam nobis superioris, etiamsi hi scelesti nolint. " Etsi iam diutius Christum in carne non cognoscimus *. ,, Quibus verbis significatur, laboribus eum iam exemptum, fame, siti, et quibuslibet carnis infirmitatisque, excepto semper peccato, passionibus nostris. Non enim ulterius in easdem passiones incidet, postquam sibi induit incorruptibilitatem.

* II. Cor. V. 16.

18. Certe in terra degens, et ab hominibus conspectus, cum iisque conversans, quo tempore intra templum corporaliter existens docebat, certe tunc inquam circumscribebatur. Iam dum ibi esset, nequaquam eodem tempore in Galilaea quoque corporaliter erat; quamquam simul omnia complebat, et ubique et super omnia Deus existens, atque, ut heic licet dicere, incircumscriptus. Deinde quomodo et unde in Bethaniam transiit, qui dixit discipulis *: " gaudeo propter vos ut credatis, ,, quoniam ibi non eram. ,, Qui magnum illud patraturus erat mysterium, nunc iam communis et universalis resurrectionis praeludia ostendit. Foetentem quatriduanum ex abditis obscurisque inferni locis vivum revocat; et viventibus eum, qui in putredinem iam resolutus abibat, adnumerat; vim eius mortuos vivificandi miraculo hoc evidenter monstrante. Sed enim dum heic esset, iam non Capharnaumi aliove in loco, eodem tempore corporaliter visebatur. Prorsus dum in hoc loco esset, alibi interim non erat. Eum igitur qui in caelos conscendit, haud scio an quisquam dicet corporaliter adhuc inter homines versari. Quamquam alio modo nobiscum ceu fidelibus ac familiaribus perpetuo est, secundum promissionem; nisi forte in hoc etiam stomachari volent hi a fide nostra alieni. Et ne multa persequendo longius sermonem protraham; si Christus corporatus erat, utique in loco erat et circumscriptus. Nam locus terminus est continentis, quatenus continet, et terminis continetur, secundum eas quibus praefinitur * relationes.

* Ioh. XI. 15.

Gr. p. 72.

* gr. ὁρίζεται.

19. Patet igitur, Christum quoque vere et non apparenter corpus nostrum gestantem, aliquo in loco existentem, non fuisse ubique corporaliter: quibus ex omnibus constat eum fuisse circumscriptum. Quod si nolint confiteri, alium modum narrabunt, infelici Docetarum errore furialiter abrepti, phantasia tantum contigisse Domini incarnationem et crucifixionem somniantes. Nam Christum haud fuisse crucifixum imaginati sunt; sed ipsum quidem in montem sedentem Iudaeos derisisse, ceu qui Simonem (cyrenaeum) crucifigentes, putarent Christum crucifixisse (1). Non igitur habet Christus a nobis circumscriptionem; nec quia a nobis imago eius pingitur sive sculpitur, idcirco is est circumscriptus. Valde itaque nugantur hi sto-

(1) Animadverte insigniter impiam Docetarum seu Phantasiastarum fabulam, haud scio an alibi memoratam. Revera Phantasiastae humanam Christi naturam negantes, eius quoque passionem ac necem consequenter reiiciebant: atque ita ludibundi propemodum ac male feriati hanc quoque Cyrenaei suppositionem excogitaverant; nisi forte ipsam a Manichaeis quasi heredes acceperant. Phantasiastas Severus patriarcha antiochenus libris contra Iulianum halic. pulsaverat, et cum Manichaeis conspirare demonstraverat; quos libros nos partim edidimus Spicil. rom. T. X. Idem fecerat etiam Theodosius patriarcha alexandrinus, cuius scripta in arabicis codicibus partim novimus. Cumque hi haeretici Armeniam quoque contaminassent, refutati sunt saeculo octavo a patriarcha Iohanne oznìensi ea praeclara oratione, quae typis PP. Mechitaristarum Venetiis ante hos annos prodiit.

lidi et ignari, omnique intellectu cassi, neque furentibus saniores. Non ergo nos, inquam, Christum circumscribimus: quomodo enim id fieret, eo corporaliter non praesente? Sed eum delineamus, non quatenus sit circumscriptus, sed quatenus natura sua ita comparatus est ut possit delineari. Sic enim iam vocabulorum sensus clarius patescet. Ita etiam icones eum, non quatenus circumscriptum, sed quatenus delineari potest, cunctis notificant. Nosque adeo illum figuramus, non qua Verbum est et Deus; hac etenim ratione invisibilis, intangibilis, et absque forma est (absit hoc, insanum quippe esset, et summa dementia plenum); sed quatenus homo factus, ubique fuit conspicuus. Non sicut Abrahamo visus est atque prophetis in hominis specie, sed quia " Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. ,, Et " Verbum crassescit (1) ,, id est nostram carnem gestat. Et " qui est sine initio, ,, incipit. Et, qui intangibilis est tangitur. ,, Et quaecumque huiusmodi a Spiritu edocti fuimus et credimus. Quamobrem circumscriptio haud opera nostra est, sed eius qui condescendere voluit, et humanatione sua tenuitatem nostram sibi induit. Effigies autem a nobis fit, credentibus videlicet, adprobantibus, ac diligentibus, collatumque nobis hinc beneficium diserte praedicantibus, denique divino amore Spirituque impulsis, et rerum dispensative pro nobis gestarum memoriam recolentibus.

Perquam itaque stolidum est, verum quidem corpus adfirmare, non tamen circumscriptum neque figurae capax, quale Christi corpus hi stultitia sua confingentes, reapse crassatum Verbum incarnatumque pernegant. Iamque iis superest, ut impostorem quoque Christum appellent, prout ipsis consentanei Iudaei solent, et si quid adhuc iniquius est; quia quod sibi non aderat, tamquam reapse adesset, adfirmaverit atque ostentarit. Calumnientur deinceps etiam resurrectionem, et quotquot alia humanationis pro nobis gesta sunt mysteria: cuncta haec apparenter facta *Gr. p. 73.*
imaginentur. Quid inde vero concluditur? Nempe ut vel isti Verbum non esse incarnatum * putare debeant; vel quod est incarnatum, circumscriptum non fuisse: * gr. σεσαρκῶσθαι.
ut priore modo incredulitas ipsorum pateat, posteriore autem deliramentum cum incredulitate coniunctum. Quid enim stultius aut magis beluinum, quam dicere incarnatum quidem Verbum, non tamen esse circumscriptum aut figura praeditum? At isti ad impii sui dogmatis demonstrationem, hypostaticam unionem praetendunt:

(1) Sunt haec et sequentia Greg. Nazianzeni verba in oratione XXXVIII. 2, quae est de natali Domini: ὁ λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται, ὁ ἄναρχος ἄρχεται (sic bene apud Nicephorum ἄναρχος, sed deterius in editione Nazianzeni ἄχρονος, quod vocabulum non satis opponitur vocabulo ἄρχεται), ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται: *Verbum crassescit,, invisibilis cernitur, intangibilis tangitur, qui est sine initio incipit, filius Dei fit hominis filius.* Hinc etiam in ecclesiae armeniacae hymnario inedito, hymn. de ss. patribus nicaenis legitur: *Verbum condensatur in carnem*, quae ipsa Nazianzeni dictio est nuper recitata. Ceteroqui Nerses claiensis, Armeniorum patriarcha, in epistolis, quarum nos excerpta dedimus Script. vet. T. VI, ait p. 423: *Verbum crassatum est; non tamen per mutationem, sed per unionem.* Quam doctrinam Armeniis tradiderat etiam Proclus constantinopolitanus in epistola ad ipsos scripta, ubi ait verba Iohannis ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο *(Verbum caro factum est)* significare τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως, *inseparabilem summamque unionem.* Atque ita refutabatur orientalium nonnullorum crassus error, qui ut narrat Nerses loc. cit. p. 420, pessime aiebant, Verbi divinam essentiam concretam in sinu Virginis fuisse, instar aquae cum gelu adstringitur, non autem humanam naturam fuisse adsumptam. Sed adversus hos etiam Athanasius in sermone maiore de fide: οὐκ εἰς σάρκα ἀναλυθείς, ἀλλὰ σάρκα φορέσας: *Verbum haud in carnem resolutum, sed carnem gestans.* Tum Cyrillus in fragmentis, quae nos edidimus, prosphonetici ad Alexandrinos: οὐ κεκραμένος οὐκ ἀποσεσαρκωμένος: *Verbum non concretum neque in carnem conversum.* Denique noster Leo in epistola ad conc. ephes. cap. 2: *nec Verbum aut in carnem aut in animam aliqua sui parte conversum est.*

sed enim alius omnino propositus ipsis scopus est. Etenim odio archetypi haec agunt; ut sublata imagine, simul pereat memoria archetypi. Quippe ipsis gravis revera Christus est in imagine etiam spectatus

Aequum existimo hoc quoque ab iis sciscitari, qui sacerdotali sunt dignitate exornati: nempe quod si ob unicam hypostasim, incircumscriptam dicitis illam quam Christus adsumpsit carnem; incircumscriptum autem, ut omnes quibus sani sunt animae sensus concedunt, invisibile simul est; quod vero invisibile, intangibile quoque est et incomprehensibile, atque ut uno verbo dicam, incorporeum; quid, oro, vos in nostrorum mysteriorum liturgia sacrificatis, vos inquam qui illotis pedibus (1), ut proverbium est, ad sacra acceditis? Nam si illud corpus non est tangibile, quomodo immolatur? quidve demum sacrificatur? res enim invisibilis neque sacrificari neque immolari potest (2). Quodnam, quaeso, intangibile quodve demum corpus vos tangitis? Quonam vobis abibit, quod prae manibus habetis, quod intra labia concluditis et circumscribitis, quod dentibus comminuitur, quod edule est? Res profecto intangibilis non immolatur: nam certe Verbum, qua Verbum est, haud edule dicetis.

Quomodo item Christi quoque mortem annunciatis, aut resurrectionem confitemini, et tradita sermonis ministris * in sacra illa nocte, qua illos horum mysteriorum fecit participes? Quamobrem insanire vos constat, dicentes ne Christum quidem semet vere immolasse, quum corpus non sit circumscriptum. Ergo vosmet ipsos errore decipitis, sacrificare existimantes, quae reapse sacrificari negatis. Nam quomodo sacrificetur incircumscriptum, vel idem tangibile erit, aut manducabitur? Ex quibus apparet, vos illa etiam quae de his mysteriis in sacris evangeliis sunt tradita, cum reliquis omnibus delere atque abolere, qui circa Christi corpus omnino erratis, quoniam haud vere corpus esse, sed corporis imaginem, iuxta vestrum magistrum, dogmatizatis. Itaque secundum illam imaginis rationem quam docetis, necessario vos aut simul cum corpore immolari Verbum, propter unicam hypostasim, confitebimini; aut quia Verbum incircumscriptum est, id esse a corpore separatum: et iam nihil ultra communem panem ac vinum immolabitis aut participabitis. Denique salutem aut sanctificationem vos istinc participare, id ne cogitare quidem licet. Homo contra fidelis non errat; CREDIT ENIM CORPUS ESSE CHRISTI, QUOD APUD DIGNOS (3) SACRIFICATUR. ET QUANDO MANIBUS TENET, SCIT ESSE CIRCUMSCRIPTUM, ET COMEDENS SANCTIFICATUR, peccatisque mundatur, et caelorum regno propter haec se potiturum tuto confidit (4).

* Luc. I. 2.

(1) Nempe hoc notissimum proverbium est.

(2) De missae sacrificio p. 69. adn. 2.

(3) Sensus dictionis est, quod illi indigni haud credebant mysterio eucharistico, adeoque nec rite, sive ex authentica ac necessaria liturgiae formula, consecravisse videntur. Et vide simul novum de Christi corpore in sancta eucharistia praesente testimonium.

(4) Respicit ad Christi verba Ioh. VI. 55: *qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam.*

ANTIRRHETICUS TERTIUS.

Sed enim incredulitatis defensores, qui rerum etiam cunctis perspicuarum et pervulgatarum accuratas demonstrationes requirunt, qui negotium impietatis suae faciunt, rectorum ecclesiae dogmatum subversionem; atque ita ceu eloquentium validorumque dogmatistarum gloriam apud eos, quos decipiunt, venantes, statim ac ab ipsa veritate coarguuntur atque premuntur, ad inordinatas disceptationes et intempestiva argumenta vertuntur, profanasque vocabulorum novitates concinnant, stultasque et ineptas hostili adversus Christum lingua quaestiones commovent, circa fidem a se abiectam naufragantes *, nihil scientes sed languentes, ut sacrae litterae aiunt *, circa quaestiones * et pugnas verborum. Quamobrem nobis se addubitantes exhibent; atque unde nobis imaginum ratio capta fuerit interrogant, et unde ipsarum veneratio tradita? sperantes scilicet nobis ad incitas redactis fiduciam defuturam.

Gr. p. 74.
* I. Tim. I. 19.
* I. Tim. VI. 4.
* gr. περὶ ζητήσεις.

1. Age vero huiusmodi quaestioni, consentaneo nos quoque sermone respondemus. Undenam vobis evangelicorum librorum inventio, et illa quam his adhibetis veneratio demonstrata fuit, itemque crux et quaecumque alia in Christianorum ecclesia obsequio cultuque gaudent? Quae quum audiunt, exasperantur plurimum, et cum ira definiunt non esse de his sciscitandum, metuentes scilicet ne in eandem nobiscum controversiam incidant. Deinde quasi aliunde non possint evadere (nam quid aliud dicere queant?) ad traditionem confugiunt; prout homines solent carcere emissi qui ad spatiosa et libera loca decurrunt, atque ecclesiam iam inde a primordiis suscepisse scriptam in illis libris ac manifestatam gratiam, respondent. Porro si quis istorum incredulitatem atque insipientiam spectet, sane dicet opus esse ipsis scriptura alia, aliaque utcumque demonstratione, quae consignatam evangeliis veritatem adtestetur atque confirmet; rursusque huic secundae scripturae opus esse alia, atque ita in infinitum procedere. Sed hoc sane ipsorum ineptiis concedamus. Traditionem praetendunt, quam in rebus sibi iucundis vim habere volunt, in molestis autem repudiare satagunt. Atqui in cunctis idem subiectum est, par temporis cursus, auctoritas eadem. Sed quid quispiam dicat hominibus, qui neque factis neque verbis credunt, nec quid loquantur vel quid audiant sciunt, et de sua salute desperant? Nihilominus veritatis sermo fiducia non caret. Primo itaque monere dignum est, nempe ad ea maxime quae de Deo dicuntur et audiuntur, debita cum reverentia esse accedendum, divinoque timore instructos. Deinde oportere in his uti duce fide, honorem fidei habere, eamque animis inserere, et cum rectitudine cordis doctrinam circa has res excipere, futilibus ineptisque quaestionibus abstinere, aniles fabulas profanaque et vana vocabula omnino repudiare, neque genealogiis interminatis adtendere, prout sacrae litterae docent *, quae quaestiones praestant magis, quam Dei oeconomiam (1) quae est in fide: neque item

Gr. p. 75.
* I. Tim. I. 4.

(1) Graecus Nicephori codex reapse habet non οἰκοδομήν vel οἰκοδομίαν, sed οἰκονομίαν, ut alii multi codices nonnullique patres veteresque translationes; quamquam et illa prior permultos habet adstipulatores. Vide Rosenmüllerum ad dictum Pauli locum, qui merito vulgatam nostram, id est priorem, praefert.

postulare ut per miracula et prodigiosa opera confirmatio fiat ac demonstratio: vel denique minime habere nutantem circa res principales sententiam. Iudaicum hoc
* Matth. XVI. 4. argumentum est, et incredulorum malitia. Quibusnam dicit Dominus *: o generatio incredula! signum quaerit, et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae; nonne contumacibus Iudaeis et sancto semper resistentes Spiritui? Neque item curiosis et inficetis inquisitionibus oportet nos abripi, quae verborum contentiones et garrulitatem potius generant quam proficuam utilemque doctrinam: neque dialecticis methodis ad demonstrativas conclusiones pergendo per artificiosos captiososque sermones, ad hoc genus persuasionum confugere, quae ad consensum audientes violenter adigunt. Prorsus hoc ethnicorum est atque infidelium inventum.
* I. Cor. I. 22. Etenim sicut Iudaei signum petunt, ita ethnici sapientiam quaerunt *.

2. Nobis vero, quibus fides in honore est, fides ipsa initium ac fundamentum salutis nostrae constituatur, unde ad scopum finemque speratarum rerum contendimus. Quoniam vero fides ex auditu est, credere oportet primo accedentem
* Hebr. XI. 6. quod Deus sit, et quod inquirentibus se remunerator sit *; credere inquam oportet, non resistere, sed cum fide accedere, et docilitatis fructum percipere. Fides enim est, liber a ratiocinationibus et incuriosus adsensus. Ideo fide ad gratiam accedimus, quae divino adflante Spiritu in animabus fidelium gignitur: cum liberam omni incredulitate mentem gerimus, et in simplicitate cordis sincere ac sine ulla inquisitione traditas catholicae ecclesiae doctrinas tamquam divina fulgentes gratia suscipimus, omnem dubitationis naevum maculamque abstergentes. Morbus enim omnium pessimus incredulitas, insipientiae initium, et perditionis causa. Si enim non credideritis, inquit scriptura *, ne intelligetis quidem. Etenim incredulitas nullam patitur verae religionis doctrinam pure excipere: dubitatio autem splendorem veritatis obscurans, ceu nebula quaedam soli intercurrens, non sinit pure intellectum eorum, qui egent, illuminari. Est igitur exploratum, nihil esse firmius ac tutius quam initium a fide ducere. Quaerere autem initii initium, et demonstrationis demonstrationem, quid aliud est quam fidei fidem quaerere? qua quidem re nihil insanius est magisve ridiculum. Numquam enim habebit homo ubi consistat suumque ratiocinium defigat, si quod inventum est, ad aliam cogatur inquisitionem. Itaque postea quam quantum quisque volet exquirendo se attriverit, ad fidem demum ceu ad tutum principium confugiet. Namque incredulis in infinitum stultitia procedet, et nusquam consistent, sed in semet ipsis conterentur atque peribunt propter suam infidelitatem et durum cor (1).

Gr. p. 76. 3. Deinceps iam dicimus, pingendi Christi ac figurandi morem, haud a nobis initium cepisse, neque aetate nostra susceptum, neque neotericum esse inventum. Temporis auctoritatem habet pictura, antiquitate commendatur, evangelicae praedicationi coaetanea est; idcirco venerabilis est ac religiosa. Atque ut brevius adseverantiusque dicam; quia symbola fidei nostrae sunt hae visibiles imagines, eaeque una cum fide iam inde a primordiis constant, simulque creverunt; sequitur ut apo-

(1) Vides pulcram genuinae Christianorum fidei descriptionem, nostris quoque temporibus maxime idoneam. Legatur autem divi quoque Cyrilli insignis hac super re locus, nobis ab ipso Nicephoro suppeditatus in apologetico maiore pag. gr. 137, quem nos propriam quoque in sedem transtulimus, nempe in explanationem Cyrilli in epist. ad Rom. pag. lat. 27. cum adnot.

stolicum hoc opus sit, et patrum sigillo confirmatum. Sicut enim illi divinam religionem scripto nobis obtulerunt, ita vicissim a pictura modus quo Servator in terra conversatus est, non minus quam ab evangelica scriptura, conspicuus manifestusque fit. A quibus idem actum est, quod multi egerunt qui res olim praeclare gestas descripserunt, non libris solum commendantes, verum etiam in tabulis exponentes. Huiusmodi effatum quoddam ab uno etiam magistrorum ecclesiae audimus: " quod nempe res belli fortiter gestas, et historici saepe et pictores repraesentant, illi quidem oratione exornantes, hi vero in tabulis exprimentes. " Quamobrem qui scriptum admittit, is necessario repraesentationem quoque admittet: nam si unum non recipit, ne alterum quidem. Iam quia quicquid est actum, exinaniti Verbi vita gesta fuit, placuitque ei hoc quoque modo divinam oeconomiam benivole demonstrare; idcirco hoc etiam descriptionis genere opus fuit, crassiore quidem sed tamen manifestiore, simpliciorum rudiorumque hominum causa; ut ii etiam qui litteras nescirent, quod per litteraturam non poterant, id visui oblatum reciperent, et compendiariam magis atque evidentiorem rerum notitiam haurirent. Quod enim saepenumero mens a sermonum auditu non percipit, visus veracius excipiens, clarius sibi interpretatur. Sic eiusmodi homines facilius recordantur ea quae Christus egit passusque est; et quidem celerius quam sermone narrante fit, quanto visus auditu celerior est ad comprehendendam notitiam, et praebendae fidei paratior. Sic igitur ad nos quoque pervenit aequabiliter haec veneratio, immensi temporis lapsu stabilita, et a fidelium Christianorum iusta credulitate testimonium praximque sortita.

4. Cur ergo his molestum est, quod saepius Christi memoria hinc refricetur, quodque beneficia ac magnalia ab eo erga nos patrata adfirmentur? Verum hi malorum artifices, salutem hominibus invident; nec sibi tantum, verum etiam ceteris, more illorum Pharisaeorum regnum manifeste praecludentes, quorum mores atque superbiam aemulantur. Cuncta igitur venerationis religionisque instrumenta, quotquot in ecclesia Dei traditione tenentur, sive picta sive secus, et animas nostras ac corpora sanctificant; et nulla est fidelibus circa haec dubitatio. Quod si quis subtilius minutiusque de his disserere velit, ita eloquetur. Nempe evangelica scriptura oretenus tradita fuit iis qui ab initio viderunt et ministri fuere sermonis, *Gr. p. 77.* verborum inquam divinorum, ac supernaturalium illorum operum atque prodigiorum, quae solum facere poterat et docere humanatum Verbum; quae fideles fideliter excipere, non ex nudo sermone et in aërem effuso, brevique circumsonante, potuerunt; sed etiam coram rebus gestis interesse, ex quo beati praedicantur *. * Matth XIII. 16 Iam vero sacrarum harum historia imaginum illinc pendet, et ex uno eodemque principio utraque res consurgit: ars autem, factorum ipsorum imitatio est, oculis exhibens gestarum rerum repraesentationem; sicut etiam alibi a nobis prolixius dictum fuit; et quod pictura inculpabilis sit, demonstratum.

5. Immo (1) et ipsi sermones, imagines rerum sunt, easque tamquam causas subsequuntur. Et primo quidem auditum subeunt. Namque antea soni verborum,

(1) Abhinc per versus septemdecim, usque ad verba *quae fiebat litteris*, latine fragmentum dedit Turrianus apud Canisium tom. cit. p. 17; quem fere, immutatis tamen saepe verbis, sequor, praeterquam in extrema periodo, in qua Turrianus legens mendose συμβόλων pro συλλαβῶν, totam sententiam subvertit.

in eos qui illis pulsantur incurrunt; postea per ratiocinium ad rerum significatarum intelligentiam is qui audit devenit. At pictura statim sine ullo intermedio ad res ipsas, ut iam praesentes, mentem spectantium admovet, et primo intuitu occursuque perspicuam perfectamque rerum cognitionem praebet. Atque ut patris cuiusdam dictione utar " quae historica oratio narrat, ea silenter pictura imitando ostendit. ,, Quanto itaque opus oratione praestantius est, tanto operis imitatio et similitudo, orationis sonitui, quod adtinet ad rerum demonstrationem, praestabit. Quare manifestior oratio atque evidentior saepe per has picturas evadit. Multoties enim ex sermone dubia quaedam et ambiguitates pariuntur, diversique sensus in animis effici solent: quo fit ut multi et secum ipsi et adversus alios dissentiant, verbisque pugnent, de dictis ambigentes: verumtamen ea, quam res visibiles faciunt, fides procul omni dubitatione est. Tanta vero est utriusque communio, ut in uno eodemque libro, sicut saepe in antiquissimis chartis videre est, alternatim res delineetur, hinc quidem per syllabicam orationem, illinc vero per hasce imagines eadem narratio exhibeatur, quae fiebat litteris. Sicut ergo evangelii scriptura inde obtinet apud Christianos fidem, quin alia scriptura aut oratione indigeat, quae de ea testetur eidemque patrocinetur, ut veneranda et honorabilis habeatur; sic etiam divinarum imaginum delineatio, quum sit eadem atque evangelica scriptio, per se fidem facit, neque extrinseco argumento eget, ut evangelii res repraesentet, et eundem ac illud honorem impetret. Quod si extrinsecum testimonium imago requireret, quomodo aliter ei patrocinari possemus, quam invocata ab evangelico scripto confirmatione? Si ergo evangelium credentium auribus adsonans, tantopere est honorabile (nam fides nostra ex auditu) pictura quae ipsi visui sensibusque incidens, eandem instructionem nobis exhibet, haec inquam vel praevertet celeritate instru- Gr. p. 78. ctionem, quoniam visus aptior est persuadendo quam auditus, vel certe secundum gradum non tenebit. Atque ita evangelii instar erit (1).

6. Asterius autem, namque et hic dignus est qui nunc commemoretur, sive is est quem isti magistrum inducunt, sive alius quilibet (2); Asterius, inquam, nihilominus in haemorrhoissae laudatione (3), studium voluntatemque mulieris, quam credendo in benefactorem suum ostendit, magnopere admirans ait, constitutam ab ipsa aeneam Christi imaginem, evangelicae praedicationi opem tulisse; ita ut hanc irridentes Iudaei simul et ethnici convincerentur tamen ac pudefierent, quia veram esse doctrinam illam manifestius patebat. Quam convictionem non ferentes impii quidam ac Dei hostes, rerum subinde summa potiti, divinam statuam, ita Deo tunc permittente, deiicere moliti sunt (4): quod sane nostris quoque temporibus ob peccata nostra perpetratum videmus. Quum in utrisque, tum pictura scilicet tum scriptura, unum idemque argumentum existat, resque ab illis significatae per omnia

(1) Nempe ad demonstrationem quod attinet non ad auctoritatem. Recole p. 31. adn. 1.

(2) Recole p. 80, cum adnot. 1. Namque et illic duo distincti Asterii subindicantur. Sed tamen de his prolixius dici a nobis non est opus, quandoquidem extat Photii amphilochiana quaestio *quot fuerint Asterii*, apud Combefisium tom. cit. p. 280.

(3) Quindecim fere qui sequuntur versus, misit ex ms. Nicephoro Allatius ad Combefisium, qui edidit tom. cit. p. 277. Ibidem igitur Combefisius gratulatur de Nicephori opere tamquam thesauro adhuc reposito, sed tamen invento.

(4) Hanc Christi domini statuam, de qua Eusebius hist. eccl. VII. 18, alii eversam fuisse a Maximino aiunt, alii a Iuliano.

similes sint, quis sana mente praeditus aut sobrius, in quibus nihil discriminis est, dignum unum, quod honoretur; alterum quod comburatur, putaverit? Nam si unum honorabile est, necesse est esse et alterum: sin hoc minime est, ne illud quidem. Et quoniam haec nihil differunt, si quis alterum destruat, totam evangelii summam destruxerit. O vesaniam atque dementiam! Christi mentio nomenque illic prostant; quinam hi sunt, qui destruunt? Num Christiani appellandi? Nego enimvero. Iudaei hoc audent facinus, pagani et barbari, quum sint hostes nostroque sacro cultu alieni; quibus hi etiam sine ulla dubitatione, utpote Christi hostes, adnumerabuntur. Tamquam Iudaei scandalizentur, tamquam ethnici infatuentur; quandoquidem Christus qui praedicatur crucifixus, quod idem est ac si figuratus dicatur, Iudaeis quidem scandalum est, ethnicis autem stultitia. Sicut ergo sermo de cruce et de rebus crucifixi memorabilibus, perditis hominibus stultitia est; nobis autem salvatis, virtus Dei est; haec item Christi crucem passionemque nobis aeque describunt; immo ut maiore, ut verius dicam, vi; nec non divina prodigia, quae is mirabiliter operatus est. Unaque est utriusque rei honorandae causa, nempe Christi exinanitio.

7. Hi autem improbi et improbitatis auctores, impudente animo nos accusant, qui in fide simplici, et catholicae ecclesiae traditione non scripta, firmiter perstamus. Sed respondendum est istis, traditionem potissime non scriptam prae omnibus esse validissimam, et columnae basisque vice in vitae humanae usibus fungi; quae diutissime durans, receptam consuetudinem constituit: consuetudo autem longo tempore firmata, naturae vim sumit. Quid porro est natura validius? Quod si huiusce rei causa exquisitius aliquid dicendum est, videmus ipsum evangelium primitus absque scriptura fuisse traditum. Nam dominus ac Deus noster cum ad salutarem accessit praedicationem, non litteris divinas illas mirabilesque leges exposuit, ut omnes scimus, neque charta et atramento tam salubrem doctrinam scripsit, non lapideis tabulis insculpsit, sicut antiquitus mosaica lex charaxata fuit; sed eam in animabus Deus inseruit, spiritu efformatam et consignatam, non littera (1). Hoc a sanctis quoque prophetis olim praedictum fuit *: " dans enim, inquit, leges meas ,, in mentibus eorum, et in cordibus ipsorum scribam eas. ,, Quod sane ab ipsa veritate Christo peractum scimus; post aliquot autem annos scripto etiam expressum. Testis ineluctabilis Lucas (si tamen hunc isti admittunt) qui traditionem evangelio suo fundamentum praeiacit, dum ait *: " quoniam multi conati sunt ordinare narrationem, quae in nobis completae sunt, rerum; sicut tradiderunt nobis, qui ,, ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis. ,,

Gr. p. 79.

* Hier. XXXI. 33.

* Luc. 1. 1.

Ita quidem evangelista. Videre autem est in sacris etiam synaxibus, cum peragitur divina liturgia, et aliis temporibus alia fiunt, non pauca nobis sine scripto tradita et stabilita, et ipsorum divinorum plurima canticorum. Etenim unde nobis sacrarum rerum ipsiusque vivifici ligni veneratio? Item Servatoris pascha quomodo concorditer eadem die a Christianis omnibus celebratur, quamquam antiquiore tempore non ita fiebat? Sacrum fidei symbolum una voce confiteri quotidie, quaenam scriptura tradidit, quum antea potius introductum fuerit? Quid vero dicendum de

(1) Videtur Nicephorus sumere hanc sententiam ex Eusebii Theophania lib. III. 40, cuius vide graeca fragmenta a nobis nuper edita.

expiationibus et ieiuniis, de vigiliis atque octavis, et quae in ipsis fiunt sollemnitatibus, deque divinorum mysteriorum modo, atque horum susceptione, de salutari baptismate, et nonnullis aliis quaecumque sacrae disciplinae ordo postulat? Mittamus nunc dicere de litaniis, et supplicationibus ad definita loca deductis (1), vel quomodolibet actis; quae omnia ex non scripta et antiquitus ad nos delata consuetudinis accepimus traditione, quaeque nihilominus in honore habemus et colimus, veneramur, ac retinemus, haud secus quam illa scriptis sancita; quia tuta utrorumque ratio ab apostolico nobis magisterio manavit.

8. Quin (2) adeo leges quoque scripto editas, nihilo tamen minus neglectas videmus, propterea quod traditio et consuetudo diversa vigeat. Omnia enim consuetudo confirmat, quia opus potentius sermone est. Quid aliud enim est lex, nisi scripta consuetudo? sicuti vicissim consuetudo, est lex non scripta. Hoc facile extra res sacras quoque videre est. Namque et grammatici, si quando accidit ut a
Gr. p. 80. dominante regula vocabulum aliquod in libro deviet, et aliter secundum praevalentem consuetudinem scribatur, traditionem excusant tamquam regulam regulae. Quid ergo obiicent dicenti: " ego accepi a Domino quod et tradidi vobis? „ Cur
* I. Cor. XI. 2. non contemnent, ad evangelii alumnos, id est Corinthios *, scribentem: " laudo „ vos, fratres, quia cuncta mea recordamini; et sicut tradidi vobis, traditiones
* II. Thess. II. 14. „ retinetis. „ Ad Thessalonicenses * autem: " itaque, fratres, state, et retinete „ traditiones, quas edocti fuistis sive per sermonem sive per epistolam nostram. „ Explicabit autem haec lucidius, regiae urbis pontifex mundique luminare splendentissimum, magnus Iohannes dicens: " cur? quia non omnia per epistolam tradiderunt apostoli, sed quaedam etiam sine scripto. Sed et haec et illa parem fidem „ merentur. Quamobrem ecclesiae quoque traditionem, inquit, fide dignam iudicamus. Traditio est? Nihil amplius quaeras (3). „ His similia divus quoque Basilius sacro Amphilochio scribit, ubi ait (4): " dogmatum in ecclesia custoditorum „ ac doctrinarum, partem quidem a scripto magisterio habemus, partem vero ex „ apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio excepimus. Quae utraque „ eamdem vim in religione habent. Atque his nemo contradicet; non, inquam, „ etiamsi ecclesiae leges tantum a limine salutaverit. Nam si forte ausimus non „ scriptas consuetudines ceu levem vim obtinentes recusare, imprudentes evangelii „ ipsius summam pessum dabimus; immo vero ad nudum nomen universam do„ ctrinam redigemus. Et cuiusmodi haec sint, qui experietur, aperte cognoscet. „ Similiter divus quoque Epiphanius de oblatione pro mortuis disserens, ait: " ne„ cessario ecclesia hoc facit, traditione a patribus accepta. Quis autem poterit ma-
* Prov. I. 8. „ tris constitutum abolere, aut patris legem? ut apud Salomonem dicitur *: audi, „ fili, verba patris tui, et ne repellas mandata matris tuae. Ubi demonstrat scili„ cet, tum scripto tum sine scripto docuisse patrem id est Deum, et Unigenitum „ et sanctum Spiritum; matrem vero nostram ecclesiam habere in se reconditas „ leges, quas violare nefas (5). „

(1) Haec quoque animadvertant illi, qui pias huiusmodi catholicorum praxes pedibus trahunt.

(2) Sequentes versus septem editi extabant latine ex Turriano apud Canisium tom. cit. p. 18.

(3) Protulit hunc Chrysostomi locum Nicephorus etiam in apol. maiore circa finem in testimoniis.

(4) Nempe cap. XXVII. libri de Spiritu sancto, quem Basilius scripsit ad Amphilochium.

(5) Extat hic locus in haeresi Aërianorum, id est LV. cap. 8. Sed valde miror in editione lipsiensi,

9. Haec sunt quidem sacrorum magistrorum oracula; quibus sane quidnam aliud clarius est, atque erga religionem obsequentius ac tutius? Nonne ergo oportuit apostolorum ac patrum mandatis morem gerere? Nonne haec decuit, si nihil aliud, certe revereri ceu de spiritali gratia manantia? Nonne haec oportuit adversariorum lapideum cor mollire, atque omnem incredulitatis occasionem pravumque habitum ex animis pellere? At isti superbia et contumacia innutriti, recti terminos convellunt, et ecclesiae constituta praetergrediuntur, resque sanctas despectui habent. Quamobrem aiunt: quaenam nos lex ad Christi imaginem adorandam adigit? Quod itaque rem christianam abnegant ita interrogantes, exploratum est; unde nec eis respondendum foret. Verumtamen ob illorum, qui meliore mente sunt, et ad obedientiam propius accedunt, utilitatem et aedificationem, insuper dicimus: nempe primum, quod lex iubens divinis evangeliis crucique obsequium exhibere, rebusque aliis quae in nostra ecclesia honorantur et glorificantur, eadem Christi quoque imaginem venerari admonet. Gr. p. 81.

10. Quaenam vero huius legis natura est? Fides nimirum, et credentium interior ac spontanea ad res divinas proclivitas, et circa ipsas pia et rectissima cura ac studium, nec non tradita ecclesiae diuturnoque tempore stabilita et permanens consuetudo, prout paulo ante dictum est. Deinde naturalis quoque nobis insita lex est (praeter quam quod lex quoque scripta id iubet) ut praestantibus rebus congruus exhibeatur honor et veneratio. Atque hoc ex differentia quoque adorationum cognoscere licet. Namque eximia et omnium maxima adoratio, uni universali Deo rerumque omnium domino debetur ac redditur (1), veluti illa quae reputatur fieri latreutico cultu ac spiritu. Reliquarum vero adorationum, alia fit ob excelsum gradum ac dignitatem, veluti illa quae regibus aliisque principibus a subditis exhibetur. Sic enim ex omni antiquitate lex obtinuit. Alia tyrannica est et coacta, nempe quae iracundis ac praepotentibus a timore et trepidatione vim patientium invite defertur. Alia cum honorandi proposito amanter et cum fide a credentibus, propter ipsorum sanctorum Deum, tribuitur sanctis ceu per eos ad Deum relata; nec non divis angelis, et sacris hominibus, et augustis templis vasisque. Alia denique relativa et salutatoria, ex amico benignoque animo, familiaritatem ac benivolentiam caris hominibus significans. Verum utcumque se habet adorationis ratio, ut magis generaliter loquamur, ad haec tria genera adoratio redigitur; nam vel amore vel metu vel lege fieri conspicitur. Quamobrem rebus, quas nostra hactenus adoratio adtigit, ceu dignitate maiore praeditis, et venerationem propter ea quae nobis com-

ex petaviana, T. I. p. 912. ita interpungi in graecis: ἐδίδασκεν ὁ πατὴρ, τουτέστιν ὁ Θεὸς ὁ μονογενὴς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα; consequenterque latine ibidem dici: *pater, hoc est unigenitus Deus, cum Spiritu sancto.* Quis umquam theologus dixit patrem unigenitum Deum? Nonne πατὴρ τουτέστιν ὁ Θεὸς, est consuetum illud in graecis scriptis ὁ πατὴρ καὶ Θεὸς, *pater videlicet Deus*, id est *Deus pater?* Μονογενὴς certe est *filius*, post quem Spiritu sancto addito, tota Trinitas ab Epiphanio, ut par est, nominatur.

(1) Rectissime Nicephorus cum septimae synodi definitione act. VII, ubi honorandae quidem dicuntur imagines Christi, Deiparae, et sanctorum, *non tamen vera latria, quae secundum fidem est, quaeque solam divinam natura decet*, οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀληθινὴν λατρείαν, ἣ πρέπει μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει. Hinc evidentissime patet error (vel potius calumnia) secundi canonis francofordiensis, ab heterodoxis toties catholicis obiecti, in quo contra rei ipsius veritatem haec scribuntur: *allata est in medium quaestio de nova Graecorum synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli* (immo Nicaeae) *fecerunt, in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus sanctorum, ita ut deificae Trinitati, servitium aut adorationem non impenderent, anathema iudicarentur.*

*

memorant merentibus, recte nos amore stimulati honorariam adorationem tribuimus; non illam hercle latriae, absit; ut isti adversus Christianos indigno Christianorum more nugantur (1).

* Rom. XIII. 7. 11. Iam si leges quoque recitare opus est, en Paulum iubentem *: " reddite ,, omnibus debita, alii metum, alii honorem ,, et quotquot alia cum his enumerat. Quod si Paulo non obediunt, ne Christo quidem morem gerent, qui Caesaris imaginem honorari mandavit. Etenim nummo a tentatoribus ei oblato, non ait: despuite, aut conculcate, aut inhonestum quidlibet indecorumve facite, quamquam ipse Deus erat et universali potestate praeditus; sed reddite inquit quae sunt Cae-
* Matth. XII. 17. saris Caesari, et quae sunt Dei Deo *. Hoc autem quid aliud est, nisi honoris eximii demonstratio? Aeque enim de utroque loquitur, ceu legem quamdam ferens, dum quae Deo decent, analogice Caesari quoque reddi mandavit, et quidem idolorum cultori et ethnico. Sed hem Christi hostium impietatem simul atque stultitiam! Christus Caesaris imaginem non dehonestavit; hi autem Christiani dicti imaginem
Gr. p. 82. Christi, immo Christum ipsum, innumeris iniuriis pulsant, nihilque pravum et absurdum non committunt; et neque sermo evangelicus, neque praxis neque adhortatio, ut bene agant, iis persuadent.

12. Alio quoque ex capite ipsorum impietas maxime cumulabitur. Si quis enim pius, exempli veluti gratia dicat, quod sicuti mos iam inde ab antiquo obtinuit, ut regum imagines subditi venerentur, quo videlicet exemplo sacerdotes nostri ac magistri saepe in sermonibus suis usi sunt, quodque communis et popularis consuetudo novit; ita prorsus regis quoque regum universalisque Dei imaginem honorare oportet, multoque benivolentius atque studiosius; audire nos haud patiuntur hi miseri, sed exasperantur ad haec atque respondent ⸓ hominibus quidem re- ⸓ gibus conditione nostra praeditis, et terricolarum dominationem sortitis, id con- ⸓ venire, sed idem Christo accommodari nequire. ⸓ At enim id cur ita se habeat, dici nobis rogamus. Si ipsi hoc, tamquam tyrannicum sit, recusant; ergo etiam reges a tyrannide cessent; et nos quoque adquiescemus, qui honorem Christo in sacris etiam figuris deferimus voluntarium atque benivolum, sine ulla coactione et offensa fidem nostram erga eum demonstrantes. Quod si forte, quasi Christus nihil rerum terrenarum curet, ipsum aversantur, quod illorum vesaniae magis proprium est, quid tum nos dicimus? Nempe quod adversus Christi regnum recalcitraverunt, velut olim ille dilectus Israhel, diruperunt vincula, iugum abiecerunt, obedientiam recusarunt, a Christi fide impudenter profugerunt, Christi regnum abnegaverunt, simulque incarnationis mysterium, Iudaeorum incontinenti ori contra Servatorem saevientium parem consuetamque linguam exercentes, quibus utpote unanimis con-
* Ioh. XIX. 15. sona fere dicunt: non habemus regem nisi Caesarem *. Eandem ob causam hi exasperantur, atque illi quondam moleste ferebant. Sic enim Christo invidentes, postquam peracta viderant magna et supernaturalia divinaque prodigia, quae eum regem Deumque simul universalem ostendebant ac praedicabant, quid tum aiebant?
* v. 12. Omnis qui se facit regem, Caesari contradicit *.

(1) Ut olim nugabantur iconomachi, ita etiam consecutis temporibus usque ad nos, irridentur immerito ab heterodoxis catholici quasi latriae cultum, non autem honorariam (ut res est) venerationem ss. imaginibus exhibeant.

13. Audebunt fortasse hi per omnia temerarii atque impudentes, dicere ipsum adfirmasse *: " regnum meum non est heic. ,, Hoc illis iucundum est et gratum, nempe ut ipsum dominari in terris non patiantur, ut in hoc etiam cum magistris suis, Manete prognatis, conspirent. Principio alii res terrenas adtribuunt, non intelligentes, ut puto, pro sua inscitia dicti eius ac oeconomiae vim. Quid enim significat breve hoc Christi effatum? Nempe quod, inquit, non instar horum terrenorum mortaliumque regum, temporaneam brevemque gloriam tenentium, meum quoque regnum ita se habet. Etenim illos, exigua hac mundana, atque ut foeni flores marcescente, gloria fruitos, corruptio deinde et mors corripit: vel etiam plebis tumultus et coniurationes, dignitate spoliant, et ignominia plurimisque ac diris calamitatibus irretiunt. Verumtamen terrenum nihil et humi repens in me cernitur, secus ac in illorum vitae cursu usuvenit; non populorum suffragia et electiones, humanaeque sententiae haud sine praeiudicio saepe erumpentes, nihil utile decernentes, voluptati suae aut ambitioni servientes, et quandoque indignum in principatu collocantes. Nulla dignitatis huiusmodi insignia, quae caduca et temporanea sunt, me exornant, non purpurei coloris indumentum, non corona gemmata, et sceptrum, et throni sublimitas, et splendidi apparatus; non currus auro illiti, et publicae stipantium pompae, et clypeatorum atque hastatorum globi, et acclamantium plausus, aliis quidem praeviis, aliis sequentibus; non denique quicquid caducum et humanum, qualia in hac terrestri potentia fieri solent. Non est heic ergo regnum meum. Vile quidem est quod apparet, exile quod cernitur, exiguum discipulorum numerum habeo, et quidem paupertate et arte piscatoria prorsus inglorium: sed perfectissimum et omnia excedens, quod mente cogitatur: regis universalis atque omnium Dei filius sum, verissimum eius germen et splendor (1): eamdem

* Ioh. XVIII. 36.

Gr. p. 83.

(1) Ἀπαύγασμα, cuius saltem occasione vocabuli, non inutile vel iniucundum ut puto erit, heic attexere theologicum quemdam locum cum auctoris operisque notitia. Matthaei Cantacuzeni, qui imperialem quoque dignitatem brevi tempore Constantinopoli tenuit, commentarium in Salomonis sapientiam incerta propemodum fama memorat Cavaeus, eiusque codicem in Athone monte (ubi postremo monachatum professus est Cantacuzenus) extitisse tradit, indice Possevino. Atqui ne tam longe hanc notitiam petamus, adest codex vaticanus bonus et integerrimus foliorum 115. non parvi moduli, in quo is commentarius sub hoc titulo continetur: Ἡ σοφία Σολομῶντος ἐξηγηθεῖσα παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ Ματθαίου τοῦ Καντακουζηνοῦ: *Salomonis sapientia a religiosissimo imperatore domino Matthaeo Cantacuzeno explanata.* Profecto haud foret incongruum, si Romae in qua urbe eiusdem Matthaei commentarium in Salomonis canticum Riccardus graece et latine anno 1624. vulgavit, nunc eiusdem altera haec lucubratio docta prorsus, gravis, moralis, ac theologica, in lucem emitteretur. Interim tamen satis erit nonnullas eius particulas in his nostris scholiis identidem recitare. Atque in primis ex codicis folio 44, ubi diu locutus auctor de Spiritus sancti attributis, deinde ad Christum his verbis progreditur. Τοῖς αὐτοῖς δὲ ἡ θεολογία ὀνόμασι καὶ τὸν ὑπερούσιον ἡμῶν ἀνυμνεῖ σωτῆρα, ἀπαύγασμα τοῦτον εἶναι τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ εἰκόνα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος φάσκουσα· ἐκ τούτων εὐθὺς τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ συνεισάγουσα, ὥσπερ δὴ καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι· μία δὲ οὖσα πάντα δύναται, παντὸς ἰουδαίου στόμα ἐμφράττει, καὶ τοῦ πως ἄλλως ἐπιχειρεῖν θορυβοῦντος· ὥσπερ γὰρ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ εἷς ὢν πάντα δυναται, οὕτω δὴ καὶ τὸ παναγιον πνεῦμα ἓν ὂν καὶ μονωτατον, πάντα δύναται· καὶ μία οὖσα καὶ μόνη ἡ τούτου σοφία, ὁ προάναρχος υἱὸς λόγος, πάντα δύναται, ὡς ἐν μιᾷ οὐσίᾳ. καὶ κατὰ μίαν τὴν αὐτὴν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν. *Iisdem theologia nominibus nostrum quoque excelsum celebrat Servatorem, quem dicit esse splendorem gloriae patris, et figuram substantiae eius, et imaginem bonitatis ipsius. Atque hinc recte concludit consubstantialem eumdem esse, aeque ac Spiritus sanctus est. Quum haec una (substantia) sit, omnia potest, et Iudaeorum vel alterius cuiuslibet turbare conantis, os oppilat. Nam sicuti Deus pater quum unus sit, omnia potest, sic etiam sanctus Spiritus qui unus omnino est, cuncta potest. Denique etiam Sapientia huius quum una solaque sit, absque initio filius, omnia potest; utpote qui in unica substantia est, et in una eademque virtute et operatione versatur.*

ac ille gloriam honoremque possideo: sum enim paternae gloriae heres; cumque in eodem throno patri adsideam, parem eiusdem gloriae habeo regni maiestatem. Inde mihi regnare atque omnibus dominari contingit. Non est heic itaque, neque similis his humanis rebus potentia mea est: limitatam potestatem non habeo. Non huius gentis, neque harum regionum, neque huius urbis, sed angelorum et hominum omniumque simul terrestrium et infernorum princeps sum ac dominus, mihique flectitur omne genu, atque omnia pedibus meis subsunt, neque est qui meam manum effugiat. Nam regni mei neque fines erit neque finis. Atqui haec ita, et non aliter, se habere, a fidelibus omnibus creditur et praedicatur. Quomodo enim providentia erga res huius mundi sit, et quomodo nostrae vitae negotia administrentur, nisi " in manu eius sint omnes fines terrae *? ,, neque ut Deus tantummodo, sed etiam quatenus homo est, dominetur illis et moderetur, sicuti dictum est *: " dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. ,, Et, erit Dominus rex universae terrae *. Et, ecce rex tibi venit tuus mansuetus, .. urbi Hierusalem dictum est, et iustus et salvans *. Et regnabit Dominus in medio tui. Et regnabit Dominus in monte Sion ex nunc et usque in saecula. ,,

* Ps. XCIV. 4.
* Ps. II. 8.
* Ps. XLVI. 8. Matth. XXI. 5. ex Zach. IX 9. Soph. III. 15.
* Ps. CXLV. 10.

14. Quid porro dicent ad illa verba " regem cum iustitia (1) videbitis *? ,, Sed isti Iudaeis contumaciores, noluerunt hoc intelligere, qui nempe a Dei regno semet sequestrarunt. Neque Persarum (magorum) probus animus ac fides his pudorem incutit, quando hi ceu regem requirebant natum Christum; et adducta dona quisnam ille esset demonstrabant, cuius causa tam longum iter et peregrinationem susceperant. Hi vero Persis sunt barbariores et duriores. Persae patria superstitione omissa, ad omnium regem ac dominum sponte confugerunt, Deumque universalem agnoverunt et confessi sunt, stella duce ac magistra usi. Hi apostolorum ac patrum ex infinito tempore praedicatam traditamque rectam et inculpabilem fidem aboleverunt, novae contra salutarem incarnationem doctrinae adhaerentes. Neque Herodes eos a sua sententia removit, qui novum illum immaturumque nuper natorum populum succidit; quemnam quaerens, aut cuinam invidens? nonne regem a magis praedicatum? sperans scilicet in occisorum numero illum quoque a se quaesitum comprehensum iri. Cur plura opus est dicere, quibus universalis rex in sacris evangeliis praedicatur Christus, et a nobis creditur? Magi autem, quolibet rege omisso, Christum et praedicarunt et suffragio suo delegerunt. Hos itaque cur Christianos appelles? Quisquis haec audierit, iudicet. Christi nomine audito daemones diffugiunt; isti autem in imagine pictum, o audaciam, ac scelus! non modo non reverentur sicut impuri daemones, sed indignissima etiam perpetrant. Et prisci quidem vere Christiani, religionem prae cunctis colentes, umbras ipsas apostolorum multa veneratione prosequebantur, quas transitorias licet, magni beneficii loco, et salutis argumentum censebant. Hi vero appellatione nuda Christianorum praediti, domini ac magistri apostolorum indigne imaginem deiciunt. Quantum vero imago ab umbra, a discipulo magister, a servis dominus distat, tantum peccatis ceteris haec illorum impietas comparata differt. Ut autem ipsorum malitia lateat, neque impietas manifestior fiat, neminem pium interrogare audent, quorsum eius veneratio tendat,

* Is. XXXIII. 17.
Gr. p. 84.

(1) In graeco quidem Nicephori μετὰ δικαιοσύνης, at in ss. bibliis μετὰ δόξης, cui consonat vulgatus *in decore suo.*

quia Christi honorem audire non sustinent. Frustra igitur Christianorum nomen iam usurpare, merito aestimabuntur, qui vim eius et praxim omnimodis negant.

15. Revera si quis videret ex Iudaeis aliquem aut ex ethnicis aut ex quolibet cultu hominem, Christi imaginem aut sanctorum, vel crucem aut evangelia aut aliud quicquam eorum quae apud nos in honore sunt, adorantem, nonne diceret hunc ad fidem nostram accessisse, eumque deinceps christianum appellaret? Quis ita beluinus est et insanus, ut hoc ultro non fateatur? Secus vero, si quem horum, qui dicuntur Christiani, videat humi prosternentem Christi simulacrum, aut quamlibet ex dictis rebus, quo nomine hunc appellabit? Sicut ergo priorem illum, veritati obsequens, dicet fidem nostram amplexum, ita alterum negasse. Fando autem audivimus, multos usque in hodienum diem, ex his pictis historiis salutis suae occasionem nactos. Namque hinc res divinae incarnationis discentes, *Gr. p.* 85. receptoque evangelii lumine, ad inculpabilem nostram fidem deducuntur. Alios autem ex turpi vita ad modestos Deoque gratos mores transisse sumus.

16. Tale quid contigisse novimus etiam sanctae illi mulieri, cui nomen Maria, ut unum saltem, ex tot, exemplum ponamus non inconcinnum. Namque antea diaboli laqueis irretita, cupiditatum omnium facta erat habitaculum. At quum sacrae oculis eius occurrissent picturae, divinae illinc gratiae lumine illustrata, visa est non passionibus tantum, verum etiam ipsi naturae superior. Id quod angelicae vitae eius historia demonstrat supra humanam conditionem peractae (1).

17. Idem extra nostram quoque religionem comperire possumus, ut Polemonis historia comprobat, cuius in suis carminibus magnus meminit Gregorius (2). Namque ex intemperante ad modestiam translatus, adeo cupiditatum victor evasit, ut mira etiam de eo canantur; quorum unum illud est, quod ei cum meretrice accidisse dicitur. Quid ergo ait adversarius? Non imago, inquit, sed Polemon ex sua imagine spectans, modestiam impudicae feminae imperavit; " et quidem venerabilis illa erat ,, addit (3). Audi caelum, aures praebe terra, angeli omnes et vos homines quotquot Deum et res divinas egregie pieque colitis semper et honoratis, obstupescite et admiramini portentum magnum in horum impiorum impudentia atque irreligiositate. Polemonis imago venerabilis est, et quidem de theologorum nostrorum sententia; Christi autem imago, quid? dedecore omni contumeliaque redundat. Quo quid irreligiosius aut scelestius dici potest? Sed ethnici, aiunt, hominis et apud ethnicos. Quid ni vero sit absurdissimum, si Christi quoque imago apud Christianos aeque non fuerit venerabilis? Deinde adhuc quum illis opponitur ab orthodoxis contextus aliquis veritatis patronus, impudenter hi miseri ad suam sententiam vi detorquent tum inspiratae scripturae, tum magistrorum ecclesiae verba, existimantes pravam suam opinionem infelicibus mendacibusque commentis tueri. Ergo illos contextus partim mutilant, partim eradunt et succidunt; sicut illi qui spurios versus obelo configunt, aut sicut superfluitates lapidum vel lignorum aedificatores fabri abradunt.

(1) Intelligit Nicephorus prolixam S. Mariae aegyptiacae vitam a S. Sophronio graece scriptam, quae extat etiam latine apud Surium mense aprili.

(2) Carm. X. seu de virtute, v. 793. seqq. De hoc Polemonis exemplo in syn. nicaena citato, et a Francofordiensibus improbato, loquitur Hadrianus I. papa in celebri ad Carolum M. epistola, quam vide.

(3) Si nempe ait Gregorius v. 805. ταύτην ἰδοῦσα, καὶ γὰρ ἦν σεβασμία.

18. Quaenam ergo a nobis argumenta opponuntur? nempe quod archetypi notitia per imaginem in nobis gignitur. Insuper quod imaginis honor ad prototypum transit; quemadmodum magno Basilio et ipsi veritati videtur, et omnes qui sana mente sunt confitentur: nemoque sobrius adversus tam splendidam veritatem tam audacter et inscite oculos attollere ausus erat, donec impium hoc et abominabile * dogma, ceu pestis quaedam humanas animas per ecclesiam Dei corripuit. Patris autem testimonium in iis quae ad Amphilochium Iconii episcopum scribit, ita ad verbum se habet (1) " Deum ex Deo adorantes, proprietatem personarum ,, confitemur, simulque in uno principatu manemus, dum in multitudinem scissam ,, haud disperdimus theologiam; quia unam in Deo patre et Deo unigenito veluti ,, formam spectamus, paritate divinitatis unitam. Nam filius in patre est, et pater ,, in filio; quandoquidem et hic talis est, qualis ille. Atque ita unum sunt. Quam- ,, obrem singularitate personarum sunt unus et unus; communione autem naturae, ,, unum sunt ambo. Quomodo ergo unus et unus, non sunt duo dii? quia rex di- ,, citur etiam regis imago, non autem duo reges; nam neque potentia scinditur, ,, neque maiestas dividitur. Sicut enim quae nobis imperat dominatio et potestas, ,, una est; sic etiam nostra laudatio, una est non plures; nam delatus imagini ho- ,, nor, ad prototypum transit (2). Quod igitur est heic apud nos imitatione imago, ,, ita illic naturà filius. Et sicut in opificiis similitudo habetur in forma, ita in ,, divina incompositaque natura ex divinitatis communione unitas consurgit (3). ,,

* gr. μιαρόν.

Gr. p. 86.

(1) Lib. de Spiritu sancto cap. XVIII.

(2) Hadrianus PP. in praedicta epistola, carolinorum librorum sententiam quae ait: *contra eos qui dicunt quod imaginis honor in primam formam* (prototypum) *transit*, ita refutat: *qui huic contradicere voluerit, sancti Basilii contradicet expositioni, quem nullum ex fidelibus credimus adversus eius orthodoxam fidem expugnare.*

(3) Quamquam heic nonnisi de duabus ss. Trinitatis personis sermo est, attamen intempestivum haud arbitror doctrinam pulcherrimam adscribere de toto eo mysterio ex Macarii Chrysocephali iam saepe a nobis laudato sermone in festo orthodoxiae id est de sanctarum imaginum veneratione. Ἡ δέ γε ἀλήθεια ἕνα θεὸν ὁμολογεῖν διδάσκει, μίαν φυσιν ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, ἐν τρισιν ὑποστασεσι πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι γνωριζομένην· πατὴρ γάρ ἐστιν υἱοῦ γεννήτωρ ἀγέννητος, ὡς οὐκ ἔκ τινος· υἱός, τοῦ πατρὸς γέννημα, ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· πνεῦμα ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον· τρία πρόσωπα· θεὸς ἕκαστον τέλειος καὶ ἀληθινός· εἷς τὰ τρία θεός, ὅτι μία θεότης, μία δύναμις, μία οὐσία, μία βούλησις, μία ἐνέργεια· ἀμέριστος ἐν μερισμέναις ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ ταῖς διαφόροις τῶν ὑπάρξεων ἰδιότησι· μόνῳ γὰρ τῷ πατρί, τὸ ἀγέννητον· μόνῳ τῷ υἱῷ, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως καὶ συνανάρχως γεγεννῆσθαι· μόνῳ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως καὶ συνανάρχως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· τριὰς ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος· οὐσία ὑπερούσιος· φύσις ἀπερίγραπτος· δόξα ὑπεράπειρος· δύναμις ἀπεριόριστος· ἀκατάληπτον φῶς· ἀνεξιχνίαστος ἀγαθότης· κράτος ἀνυπέρβλητον· κάλλος ἀπερινόητον· βασιλεία ἀπέραντος· εἷς καὶ μόνος θεός, ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι λατρευόμενος, καὶ τρισὶν ἁγιασμοῖς ἐν μιᾷ κυριότητι ἀμερίστως καὶ ἀσυγχύτως δοξολογούμενος *Docet nos veritas unum confiteri Deum, unam sine initio ac sempiternam naturam, in tribus personis patre filio et sancto spiritu agnitam. Pater enim est filii genitor ingenitus, quippe qui ex nullo est. Filius, patris genitura, utpote ex ipso genitus. Spiritus sanctus ex patre procedens; tres personae, unaquaeque Deus perfectus ac verus. Hae tres unus Deus, quia una deitas, una virtus, una substantia, una voluntas, una operatio, indivisa in distinctis personis, et differentibus subsistentiarum proprietatibus. Solius enim est patris innativitas. Solius filii, ex patre sine initio, intemporalis, sempiterna, pari cum dignitate, generatio. Solius spiritus sancti, intemporalis, sempiterna, pari item cum dignitate, ex patre processio. Trinitas simplex et incomposita, substantia supersubstantialis, natura incircumscripta, maiestas plusquam infinita, virtus inlimitata, incomprehensibilis lux, inscrutabilis bonitas, potentia insuperabilis, pulcritudo inintelligibilis, regnum sine termino, unus solusque Deus, in tribus perfectis personis adoratus, trisagioque in una dominatione indivise, inconfuseque collaudatus.* (De Spiritus sancti processione etiam a filio, testimonia graecorum antiquorum certissima et nova habes in nostra disputatione pro dogmatica particula Ἐκ retinenda in sermone tertio S. Gregorii nysseni de oratione dominica.)

Patris quidem Basilii haec sunt, et quidem ita perspicua, ut ne rusticanum quidem aliquem, aut de baiulorum genere, latere queant. Iam quaenam contra ab his dicuntur? Aiunt haec Basilium dixisse de Trinitate loquentem, nihilque hinc nobis emolumenti ad quaesitam rem confieri: namque imago patris dicitur esse filius apud sacram scripturam. Sed ilico respondendum, quod etiamsi haec nihil pertinent ad Verbi incarnationem, cur nihilominus repudiantur? Nostis enim, rem non iam ad materiam tantummodo et quod oculis spectatur, tendere; nam nequaquam honor propter intermediam materiam remque visam praebetur. Alioquin oporteret cunctam materiam ab aliis quidem honorari, ab aliis autem contumelia adfici: atque ita quamlibet imaginem ludibrio haberetis. Sed plane constat vos heic etiam, eodem modo in proposita re vos gerere. Nisi enim sciretis, Christum ab imagine significari; et qui praebentur honores, ad eum referri: haud profecto tot contumeliis saeviretis. Gravis quippe vobis etiam in imagine spectatus Christus est.

19. Quid ergo hinc colligitur? Nempe, quia qui honorant, confitentur se prototypo deferre honorem: necesse est eos etiam, qui imagines abolent, consequenter atque inevitabiliter dicere, se contumeliam in ipsum prototypum conferre. Sed revera haud illud dicunt, quia theologia sint freti: qui enim id fieret, a quibus totum theologiae mysterium abest? sed ut ipsum imaginis nomen de medio tollant, adeo ut ne memoretur quidem in omni vita; atque illarum praecipue imaginum quae humanam formam prae se ferunt; quare et pseudonymas imagines sanctorum appellare ausi sunt. Quod igitur sanctus vir exempli causa dixit, malitiose et insipienter celare nituntur (quasi vero aliquem latere possint aut fallere) tamquam impio dogmati suo contraria. Verumtamen quod de Deo verba faciens, dictum illud adhibeat pater, nos quoque adsentimur: et nihilominus nos quoque illinc occasionem capientes, ita cum istis loquimur; nempe quod filius, etsi aliis multis divinitatis ornamentis fulget et clarificatur, attamen quatenus Dei patris imago est, multo magis quam aliis dotibus et cum patre sociatur, et substantialiter unitur; ideoque parem et aeque augustam prorsusque eamdem ac pater gloriam ac venerationem ab *Gr. p. 87.* omnibus consequitur. Nam qui defertur filio honor, tamquam imagini, is ad patrem ceu ad archetypum transgreditur. Sic ergo et ipse aliquando patri aiebat *: * Ioh. XVII. 4.
" ego te clarificavi in terra. „ Et rursus *: " nunc clarificatus est filius hominis, * XIII. 31.
„ et Deus clarificatus est in illo. Et, pater, clarifica filium tuum, ut et filius cla-
„ rificet te *. „ Quod vero ex imagine quoque cognoscatur prototypum, ipse item * XVII. 1.
discipulis Servator dixit *: " si cognovissetis me, utique et patrem meum cogno- * XIV. 7.
„ vissetis, et amodo cognoscitis illum. Et, qui videt me, videt patrem *. Et, ego * VIII. 9.
„ in patre, et pater in me est *. „ * X. 38.

20. Quae cum ita se habeant, quid ni hoc quoque sacrum simulacrum, tamquam imago humanati filii, eiusque notitiam ac memoriam nobis ingerens, quid ni inquam secundum naturalem propriamque ratiocinii analogiam, haud profecto quasi eiusdem ac filius substantiae, sed ut similitudinem formae eius servans, honorabitur atque adorabitur? quum et hoc ipsum sit unum et honorandissimum sacrorum symbolorum, quae gloriam oeconomiae eius notificant; ut sic per simulacrum hoc ad archetypum transeat gloria. Nisi forte propter imaginis appellationem, hi qui de nominibus cavillantur, filium a paterna quoque substantia et gloria alienant; et

cultum adorationemque dividunt, nullam imaginibus ad prototypa relationem concedentes. Ergo Basilii dictum proposito nostro prodest, nedum obest.

21. Illud vero non intelligunt stulti hi, vel data opera dissimulant, imaginis vocabulum non esse de simpliciter quid significantium numero; sed homonymum, et multiplicis significationis: de qua distinctione subtiliter alibi hic pater disserit. Et iuxta quidem priorem enuntiationem in naturalem et artificialem dividi: iuxta autem alteram enuntiationem sive subdivisionem, imaginem artificialem formae esse, inquit, et habitus, et speciei, atque coloris. Dicant ergo nobis, quae ratio cogat, ut alterum quidem significatum admittamus, quatenus naturaliter consideratur, et necessitudinem ac relationem accurate servare putemus; reliquam vero partem, quae artificialem sensum spectat, repudiemus? Quid? Nonne et haec relationem ac necessitudinem, pro sua ratione, incolumem * retinebunt? Siquidem imaginis ratio, ceu imaginis simpliciter, utroque sensu pariter eodemque gradu a cordatis intelligitur, etiamsi ad varios potest sensus adhiberi. Namque ut in rebus naturalibus pure significat simile et nihil differens; sic etiam in rebus artificialibus, secundum speciem ac formam; etiamsi ad naturam quod adtinet, differentiam in ipsis denotat: quo fit ut unam eandemque appellationem participent, seu sint homonyma. Sed quia hoc vocabulum de Verbi corporatione proprie sumitur, dissimulare id et subvertere nituntur insani. Quamdiu enim id eis manifeste non adversatur, tamquam pro ipsis staret, et potentialiter id vocabulum posuisset, sectari magistrum simulant. Verum ubi repugnantem senserint, semper recusant.

* gr. ἀπαράτρεπτον.

Gr. p. 88.

Sed tempus est, ut ad eius dicti considerationem accedamus. Doctori igitur de Dei natura tractanti, scientique filium connaturalem esse patri atque eiusdem substantiae, et hypostaseos, id est personae proprietate tantummodo differentem definienti, quia multi tunc quoque Dei hostes haeretici adversus Unigeniti maiestatem exorti erant, ipsi inquam opus fuit argumentum suum exemplo exponere ac demonstrare. Solemus enim ex nostris rebus superiores res coniectare; id quod apud inspiratam quoque scripturam videre est, neque secius apud ecclesiae item doctores. Nam quum dixisset, quomodo si unus et unus sunt, pater Deus, et filius Deus, quomodo inquam non sunt duo dii? quasi ad dialogi morem verba conformans; quia, inquit, rex dicitur etiam regis imago; neque tamen reges duo sunt; nam neque potentia scinditur, neque maiestas in partes diducitur. Deinde quasi aliquis ambigeret, quomodo haec ita se habere constaret, tamquam confirmans exempli illius argumentum, communibus notionibus, quae apud omnes in confesso sunt, utens, ait: quia imaginis honor ad prototypum transit. Namque id de imagine nemo non confitetur; cunctisque ratione praeditis non ex doctrina tantummodo, verum etiam a natura, huius rei notio impressa est. Sic absoluto exempli argumento, revocat deinde sermonem unde discesserat, aitque: quod itaque heic adsimilanter imago (heic vero ubi? nisi videlicet in imagine quae artificialiter imitationem prae se fert?) id illic naturaliter efficit filius. Deinde probe sciens sanctus pater artificialium imaginum ab archetypis differentiam, simulque cum iis convenientiam, rursus hoc exemplo ad physicam imaginem analogiam habente, utens addit: et sicuti in artificialibus similitudo in forma fit, sic in divina incompositaque natura, in communione divinitatis fit unitas. Animadvertendum autem, quod non in hac vel

illa artificiali definite dixerit existere prototypi similitudinem, sed plurali numero, de cunctis simpliciter eodem modo locutus sit. Quamobrem nisi impudentes isti ab absurda sua contentione absistant, cogentur iam non unum tantummodo, verum etiam plures filios, impie stulteque confingere.

22. Quod ergo dictum est, nempe delatum imagini honorem ad prototypum transire, id ceu accommodatius regiae imaginis exemplo quadrans, artificialibus apprime imaginibus congruit; atque ita ad naturalem imaginem illinc transilit, et ad sermonem de Deo exempli more traducitur. Hanc autem ab artificiali imagine haberi communionem cum prototypo ac relationem, haud minus quam per homonymiam, ipse ostendit. Sicut enim non duo sed unum esse regem concluditur; namque unum quid ex ambobus apparet; ita, quod etiam est mirabilius et intimius, neque potentiam scindi, neque maiestatem in partes abire patet: quod demonstrabat in naturali imagine substantiae unitas. Cur ergo inhonorae sint et reiiciendae imagines, quae ad expositionem declarationemque tantae rei, qualis est de Dei natura tractatus, adsumptae fuerunt? Idem hic doctor in sermone contra Sabellium (1) mentem suam de re praedicta lucidius evolvit. " Neque enim qui in foro regalem ,, imaginem intuetur, regemque dicit eum qui in tabula est, duos confitetur reges, ,, imaginem videlicet, et illum cuius est imago. Neque si demonstrans eum qui in ,, tabula pictus est, dicit: hic est rex; ideo prototypum appellatione regis spoliat; ,, immo potius honorem ei hac confessione confirmat. Nam si imago rex est, multo ,, magis regem esse oportet eum qui imagini faciendae causam dedit. Verum heic ,, quidem ligna et ars pictoris imaginem faciunt corruptibilem, artificialem homi- ,, nis corruptibilis imitationem; illic autem quum imaginem audieris, splendorem ,, gloriae cogita. Quis autem sit splendor, quaeve gloria, ipse recte exponit apo- ,, stolus qui addit *: et character substantiae eius. ,, Hac undequaque de imaginibus exposita consideratione, quae similitudinem in omnibus pro sua quaeque definitione ac ratione habent; cur sit absurdum ordine inverso dicere, quod sicuti impiorum adversus filium iniuria, ad patrem utpote archetypum recta transit, sic adversus artificialem Christi imaginem ab istis inlatum dedecus, aperte ceu ad archetypum Christum refertur? Quid his manifestius aut evidentius ad veritatis tutelam et adfirmationem, veraeque doctrinae et ecclesiasticae piae traditionis? Quis etiamsi apprime hebes ac stultus, non intelliget, theophorum Basilium artificialem imaginem, de qua principaliter quaestio ut nuper diximus erat, ad declarationem et explanationem naturalis in divinitate imaginis, ceu proprium et perspicuum et idoneum exemplum protulisse? Certe qui haec ita se habere, ut modo observantur et tradita fuerunt, non putat, procul admodum a sancti patris mente scopoque abest, et a veritate dictorum illius dementer prorsus aberrat.

Gr. p. 89.

* Hebr. I. 3.

23. Sed enim Christi hostes haec dissimulantes, et simplicioribus fucum facere volentes, latere nos ipsorum acerbitatem et adversus veritatem pugnam existimant. Adeo illorum animae sunt obscuratae, ut etiam manifeste dicta, et vulgi notitiam non fugientia, ipsi in arca veluti abscondant; ex quo fit ut ipsorum malitia magis divulgetur. Deinde a nobis alius invocetur, sacro huic patri moribus

(1) In editione Garnerii T. II. p. 192.

sententiaque similis, in theologicis suis sermonibus, magnus Gregorius (1) qui eodem modo de re eadem loquitur. " Est autem imago, quatenus consubstantialis; et „ quia ex illo filius est, non ex hoc pater. Haec est enim imaginis natura, ut sit „ imitatio archetypi, cuius imago dicitur. Sed tamen heic amplius est: illic enim „ immobilis (2) imago hominis mobilis: heic imago viventis et vivens (3), magisque
Gr. p. 90. „ similis, quam Adamo Sethus, et gignenti cuilibet quod genitum est. Haec est „ enim simplicium natura, ut non partim sint similia, partim autem dissimilia, „ sed tota totius typus sint, atque idem potius quam simile. „ Ita praedictus pater. Quod autem in eadem mente sit, ita cognoscemus. Nam cum dicat, talem esse imaginis naturam, ut sit archetypi imitatio, patet eum de omni imagine simpliciter verba facere, ut ita rem quaesitam obtineat. Etenim ex generalibus partialia demonstrantur; atque hic est optimus et praecipuus demonstrandi modus. Quae vero illic sequuntur verba, denotant ipsum spectare potissime hanc sensibilem et artificialem imaginem. Nam cum addat " sed tamen heic amplius est „ sublimitatem argumenti sui circa Dei naturam versantis, comparativa dictione significavit, alterum ab altero discriminans. Tum addens " illic immobilis imago hominis mobilis; „ heic imago viventis et vivens „ quam habent hae inter se differentiam exhibuit, quasi dixisset: proprium quidem artificialis imaginis est, ut sit immobile immobilis; proprium autem naturalis ut sit viventis vivens. Post haec et ipsorum physicorum comparationem facit cum dissimilibus, de Adamo ac Setho adnectens sermonem, et quaecumque de simplicium natura dicuntur. Animadvertendum denique heic est, sacrum hunc doctorem, etiamsi a doctrina de Deo omnia submoveat, propterea quod nihil ad eam pertineant, quia ipsa ab omnibus seiuncta est; attamen haec manufacta adeo non reiicere, ut etiam perlibenter admittat.

24. Divus Cyrillus, magnae Alexandriae praesul, magnusque magister supradictis accedat et consonet, de proposito argumento ut sequitur loquens (4). " Velut „ enim si quis imaginem egregie pictam aspiciat, mireturque exteriorem regis cul- „ tum, dum quicquid ad eius ornatum pertinet, in tabula potest adspicere, cu-

(1) Orat. IV. cap. 20. de filio, seu XXX. ed. Maur. p. 554.

(2) Textus noster heic ἀκινήτως, sed infra ἀκίνητος. Mirumque est quod prior lectio apud maurinam editionem eodem loco variat, ἀκίνητος et ἀκινήτως.

(3) Quomodo Verbum seu Filius sit imago Patris, belle declarari videtur etiam ex iis quae Matth. Cantacuzenus ingeniose dicit in op. cit. ms. f. 44. ad Sap. VII. 26. de Spiritu sancto, quae mox, ut nos scripsimus retro p. 93, ad Filium transfert. Τὸ δὲ εἰκόνα εἶναι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, τὸ ἀπαράλλακτον καὶ ταυτὸ τῆς οὐσίας αἰνίττεται· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν εἰκόνα χαρακτῆρος λαβεῖν ἐπὶ τοῦ ἀοράτου καὶ ἀσχηματίστου καὶ ἀκαταλήπτου θεοῦ· ἀλλ᾽ αὐτὴν τὴν κατ᾽ οὐσίαν ἐκείνου μορφὴν, ἥ τίς ποτε αὕτη ἐστί· καὶ ὥσπερ τὸ ἐν μορφῇ θεοῦ λέγοντες νοοῦμεν καὶ τὸ ἐν οὐσίᾳ θεοῦ, οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐν εἰκόνι· εἰ δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι φαμὲν δεδημιουργῆσθαι θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς ὁ θεολόγος τοῦτό φησιν· ἐπάγει γάρ· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· ὡς ἐντεῦθεν δοκεῖν μηδὲν ἄλλο τὸ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ τυγχάνειν ἐν ἡμῖν, ἢ τὸ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἄρχειν· χρηστόν τε εἶναι καὶ ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ ἐξομοιοῦσθαι θεῷ. *Iam dictio, quod nempe sit imago bonitatis eius, ea videlicet unitatem substantiae innuit. Neque enim imago aliqua characteris intelligi potest de invisibili, absque figura, et incircumscripto Deo; sed figurae vocabulo intelligenda est ipsa substantia, quaecumque ea demum est. Et sicuti cum dicimus (ut est apud Paulum) in forma Dei, intelligimus in substantia Dei; sic etiam cum dicimus ad imaginem. Quod si hominem quoque ad imaginem Dei creatum dicimus, haud tamen hoc simpliciter a theologo (Moyse) adfirmatur: addit enim: et dominentur bestiis terrae, et maris piscibus, et caeli avibus: ita ut hinc videatur, nil aliud esse nostra ad imaginem Dei creatio, quam ius imperandi animalibus terrae: bonumque et exoptabile esse homini ut Deo assimiletur.*

(4) Extat hic adamussim Cyrilli locus in thesauro eius T. V. part. I. p. 111.

„ pidus fiet ipsum quoque regem videndi; dicetque illi quodammodo pictura, qui „ me vidit et regem vidit. Et rursus: ego et rex unum sumus, quod adtinet ad „ similitudinem et accuratam summamque paritatem. Et adhuc: ego in rege, et „ rex in me est, quantum pertinet ad formae habitum. Namque illius speciem „ prorsus gerit pictura, et picturae species in illo vicissim servatur. Sic est et filius „ dicens: qui vidit me, vidit et patrem meum *. Et, ego et pater unum sumus. „ * Ioh. XIV. 9. Num igitur obsequuntur sapientibus his dictionibus, an aliquando quidem utique, aliquando secus, prout operantis in eis daemonis mala mens suggesserit? Si ergo voluerint nobis persuadere, se iuxta magistri dictum, consubstantialem genitori filium existimare, ceu patris imaginem; regemque eum cum adsumpta nostra forma confitentes honorant; sequitur ut iuxta propositum exemplum venerentur nobiscum eius quoque adorabilem imaginem, quae et ipsa propemodum ait: qui vidit me, vidit omnium regem ac dominum Iesum Christum Deum. Quod si hunc cultum non admittunt, ne filium quidem patri consubstantialem existimant, eique regnum *Gr. p. 91.* potius abiudicant, seque alienos ab hac nostra fide aperte demonstrant.

25. His theosophis patribus, ille etiam in divina plurimus scientia et divinarum rerum revelator Dionysius consona dicat (1). " Si veluti in materialibus imaginibus fit, ad archetypam speciem pictor indeclinabiliter aspiciat, nulla re alia „ sensibili abstractus, partimve abductus, ipsum illum quemcumque pingit, si licet dicere, duplicabit, ostendetque veritatem in similitudine, archetypum in imagine, utrumque in utroque, excepta substantiae diversitate; ita studiosa mente „ pictoribus praeditis, continua et indeclinata suaveolentis quodammodo et reconditae pulcritudinis contemplatio, indubium efficiet et Deo simillimum simulacrum. „ Num his dictis obediunt inobedientiae filii, et reverentur theologos, et materiales patiuntur fieri imagines? fatenturque circumscriptum, id quod saepe duplicatur? adorantque id, quod alterum ex altero demonstrat, id est figuratum et figurans, sicuti nunc a nobis Christus Christique imago venerabilis honoratur? An potius alterum ex altero spernunt, dehonestantque Christum per eius imaginem? simulque contemnunt hierophantam quoque doctorem; nobisque confirmant, se nullatenus reconditam participare pulcritudinem, sed turpes esse et impuros, et cuiuslibet divinae formae expertes?

26. Ita res se habere videtur etiam alexandrino Clementi, in suo de legali paschate tractatu (2). " Veluti si alicuius imago, haud praesente archetypo, parem „ ac illud honorem referat: praesente autem veritate, imago ab hac illustratur, similitudine illa manente, propterea quod veritatem significat. „ Et sanctorum quidem patrum dicta sunt haec. Observandum autem est, eos non limitate neque singulariter de tali imagine, vel de tali forma tantummodo, sed de omni absolute imagine eundem significatum virtutemque statuere, servatamque ad prototypum relationem et convenientiam, concorditer adfirmare; id quod manifestius ostendunt divi Dionysii verba: etiamsi nonnulli patres, propter tunc dominantem consuetudinem,

(1) Dionysius de eccl. hier. cap. IV, meliore tamen apud Nicephorum nostrum lectione, quam in editis.

(2) Est ex deperditis hic Clementis alex. tractatus, quo fit pretiosius hoc a Nicephoro nunc exhibitum nobis fragmentum, ab iis duobus diversum, quae sunt in anonymi opusculo quodam apud Petavium in Uranologio p. 399. De hoc opere testis erat Eusebius hist. eccl. lib. VI. 13. ubi inter alia Clementis scripta numerat τὸ περὶ τοῦ πάσχα σύγγραμμα, *de paschate opusculum*.

regum imagines in publico proponendi et venerandi, regis exemplo usi sunt (1), tamquam prae ceteris proximiore regi regum et domino universali, quoniam omnibus in terra dignitatibus regia maior excellentiorque est. Sic enim et orationis series postulat namque ex mundanis supramundana, ex humilibus excelsiora quantum licet revelantur. Quod autem quae fiunt erga imagines ad prototypum transiliant, ex sacris quoque litteris facile comperitur.

27. Namque et beati Samuhelis historia, huiusmodi aliquid denotare vult. Hic enim etiam ante conceptionem, Deo a religiosa parente promissus, statim in fasciis consecratus fuit. Deinde fungi sacerdotio coram Deo sortitus, etiam quatenus sacerdos imago Dei erat. Idque nobis suadet quod in psalmis canitur *: " tu sacer- ,, dos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. ,, Nec non sapientissimi Pauli vox *: " assimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. ,, Samuhel itaque sacerdotio fungens, Dei imaginem prae se ferebat. Sed quum Israhelitae hunc senio pressum viderent, gravibus autem querelis adversus eius liberos expostularent, venerunt ad eum maiores natu, petentes ut regem ipsis constitueret, sicut aliis in gentibus usuvenire cernebant. Quid ergo ait scriptura *? Improbum hoc ipsi prophetae iure meritoque postulatum visum est. Oraculum vero Dei quale? " Audi, ,, inquit universalis Deus aegre ferens atque iratus, vocem populi huius secundum ,, quod tibi loquuntur; quia non te spreverunt, sed me. ,, Apertissime igitur et hinc demonstratur, prophetae, ceu rei Deo oblatae, ac deitatem repraesentantis, tamquam ex imagine ad Deum archetypum transisse contemptum. Hoc etiam in bene factis agnoscimus. Audimus enim in evangeliis servatorem Deum venerandis discipulis denunciantem *: qui recipit vos, me recipit. Pari modo, quae adversus Dei ecclesiam peccantur, propter sacras imagines, et propter oblata Deo et consecrata corpora, ad ipsum Christum deveniunt. Quid ergo? Non exasperatur indignaturque ad haec Deus? Et vehementer quidem; sed iram differt, velut erga veteres, ita etiam erga hodiernos offensores; quamvis hi ineffabilem illius longanimitatem contemnunt ac bonitatem. Illud autem quomodo non intelligunt hi amentes, quod ad reprehensionem vesaniae ipsorum supra dictum fuit? Oporteret enim ipsos monito hoc deduci ad veritatis comprehensionem.

Gr. p. 92. * Ps. CIX. 4. Hebr. VII. 3. * Reg. VIII. 6. * Matth. X. 40.

28. Quid igitur dicendum est? Nisi scivissent haec ita se habere Christiani, cur antiquitus ab ethnicis fabricata et cultui ac venerationi proposita simulacra, abominanda iudicabant et despuenda? Certe divino zelo omnique conatu utentes, convellebant ea fortiter a fundamentis et corrumpebant, igni tradebant, aliisque modis exitium illorum perpetrabant (2). Cur ergo haec agebant? nonne odio et detestatione deorum quorum causa simulacra erant effecta? Namque ethnici, dum hominum quoque nonnullorum imagines figurare vellent, dedicarunt eas stultissime detestandis quibusdam et abominandis ac turpitudine vitae famosis, vel iis certe qui generosum aliquod ac forte facinus, vita comite, edidissent. Erant aliqua etiam

(1) Videsis saltem Cyrillum comment. in Ioh. opp. T. IV. p. 228. D; et Nazianzenum orat. IV. 80, qui disertius de hoc ritu circa imagines Caesarum dicit.

(2) Id etiam a Libanio narratur in fragmento insigni, quod nos edidimus, orationis ab eo scriptae pro templis ethnicis; quam in editis libris mutilam feliciter ante hos annos supplevimus ex quinque codicibus vaticanis, unoque insuper barberino, et altero chisiano, quibus in omnibus, id est septem, integrum inlibatumque Libanii id scriptum deprehendimus.

simulacra daemonum quorumdam ab ethnicis cultorum, quae idola et phantastica figmenta dicere licet, fraudisque plenissima (1). Quae cum ita sint, quid ni iustum sit sacra nostra omni honore prosequi, ob fidem nimirum ac religionem erga prototypa, si certe haec saltem digna cultu fatemur? NAM QUID DOMINICO CORPORE HONORABILIUS AC VENERABILIUS? QUOD PARTICIPATUM, EOS QUI CUM FIDE SUSCIPIUNT, SANCTIFICAT (2); in imagine autem repraesentatum, devotionis gratia replet. Sunt itaque haec veneranda et honorabilia apud Christianos cum rebus aliis sanctis. Sed enim impii *Gr. p. 93.* adversus haec tam invicta, ilico occurrunt: nempe quod ethnici digna ethnicis opinantur; ab ipsis enim haec adinventio processit; Christianis vero ita agere non licere. Neque intelligunt, hoc ipsis potius adversari, nobis autem plurimum patrociuari. Cur enim etiam Christiani res Christianorum non honorabunt? Et quidem falsae errorisque plenae erant res ethnicorum, nostras autem veras esse, vereque aetas scimus credimusque. Et quanto veritas falsitate potior est, tanto oporteret sacrorum nostrorum curam diligentiorem esse ac ferventiorem. Tantopere igitur materialium imaginum ratio, fide digna est, vel potius fidem sui facit, ut ad demonstrationem etiam atque evidentem probationem aliarum rerum, et quidem divinarum ac supernaturalium, et ipsius altissimae ac supremae naturae, ab inspiratis patribus adsumatur. Ergo non in re theologica tantum imaginis honor ad prototypum transit, sed in quibuslibet etiam quae figurantur, uti demonstratum est. Quod si ita est, sane convenientissimum erit Christianis, immo debitum, Christi et sanctorum imaginibus cultum, ceu reapse colendis, exhibere.

29. Age vero si simplicibus quoque et incompositis rebus figurandi consuetudo adhibita est; tantumque est imaginis momentum ac dignitas, ut in divina quoque et ineffabili natura cernatur; filiique filialem ac physicam relationem, qua patrem substantialiter repraesentans (2), fit eidem intimus et copulatus, exprimere ac demonstrare queat; cur, oro, ad haec quoque composita non potissimum adsumatur, ad compositam inquam Christi hypostasim? Qua ex re notiores nobis magisque familiares fient res salutaris ipsius ad homines adventus, qui compositi sumus et materiales et crassiores, ideoque egemus materialibus congruenter sensibilibusque instrumentis, ceu nobismet consuetis et maxime propriis, ad manifestiorem doctrinam, et ad res quae supra nos sunt extensivam manuductionem. Quod si hoc minime liceret, neque decorum existimassent inclyti ecclesiae duces, iamdiu id constituissent ac definissent, atque his venerationem abrogassent? Quid dico venerationem? Nec figurandum quidem ullo modo simulacrum decrevissent.

(1) Cantacuzenus ad Sap. XIV. 13. Ὅτι μὲν οὐκ ἦν ἀπ' ἀρχῆς ἡ τῶν εἰδώλων θρησκεία, τοῖς τὰς ἱστορίας διϊοῦσιν, ὅθεν ἡ εὕρεσις αὐτῶν ἤρξατο, δεδήλωται· ὅτι δὲ οὐκ ἔσται εἰς τον αἰῶνα, προφητικῶς εἴρηκε· προῄδει γὰρ ὅτι τοῦ σωτῆρος ἐπιφανέντος Χριστοῦ, καὶ τὴν ἡμετέραν φορέσαντος φύσιν, σύμπασα τῶν εἰδώλων καὶ ἐξ ἁπανταχοῦ γῆς καταργηθήσεται λατρεία. *Quod ab initio idolorum cultus non extiterit, legentibus historias quibus eorum origines memorantur, exploratum fit. Quod autem haud perpetua futura sit idololatria, prophetice dixit. Noverat enim fore ut servatore Christo apparente, nostramque naturam gerente, totus in universo orbe idolorum cultus extingueretur.* Atque hoc saepe stomachatur Nicephorus, quod Iconomachi nedum extinctam idololatriam, sed revocatam vel auctam ab orthodoxis ss. imaginum cultoribus calumniarentur. Porro quod nec semper nec ubique idola fuerint, testantur etiam aliquod nuper lustratae oceani australis insulae, ubi nullae idolorum figurae apud incolas repertae sunt.

(2) En novum de Christi corpore in eucharisticis speciebus praesente testimonium.

(3) Recole Cantacuzeni locum paulo ante a nobis relatum p. 100. adn. 3.

30. Atqui secus, horum aliqui sacras quoque aedes struxerunt, et sacra cimelia elaborarunt, in quibus has imagines ab eis impressas vel pictas constat. Quae dum extarent et in dies fierent, ipsi totum absolverunt vitae cursum. Iamque etiam definitionibus divinisque canonibus proponi Christi imaginem typicam censuerunt; et humana quidem potius forma, ceu veritati congruentiore, quam agni, fieri, prisci illi qui sacram sanctamque synodum sextam celebrarunt a Deo inspirati patres, nos docebunt (1). Quos cunctos irreligiosi hi neglectui habentes, ad coryphaeum irreligiositatis impium Eusebium confugiunt, et alios quos sibi confinxerunt patres, sceleris sui cupidinibus inflammati, sumptis etiam a Manichaeorum
c. p. 94. atque Arianorum peste figmentis, eorumque particulis aliquot atque reliquiis, faece omni atque impuritate scatentibus; quos procul ab ecclesiae coetu submotos, et a divina gloria multo tempore ante exclusos, Christum simul incircumscriptum, et alienum diversumque a paterna substantia censentes, sacrae synodi excommunicarunt, tremendis subiectos anathematibus. Sed nos, praeter dicta, hierophantam Cyrillum, sermonis nostri veritatisque patronum producentes, videamus quònam haec de imaginibus controversia istis demum evadet. Miror enim, nisi huic ipsi sancto viro repudii libellum dent. Quippe is sic ait divi apostoli ad Romanos epistolam commentario explanans * (2). " De semine Davidis natum secundum carnem, prae-
„ destinatum ait filium Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex re-
„ surrectione mortuorum. Etenim praedestinamur etiam nos filii, sed tamen non ex
„ virtute, sed tamquam ex gratia, hac appellatione digni habiti; et tamquam sola
„ Dei patris voluntate, hanc rem sortiti. Verum enimvero Emmanuhel multum abest
„ ut ita se habeat. Etiamsi enim de Davidis semine extitit secundum carnem, at-
„ tamen virtute ac veritate naturalis filius est, per quem nos quoque filii efficimur.
„ Siquidem vere dicitur, quod eius ditati Spiritu per sanctum baptismum, tunc
„ demum citra reprehensionem dicimus abba pater. Igitur sicut imagines sunt erga
„ archetypa, ita et nos per adoptionem filii, erga eum sumus qui suapte natura
„ ac virtute vereque patris testimonio talis est declaratus (3). „

31. Porro accurate animadvertendum est, imaginis exemplum, non ut in superioribus quomodo filius se habet ad patrem, ita heic etiam proferri, sed quomodo nos adoptione et gratia filii, ad eum qui natura ac virtute filius est, nosmet habemus: atque ut demonstretur, quo nos modo digni facti fuerimus adoptione; nempe sicut imagines ad prototypa simpliciter et indeterminate se habent: non autem tamquam huius vel illius personae imagines, vel talis dignitatis puta regalis, sicut in praecedentibus. Quomodo autem se habeant imagines ad prototypa, communes notiones communisque intelligentia docent, atque apud omnes sana mente instructos in confesso est atque indubitatum; quippe qui, natura magistra, hanc habent notionem. Sic ergo nos adoptione filii, ad eum qui natura veritate ac virtute filius est, sumus. Namque omne exemplum, ceu res communiter confessa, adsumitur; ut ex notioribus atque clarioribus ambigua et obscura fidem atque confir-

(1) De hoc diximus superius p. 12. adn. 2.

(2) Gratulemur hoc novum S. Cyrilli fragmentum ex eius commentario in epist. ad Romanos, cuius sedes propria est post primum a nobis in nostra editione impressum, nempe cap. I. 4.

(3) Sancti Cyrilli insigne et rarum de sacris imaginibus extat testimonium in eius commentario a nobis edito ad psalmum CXIII. 16.

mationem accipiant. Duplex igitur a patre heic proponitur adoptionis modus. Alius enim naturalis verusque dicitur, qui Deo Verbo congruit; quique immo ne adoptio quidem sed filiatio magis proprie dicendus est. Alter est modus, per adoptionem atque gratiam, qui nobis credentibus merito congruit. Quomodo igitur se habet posterior modus ad priorem? ut imagines, inquit, ad archetypum. " Nam sicut imaginem terreni tulimus, inquit apostolicum oraculum *, sic etiam imaginem caelestis feramus. „ Id quod et ipse beatus hic Cyrillus alibi manifeste ita disserens dicit (1). " Quum animalis homo ad improbitatem declinaret, et adoptivi peccati propter omnimodum carnis affectum morbo laboraret; suam ad divinam imaginem conformationem, insertumque sibi instar sigilli Spiritum depulit, atque ita corruptibilis ac deformis apparuit. Postquam vero omnium creator restituere voluit in integritatem ac pulcritudinem veterem id quod olim exciderat, immisit iterum ei illum qui olim recesserat divinum sanctumque Spiritum, praeclare sic in supramundanam imaginem hominem commutans, atque ita eum comparans, ut possit per illum ad suam nos reformare similitudinem. „ Quod autem omnium validius est, rursus idem magister, ait in forma Dei esse filium. Eumdemque imaginem et characterem sacrae litterae dicunt patris sui. Imagines autem ut archetypa sunt. Quid ad haec respondebunt? Nonne hinc discedent coarguti et pudefacti? Quantum enim pertinet ad theologiae rationem, eam tradidit dicens: imaginem esse genitoris filium, iuxta effatum. Quantum vero adtinet ad communem rationem, omnemque imaginum modum, id verborum additamento denotat, plurali utens numero dicensque: imagines autem ut archetypa. Num et hoc vocabulum ad divinae naturae descriptionem adsument hi dementes, ut plures iam filios patresque inducant, et polytheismum profiteantur? Non enim imago, dicit, sed imagines sunt ut archetypa; sic similitudinem simul convenientiamque demonstrans.

* I. Cor. XV. 49.

Gr. p. 95.

32. Quid hoc manifestius aut evidentius ad propositam nobis quaestionem? Nisi forte illis excaecata prorsus mens est, mentisque oculus obtenebratus. Quid ergo ad haec dicent isti ab adoptione divina alieni? Num oculos contra tam clarum lucentemque veritatis splendorem poterunt obfirmare? An opponent vana et abominanda ex impuro suo Deoque odibili eructata corde deliramenta? Admittunt ne divinitus prolata verba, an magistrum recusant? Si non admittunt, iam hinc iis conficitur a Christi ovili alienatio. Sin admittunt, alterutrum de duobus necesse est; nempe vel imaginum rationem, prout se habent ad archetypa, nobiscum confiteantur, atque ob id Domini quoque imaginem atque sanctorum nobiscum venerari patiantur. Vel adoptione divina manifeste expellentur, quam per sanctum Spiritum in divino lavacro adepti fuimus: et cum Iudaeis atque ethnicis collocabuntur; siquidem quam habent invicem praedictae imagines communionem relationemque non concedunt. Perit enim ipsis baptismus, desinunt esse iuxta creatoris imaginem; decidui et eiecti sacro Christi filiorum grege in posterum erunt. Hoc sibi emolumentum ex iniuria adversus sacras imagines curarunt miseri. Summopere autem demirari hos merito hinc possumus, in quantum stultitiae amentiaeque venerint, consentaneam improbis factis suis mentis quoque sententiam habentes.

(1) Quaerendum erit per otium de hoc Cyrilli tractu; nam certe apud nos in commentariis eiusdem ad dictum Pauli locum, non occurrit.

Gr. p. 96. 33. Simulant quidem falsoque ostentant, crucis typum a se honorari; sed factum ipsum, id est salutarem Christi passionem, revera abolent. Quomodo enim passus foret aut crucifixus, iuxta istorum dementiam, si incircumscriptum corpus adsumpsisset? Quid enim in cruce fuisset confixum, aut clavis perforatum? Quònam lanceae cuspides penetrassent, nisi corpus fuisset circumscriptum? Num hinc etiam his inopinabilis impietatis alumnis, opinionis phantasticae (1) offundentur tenebrae? Quid ni enim sint reprobi, qui mentem habent animamque obtenebratam, loquentes perversa? bona enim loqui nesciunt, mali cum sint, ex pravo cordis thesauro praviora depromentes. Nonne itaque deprehensa est istorum impietas, quomodo videlicet inimici crucis Christi, crucem quidem venerari simulant, ipsum vero crucis typum (2) cum sacris characteribus subruunt destruuntque?

34. Quid ergo hi aiunt, verba dolosa et obliqua effutientes? ∽ Typum crucis ∽ adoramus, propter illum qui in ea fuit extensus. ∽ Explorata autem est horum amentia et improbitas, quod nempe sanctificantis typum abominantur ac despuunt, sanctificatum autem honorare videntur (3). Atqui quomodo sanctificatus typus, id est crux, fuit, ut ipsi volunt, si Christus vere in corpore non est passus? Huic ergo amentiae atque insaniae ne respondere quidem oporteret: respondere enim stulto
* Prov. XXVI. 4. iuxta stultitiam suam, vetamur *. Sed enim propter huius sermonis veritatem adserendam, seriemque tenendam, atque ut pientioribus persuadeamus, ita dicimus: primo quidem cuncta quae in ecclesia Dei sunt, sacra esse ac sancta, nos scire et confiteri; ideoque veneranda et religiosa pariter haberi a nobis atque honoranda; nihilque esse in iis inglorium aut ignobile, ut iam alibi diximus. Neque licet nobis fidelibus, neque traditiones illorum, qui doctrinae nostrae antesignani fuerunt, monent ut distinctiones ullas et disquisitiones faciamus, quid sit primum vel secundum, quid plus vel minus honorabile. Namque id omne ab infidelium et impiorum malitia est: puta, si hoc adoravero vel secus, salvabor ne an secus? melius ne hoc, an illud? Quod sane summae stultitiae ac ruditatis horum, qui nunc talia quae-
* Iacob. II. 10. runt, indicium est. Quid enim respondebunt dicenti *: " si legem universam aliquis ,, servaverit, in uno autem mandato offendat, factus est omnium reus? ,, Atque haec de legalibus actibus, vel etiam de irreprehensibili et integerrima fide nostra. Non est ergo a nobis circa haec rixandum, quoniam pari gradu honoranda esse sancta, sacrorum patrum canones divinitus editi praecipiunt.

35. Veruntamen propter stultorum contumaciam atque impudentiam, paulo curiosius de hac re disserendum putamus; neutri quidem rei (cruci et imagini) honorem negantes, sed quatenus ex disquisitionis consequentia provenit, praestantiam quamdam inter has ipsas, brevi sermone statuentes. Dicimus itaque, ut a si-
I. mili initium capiamus: quoniam et ipsa imago eiusmodi est; imago Christi simili-
Gr. p. 97. tudo eius est, et corpori eius similis est, figuramque corporis eius nobis describit et delineat, ac speciem denuntiat, et modum actionis vel doctrinae vel passionis ut plurimum imitando significat. Figura vero crucis nulla parte similis est corpori eius, nihilque eorum quae dixi ostendit. Quod autem simile est alicui, magis propinquum

(1) Ludit Nicephorus in vocabulis ἀδόκιμος et δόκησις, quod aeque fieri latine non potest.
(2) Nempe Christi imaginem, ex qua derivata videtur crucis figura.
(3) Hoc dicit quia Iconomachi imaginem Christi aversabantur, crucem non item, ut mox patebit.

et cognatum est ei, quam quod non est simile, notiusque illud propter similitudinem efficit: ac proinde honoratior est imago Christi, utpote magis illi finitima et notior. Cum igitur figura crucis apud nos sit in honore et veneratione, erit honoratior et venerabilior Christi imago. Praeterea imago Christi primum et sine II.
medio, statim et primo congressu speciem eius nobis indicat et memoriam affert, siquidem eum, qui effigiatus est, in ipsa effigie tamquam in speculo spectamus. Crux autem non hoc facit; cum enim crucem videmus, primum quidem mentem ad id quod apparet intendimus, deinde cogitamus, quid sit, et quomodo sanctificata fuerit, et a quo, contemplamur; atque ita secundo loco ad crucifixum, et ad eum qui crucem sanctificavit, transimus. Quocirca quod primum transit ad aliquid, et illud in primis manifestum efficit, honoratius eo est quod idem secundo loco facit: ergo Christi imago honoratior cruce Christi, quae alioqui honorabilis est.

Deinde certum est apud omnes, qui mentis sunt compotes, id quod sancti- III.
ficat, sanctificato esse melius: sine contradictione enim, inquit apostolus *, quod * Hebr. VII. 7.
minus est, a meliore benedicitur: quamobrem corpus Christi crucem sanctificavit cum eam tetigit et in ea confixum fuit, et benedictionem nobis per hanc immisit, crux vero per ipsum sanctificata est: quorum autem prototypa honoratiora sunt, et ipsa sunt magis honorata: quandoquidem vero utraque figura est, et figura crucis sanctificatae honorata est; figura igitur corporis quod crucem sanctificavit, magis honorata est. Rursus typus extensionis manuum figuraeque Christi venerabiles sunt: IV.
quantum autem differt a figura corpus, tantum different quae ab eis proficiscuntur: quorum enim archetypa in maiore honore sunt, eo maiore in honore ipsa erunt, siquidem figura propter corpus est, et extensio; non autem e contrario, corpus propter figuram: ac corpus quidem substantia et subiectum est, figura vero accidens subsequensque: quanto igitur substantia praestantior est accidente, aut quanto anima praestantior est scientia, tanto corpus praestat figurae. Ac figura quidem est et dicitur quod figuratum est: figuram vero factam esse corpus, nemo sanae mentis dicturus est: sic enim et corpus colore praeditum dici potest, non autem corpus color, neque color corpus: praestantiora igitur quae corporis, quam quae sunt figurae. Quod si ita est, typus corporis honoratior est typo figurae.

Crux insuper simplicem quodammodo et sine varietate nobis passionem repraе- V.
sentat; a rusticis vero et agrestibus vix intelligitur esse symbolum passionis: sacrae vero imagines non solum passionem variant et subtilius describunt, sed etiam mi- *Gr. p.* 98.
racula et prodigia, quae Christus fecit, latius et clarius nobis exprimunt. Quae igitur explanatius et dilucidius haec nobis ostendunt, honoratiora et significantiora sunt, quam quae obscurius haec declarant. Praeterea crux passionis symbolum VI.
est, et modum quo, qui passus est, passionem sustinuit, aenigmate significat. Quid enim aliud vult significare illud: tolle crucem tuam et sequere me, quam illum qui confixus est timore Domini, et vanitatibus mundi nuntium remisit, paratum esse ad omnia propter amorem eius sustinenda? Sic qui in carne sua stigmata Christi ferebat, et in passione gloriabatur inquiens *: " mihi autem absit gloriari nisi in * Gal. VI. 14.
" cruce domini nostri Iesu Christi ", crucifixionem nobis, id est, passionem Christi his verbis depingebat. Imago autem est ipsius, qui passus est, expressa similitudo; quae proprie magis digniusque ipsum nobis repraesentat, quam ea figura,

quae exteriora et quae Christum circumstant designat. Imago igitur quae ipsum Christum nobis designat, dignior est honorari, quam crux quae passionis modum nobis demonstrat.

VII. Christi nomen tamquam homonymum de Christi imagine praedicatur: Christus enim vocatur ipsa imago, sicut rex vocatur ipsa imago regis: de cruce autem praedicari non potest, nemo enim cordatus crucem ullo modo appellabit Christum: quare quod participat ipsum nomen, sicut participat figuram corporis, magis honoratum est, illo quod nihil horum participat: imago igitur honoratior est, quam figura crucis.
VIII. Causa antecedit effectum, praecipueque causa efficiens: quod autem antecedit, magis honoratum est, quam id cui antecedit. Quia igitur causa figurae crucis est passio corporis Christi, et corpus est principalis causa figurae crucis, sequitur ut imago corporis Christi, tamquam causa efficiens figurae crucis, honoratior habeatur.
IX. Item quod alicuius causa factum est, inferius est eo, propter quod factum est. Si igitur crux propter corpus Domini facta est, necesse est ut etiam in horum figuris inferiores partes ferat figura crucis. Nam quorum antecedentia minora sunt, ipsa quoque minora sunt. Demonstratum igitur est pluribus rationibus, quod etiamsi crux vivifica in honore alioqui habeatur, imago tamen Christi, ut superioribus argumentis confectum est, honoratior est: quare qui crucem honorare profitetur, Domini quoque imaginem honorabit: sin vero hanc non honorat, multo minus illum honorabit.

X. Postremo, videmus multis in locis crucifixionem Christi in imagine pictam, et ut convenientia rei poscit, quae illo scilicet modo acta fuit: videmus Christum pendere, manusque extensas ac clavis confixas, quibus salutaris passio Christi om-
Gr. p. 99. nibus miraculis admirabilior, et ceteris, quibus salvi facti sumus, principalior nobis depingitur. Quid igitur inimici crucis Christi heic facient? Necesse est alterum ex duobus facere: aut adorantes crucem, imaginem quoque adorare, nisi malint frustrari professionem suam: aut demolientes imaginem, simul crucem demoliri. Qui autem secundum eligunt, ad extremum crucem ipsam, et universam simul Christi oeconomiam, utpote huius adversarii, delent: et sponsionis suae falsitatem palam faciunt. Si enim vel tantillum veritatis apud eos resideret, oporteret in primis imaginem venerari uti causam efficientem et auctricem crucis. Quicquid enim ab aliquo esse dicitur, minus est illo a quo efficitur. Et si crux veneranda est, magis honoranda est ea, quae causae rationem habet, imago. Nam crux propter imaginem extitit, non versa vice imago propter crucis typum. Imagine enim antea descripta et figurata, crux simul descripta est, corporis erecto statui, et utriusque manus extensioni, conformata; necessario scilicet et consentanee corporis habitui ceu sequelam semet ostendens. Nec quisquam a vero aberrabit, dicens: quod Domini imaginem hoc modo charaxans, etiamsi nolit, typum crucis una charaxaverit. Quid ni igitur quaqueversus constet Christi hostium insania et impietas? Nam crucem ut venerandam se colere simulant; quod autem magis est venerabile, prorsus despuunt. Sed non quia crucem honorent, id agunt; quis enim id credat? siquidem hanc saepe deiecerunt, combusserunt, profanis pedibus atque illotis conculcaverunt: sed ne videantur cunctas funditus commovere ecclesiae religiones, divinum interim Christi typum (imaginem) opportune importune de medio tollere student;

quoniam gravis est ipsis etiam in imagine spectatus Christus. Veluti si quis naturalem foeditatem volens extenuare, ornamentorum lenocinio semet venustaret; ita hi crucis negotium, ut honestissimum praetextum, nobis obiiciunt.

36. Quid porro de crucis typo dicendum superest? Ipsa crucis prototypa, ut appellare licet, veneranda et a nobis fidelibus fideliter adoranda, pretiosa et vivifica ligna, dehonestant turpibusque contumeliis adficiunt. Namque haec a Christianis antiquitus aureis vel argenteis thecis reposita, quae phylacteria vocitantur, quaeque collo suspensa, et in pectus demissa gestamus Christiani (1), ob custodiam tutelamque vitae nostrae, salutemque animarum et corporum: hinc enim et nomen ipsis conficitur: et ob cupiditatum medelam, et impurorum incurrentium daemonum averruncationem, haec apud nos habere credentes; in quibus Christi quoque passio et miracula et vivifica resurrectio inserta sunt; haec inquam ligna innumera *Gr. p. 100.* apud Christianos comperiuntur. Quid vero impii de his iudicant? abominanda putant, quae sunt conservanda; fugienda, quae sunt potius adpetenda. Haec itaque pretiosa ligna igni admovent ceu materiem inutilem atque vilem; nulloque respectu dignam, fusione facta demonstrant. Adeo infatuati sunt et obtenebrati, ut quae ad custodiam tutelamque vitae suae deberent amplecti, haec abiiciant et destruant. Consimile quid facientes ei, qui murum tutissimum, et muniuentum firmissimum haberet; moxque suae custodiae salutisque incuriosus, id inconsiderate ac stultissime demoliens, pervium se adgressoribus suis exhiberet. Quid ergo hinc sequitur? Nempe quod dum sancta haec ligna simul cum thecis destruunt, par utriusque rei honor agnoscitur. Cur ergo, si sacra haec vitanda erant, venerandis lignis antiquitus Christiani adnexuerunt simulque elaborarunt? Aequum omnino semperque est, dici a nobis his crucis Christi hostibus, gravem ipsis esse Christum in imagine etiam spectatum, eiusque memoriam aeque molestam atque Iudaeis et ethnicis, quibus commode adnumerabuntur.

37. „ Atqui cum imaginibus Christi, aiunt, quaedam item alia de abomi-
„ nandorum ac vitandorum numero depinguntur, veluti in imagine resurrectio-
„ nis infernus conculcatus, et diabolus infirmatus ac pulsus, et siquid est huius-
„ modi; atque ita haec simul tacite adorantur. Quamobrem ne Christi quidem
„ imagines adorare licet. „ Capiuntur heic quoque retibus propriis stulti. Quod enim nobis improperant, idem et ipsi se opinari demonstrant. Confitentur enim inviti, imaginum honorem ad prototypa transire. Nam si propterea haec reiiciuntur, multo magis divina sunt honoranda, ut honor ad prototypum transgrediatur. Ex his facillime quisque coniiciet, eos suam adversus Christi crucem obliquam subiratamque mentem, quam hactenus multos celarunt, paulatim aperire, et iis quidem qui paulo sunt acutiores revelare. Nam si propositum suum servaverint, Deo dissimulante ac permittente, deinceps ut par consentaneumque huic opinioni est, ne Christum quidem crucifixum adoraturos se denuntiabunt, quoniam latrones quoque malefici ac scelesti homines una crucifixi sunt. Sed enim nos quidem Christiani sobrii

(1) De hac pia consuetudine legantur capitula T. I. lib. I. p. 78, et lib. II. p. 27, magni operis de cruce, auctore P. Gretsero S. I, quo sane ex opere immensam omni saeculo Christianorum tam orientalium quam occidentalium religionem erga hoc salutis nostrae symbolum cognoscere licet. Tot monumentis de cruce a Gretsero T. II. editis, alia ut auguror a me ex mss. codicibus proferenda deinceps sunt.

sumus, neque in beluas ut isti transformati. Quid enim adoremus, scimus. Nam sacra colimus utpote sancta, turpia autem illa, ut morticina et conculcanda spectamus et iudicamus. Non enim ut honorem his circumponerent, una pinxerunt religiosi artifices, sed ut miseram et immensam eorumdem cladem denotarent; quod et nos contemplantes, Dominum debellatorem collaudamus; proptereaque magis augustam illius imaginem veneramur, collatorum nobis ab eo insignium beneficiorum, communisque humano generi datae salutis memores; miramurque ipsius magnalia, Gr. p. 101. et clementem laudamus condescensionem. Dicet fortasse aliquis, ex re praesenti futuram quoque coniectans, deventuros eos tandem ad sacram evangeliorum scripturam accusandam, ceu quae daemonum nonnullorum aliorumque improborum faciat mentionem. Atqui non propter daemones, sed propter miracula patrantem Christum daemonesque expellentem, et morbos sanantem, sine dubio scriptura illa exarata fuit. Neque reapse evangelium una adorabitur: etenim nostra adoratio, etiamsi sensibiliter erga sensibilia fit, attamen hinc intellectuali vi ad harum rerum auctorem cultum deferimus, nec nisi symbolice haec fiunt. Quippe nostra adoratio et latria, in spiritu ac veritate, secundum Servatoris verba, principaliter vereque fit. Nos enim quid adoremus, scimus. Isti vero quod nos adoramus, nesciunt, quia magnum divinae oeconomiae mysterium ignorant.

38. Insuper aiunt. ῥ Ante Christi quidem passionem et resurrectionem Christum circumscribis; quid vero dices post resurrectionem? etenim res non eodem sunt statu; quippe incorruptibile deinceps Christi corpus est et immortalitatem adeptum. Quonam itaque tua circumscriptio evadet? vel quomodo circumscribetur, quod clausis ianuis ad discipulos introiit nullo obstaculo impeditum? ῥ Scilicet hi audaciam phantasiastarum sequentes, ne tactum quidem manibus a discipulo divinum latus blaterant; sed iussum id tantummodo a Servatore, non tamen in operam rem mandatam contulisse. Proptereaque neque visum in corpore, neque illud corpus ullatenus fuisse corpus. Adeo isti evangeliis discredunt! Atqui hoc primum audiet, qui de his ambigit; nempe cum dixeris " introiit ,, dubium solvisti. Prorsus enim introire et exire, vel hinc illuc transire, nonnisi circumscriptionis proprium est. Nam quod intra ianuas est, neque iam extra consistit, circumscriptum omnino est. Sic etiam in Servatoris resurrectione videre est, cum lapis sepulcro fuisset impositus, et sigilla apposita. Nam resuscitatum corpus, iam non erat pariter in sepulcro; unde id fuisse circumscriptum, necessario concluditur. Porro a mortuis resurgere, et clausis ianuis introire, et quidquid huiusmodi peractum fuit, haud lege corporis processit, neque nostrae materialis labilisque naturae. Quia et ante passionem, in fluctibus ambulare conspectus est Servator, manus tactu mortuos suscitare, et quaecumque alia per corpus suum mirabilia patravit. Neque ideo haec dicimus corporis propria, neque ipsum sine corpore. Erant quippe haec efficacis invictaeque virtutis officia, cui omnia cedunt; eaque miraculi rationem habebant, non autem proprietate insita corpori fiebant. Sed ubi incorruptibilitatis formositate corpus illud post resurrectionem exornatum evasit, et inviolabile, omnique corruptela et crassitie immune, cum copulata sibi hypostatice inseparabili natura, ex qua supernaturales dotes participabat; tunc superiora corporis conditioni agebat, atque, ut par erat, propria non simpliciter corporis, sed divini et incorruptibilis corporis.

Cernebatur igitur ita naturaliter comparatus Servator, non tamen sicut antea cum omnibus versabatur; sed huiusmodi visione dignis semet revelans, crucis indicia ostendebat. Atque hoc nobis adfirmat (quod libenter fideliterque admittimus) divinum latus Thomas contingens, elataque et clara voce exclamans: dominus meus et Deus meus! nec non sanctae mulieres purissimis pedibus pariter tactis: sed et illi demum itineris comites, et cor ardens experti, retentis nihilominus inter colloquendum ipsorum oculis ne agnoscerent; quod mox impedimentum in fractione panis sublatum fuit. Ipse autem cibo potuque utebatur, etiamsi iam incorruptibile corpus erat: quae quidem non indigentia aliqua, sed condescensionis ratione, et per oeconomiam faciebat, ut idem ipse crederetur, verumque ac minime phantasticum resurrectionis mysterium existimaretur. Quomodo autem vidissent divi discipuli de medio ipsorum sublatum, et in caelos sublimiter volantem, et paternae gloriae factum consessorem, rursusque pariter venturum, iuxta comitantium supramundanarum virtutum vocem, nisi corpus circumscriptum fuisset? Vel quid omnino magnus Stephanus, martyrum primus ac fortissimus, in medio certaminis sui stadio, haud multo post Servatoris in caelum reditum, quid inquam vidit, prout videre oportebat eum qui tanta plenus erat gratia, et quatenus supernaturaliter contingere poterat homini nato? Nonne in ea specie, quam antea apud nos prae se tulerat, in dextera paternae gloriae stantem spectavit? Secus enim qui dicere potuisset: video caelos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei? Haec a divorum quoque patrum manifeste docemur sententiis, quas postea recitabimus; etiamsi veritatis evangeliique conviciatores discredent, et Christum ipsum propemodum expellent, carnem et ossa discipulis ostentantem, propterea quod illi videbantur sibi spiritum cernere; et haec omnia extra corpus facta esse putabunt. Sed nos rerum harum veritatem praedicantes dicimus, Christum qua ratione condescensionis, humanationem peregit, eàdem pariter circumscribi, ut ex visu etiam veritas nobis innotesceret. *Gr. p. 102.*

39. Quomodo ergo alia quidem mutata sunt, nam mortale factum est immortale, corruptibile apparuit incorruptibile, passibile ad impassibilitatem transiit, circumscriptum vero (ut aiunt), non est factum incircumscriptum? Dicimus itaque, creatorem ab initio res humanae naturae simul condidisse et composuisse, veluti intellectualem vim, rationalem, sensualem, concupiscibilem, et quod praestantius dicitur liberum arbitrium, et si quid aliud est huiusmodi. Et homo de terra sumptus corporaliter formatus est, fuitque corpus necessario visibile omnino et tangibile et circumscriptum; nemoque sana mente instructus, dicet corpus esse incircumscriptum. Exteriora autem post creationem supervenerunt, et quasi adnata sunt, quae scilicet post violatum creatoris praeceptum invecta fuerunt. Quia enim condito primum homini, si modo ex creatoris sententia vixisset, vita erat adiudicata, ita tamen ut lege lata, liberum nihilominus esset eligendi arbitrium, nempe ut vel hac observata altissimam et angelis parem nancisceretur homo beatitudinem; vel ea neglecta, pessimam et infelicissimam sortem incurreret; quam postremam fraude serpentis cum elegisset, corruptelae ilico et naturali mortalitati factus est obnoxius, et reliqua innumerabilium cupiditatum colluvies in eum incubuit. Non enim una cum protoplasto corruptela et mors creata fuit; alioqui ligno vitae non eguisset, *Gr. p. 103.*

quod in medio paradiso vigebat. Igitur creaturae propriae Dominus, benignitatis abundantia, misericordia ineffabili, subditam morti naturam corruptela liberare volens, et in veterem felicitatem vindicare, corpus hoc suscipere non recusavit, quale et hominem damnatum habere constabat, nosque omnes qui eamdem damnationem participavimus, quod sine dubio mortale et corruptibile est. Iam quum sit corpus, certe circumscriptione non caret, quamdiu corpus erit. Deinde corporalem expertus est mortem, cui ceteroqui non erat obnoxius, sed debitum pro nobis solvit; ut factam in Adamo transgressionem, in se ipso sanaret; et naturae damnum reparans, lapsum hominem relevaret; quoniam ipse peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius: mortem destruxit, corruptelam abstulit, cum ipse sit naturaliter vereque vita, et immortalitatis scatebra, superior morti et corruptioni visus. Nam caro eius non vidit corruptionem quae videlicet absorpta fuit in victoriam, et a mundi victore debellata; caro autem a superiore atque omnipotente Verbi virtute conservata est, quamquam suapte natura corruptioni esset obnoxia (1). Deinde post triduum resurrexit; et omnes, qui ex peccato in naturam incubuerant reatus atque detrimenta, per se purgans abstersit, inchoatio veluti et arrha nostri factus plasmatis; splendidam ita atque omni criminatione liberam creaturam suam efficiens, eique gloriae suae decora largiens. Sic enim et baptizatus, nostram peregit purgationem, cum ipse supra omnem munditiem esset. Id autem olim quoque non defuisset, si creatus ab initio homo praeceptum creatoris observasset. Nam usque ad immortalitatem transitumque ad meliora, a creatore provectus fuisset.

* Rom. V. 12. Haec nos magistri nostri docent. Dixit enim aliquando divus apostolus *: propterea sicut per unum hominem peccatum in mundum introivit, et per peccatum mors, atque in omnes homines mors pertransiit. Haec antiquorum etiam nonnullorum sapientibus effatis continentur, in quibus scribitur: quod Deus mortem non fecerit, sed ad subsistendum cuncta creaverit. Et, quod salutares sint mundi origi-
* Sap. I. 13. 14. nes, neque eis mortis pharmacum insit *. Et, quod Deus hominem condiderit ad
* Sap. II. 24. incorruptibilitatem, invidia autem diaboli mors in mundum intraverit *. His consona patrum quoque religionis nostrae magistrorum voces praedicant. Quod ergo maiore confirmatione indigebat, id reapse ea potitum est. Non enim corpus oporte-
Gr. p. 104. bat fieri incorporeum, ut esset etiam incircumscriptum, quandoquidem non absque corpore homo creatus fuit: neque serius propter peccatum corpus ei accessit (2): alioqui neque homo extitisset neque transgressio. In quo enim demum peccatum patratum fuit, nisi in corporis adfectionibus, quae iam in ipsum propter inolitum peccatum introierant? Igitur renovatur in Christo natura et salvatur. Et quod corpus Deus adsumpsit, deificatur totum, in melius transmutatum, et ineffabilibus ornamentis coronatum; ac spiritale deinceps erat, atque omnem exsuperans materialem terrenamque crassitiem. Neque idcirco corpus esse desiit, sed corpus esse perseveravit, cuicuimodi demum id est, et certe circumscriptum. Non enim exterius provenit neque ex peccato circumscriptio, quomodo corruptela et aliae passiones subintrarunt, sed ea corporis est indigena, atque ut ita dicam haec est corporis

(1) Hoc dicitur adversus haeresim Incorrupticolarum.

(2) Animas ob priora peccata, in corpora immitti et quodammodo relegari, vana quorumdam philosophorum opinio fuit.

circumstantia, et ipsius terminus atque ratio. Nam si quis definiat corpus triplici qualitate constare, vel physicum, organicum, intima virtute vivens; vel figuratum et terminis comprehensum, quae omnia nostri corporis propria sunt, nihil aliud quam illud esse circumscriptum significabit.

Post resurrectionem igitur a mortuis, Christi corpus, quamquam deificato simile totum apparuit, nihilo tamen minus corpus remansit: non enim ad deitatis substantiam est transformatum. Nam quod Christus secundum carnem iam non agnoscitur *, haud nobis significat corporis cessationem aut depositionem, sunt enim hae Manichaeorum alucinationes, sed quod corporalibus necessitatibus sit exemptus, et ex carnalibus adfectionibus nostraque infirmitate excesserit, puta labore ex itinere, siti, fame, pavore, et si quid aliud est huiusmodi. " Non enim iam caro est, ,, neque tamen est incorporeus, sed eo, quem ipse scit, deificati corporis modo, ,, ut magnus praedicat Gregorius (1). ,, Deinde: " quod hoc corruptibile indui de- ,, beat incorruptibilitate, et mortale fieri immortale ,, magnus docet apostolus *. Sed corpus incorporalitatem sibi induere, vel creatum fieri increatum, vel circumscriptum ad incircumscriptionem transmutari, nondum ad hanc usque diem auditum est. Haec partim attributa, incorporeorum queque sunt propria, quia et angeli creatura Dei sunt, et quatenus initium habuere, tempore sunt circumscripti.

* II. Cor. V. 16.

* I. Cor. XV. 53.

Dicendum est ergo, prout Christianorum profitetur religio, sive catholicae et apostolicae ecclesiae tradit doctrina, Christum Deum nostrum post reditum in caelos, et suam ad dexteram Dei patris sessionem et collocationem, susceptam conservavisse haud imminutam naturam, nullamque ex integrarum numero partem abiecisse: idem enim corpus in eo conservatur, nec non anima qua animatur, rationalis et intellectualis, voluntativa et activa, qua vult et gerit rerum omnium providentiam et conservationem, ut divinitus ita etiam humanitus; advocatus est pro nobis apud patrem factus, nostramque administrans salutem, et utilium nobis rerum exhibitionem. Insuper memoriam retinet sanctissima illa et divina anima omnium quae Christus cum hominibus in terra versans pro nostra salute egit passusque est: cognoscitque se hypostatice divino Verbo unitam, videtque se coadorari cum eo tamquam Dei animam, et non simpliciter animam, ab omni rationali et intelligente creatura. Novit item se de terra in caelum conscendisse, rursusque cum patris maiestate venturam. Ergo in caelum abire, et vicissim redire, quod localem prorsus describit translationem, et ambulatorium exhibet motum, hac inquam circumscripti corporis operationes esse noscuntur. Sedere autem Christum ad dexteram Dei patris cum corpore, cum dicimus, haud cogitamus de dextera loci parte: neque enim incircumscriptus pater habebit umquam dexterae aut sinistrae speciem; sed gloriam honoremque fatemur, qua Verbum, utpote Dei filius ac Deus ante saecula, et patri consubstantialis, ita etiam cum carne honoratur et glorificatur, unamque et eamdem cum corpore ab omnibus recipit adorationem, quandoquidem una est hypostasis. Cinis itaque fiant Christi hostium linguae, et ipsorum corda exarescant! atque os loquens iniqua adversus veritatem cunctis palam expositam, oppiletur!

Gr. p. 105.

(1) Greg. nazianz. orat. XL. 45. Vide etiam orat. VII. 21.

40. Adhuc praedictis addunt. „ Scriptum est: non facies ullius rei simula-
„ crum sive eorum quae sunt in caelo desuper, sive quae in terra deorsum, sive
* Exod. XX. 4. „ eorum quae sunt in aquis sub terra *. Ideoque figurare Christum non licet. „
* Exod. XX. 3. His praecedunt ac subsequuntur alia effata. " Non erunt tibi dii alii praeter me *.
* Lev. XXVI. 1. ,, Et, non facies tibi idolum *. Et, non adorabis deos alios, neque ipsis cultum
* Exod. XXIII. 24. ,, deferes *. ,, Nescio, inquam, quomodo semel cohibuerint ut volentes nolentes
haec dissimularint, fortasse blasphemiae criminationem vitantes. Nihilo tamen minus paris sic etiam blasphemiae rei fiunt. Nam quia Dei timorem prae oculis habere desiverunt, reverentiamque et obsequium erga sanctam et immaculatam nostram fidem abiecerunt, non verentur caelestium, terrestrium, ac marinarum rerum simulacris, Christi comparative adnumerare simulacrum, nullam inter imaginem domini ac creatoris, et creaturarum ac famulorum differentiam statuentes. Sed enim ipsi prout voluerint rixentur. Nos autem tam impiis hostibus respondemus, nempe haec Iudaeis priscis fuisse imperata. (Sic enim et cum novis Iudaeis disserere expedit.) Et quidem aegyptiacam nuper impietatem, divino nutu nec sine inauditis prodigiis Israhelitae effugerant. Porro omnium gentium superstitionem superabat falsus cultus Aegyptiorum (1); quorum Hebraei innutriti moribus, prolixum illud servitutis tempus exegerunt.

Iamvero curae Deo erat migrantis populi libertas atque salus, propter factas patribus illorum promissiones. Quamobrem ratione Deo digna ab illa irreligiositate ac profanitate abducens, atque ad sui notitiam cultumque convertens, mandata illa
Gr. p. 106. edidit ut se solum agnoscerent omnium Deum ac dominum, congruentemque cultum praeberent, neque consuetudinum memores, ad deditam idolis regionem reverti vellent. At hi ob suam vesaniam mirabilium illorum ac maximorum quae viderant, paulo post quam illinc discesserant, prodigiorum negligentes, vitulum sibi in deserto conflaverunt. Vetabat itaque eis lex, ullius interdictae rei simulacrum facere, caelestium nimirum solis ac lunae et reliqui astrorum numeri; terrestrium

(1) Cantacuzenus ad Sap. cap. XV. 18. Οὐ γὰρ μόνον οἱ Αἰγύπτιοι πάντα τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἐλογίσαντα θεούς, ἀλλα καὶ τὰ ζῶα τὰ ἔχθιστα ἐσέβοντο· πῶς δὲ ἔχθιστα ταῦτά ἐστιν, αὐτὸς δείκνυσιν· ἀνοίᾳ γὰρ συγκρινόμενα, τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρονα· πᾶν γὰρ ἠλογημένον ζῶον, καὶ ἄνουν ἐστί· συγκρινόμενα δὲ τα παρὰ τῶν Αἰγυπτίων σεβόμενα, οὕτως εὐτελῆ τυγχανοντα, ἐνίκων κατὰ ἀγνωσίαν καὶ ἀναισθησίαν τὰ ἄλλα τῶν ζώων· μᾶλλον δὲ χείρονα εὑρίσκονται τῶν ἄλλων κατὰ ἄνοιαν συγκρινόμενα· καὶ οὐχ οὕτω μόνον χείρονα, ἀλλ' οὐδὲ ἄξιά ἐστιν ἐπιποθέσεως ὅσον ἐν ζώων ὄψει· πολλὰ γὰρ τῶν ζώων εἰ καὶ εὐτελῆ τυγχάνει, ἀλλ' οὖν ἡδύνουσι τὴν ὄψιν, εὔχροά τινα καὶ ποικίλα ὑπαρχοντα, καὶ καλὰ πρὸς τὸ θεαθῆναι· τὰ δὲ οὐ τοιαῦτα, δεισειδῆ τινα ὡς ἔοικεν ὄντα καὶ παντελῶς τὴν ὄψιν ἀλγύνοντα κ. τ. λ. Διὰ τοῦτο ταῦτα σεβόμενοι οἱ Αἰγυπτιοι, δι' ὁμοίων φησὶν ἐκολασθησαν ἀξίως, μυῶν καὶ βατράχων ἀνάπλεως γεγενημένη γῆ, καὶ διὰ πλήθους κνωδαλων καὶ εὐτελῶν φάναι ζώων ἐβασανίσθησαν. *Non enim Aegyptii ethnicorum idola loco deorum habebant, sed animalia detestabilia adorabant. Quomodo haec autem detestabilia essent, demonstrat ipse dicens: insensata enim comparata his, sunt ceteris deteriora. Namque omne insensatum animal mente simul caret. Porro quae Aegyptii colebant, adeo vilia erant, ut inscitia et stupiditate reliqua animalia superarent. Peiora certe ceteris comperiuntur, si illorum dementiam spectemus; neque peiora tantum, sed ne digna quidem ullo affectu, quatenus animalium figuram gerunt. Multa quippe animalia etsi per se vilia, visa tamen delectant colore suo ac varietate, pulcramque sui speciem exhibent. At in Aegypto cultae belvae, turpi genere sunt, et omnino spectatores contristant etc. Propterea, inquit, cultores harum Aegyptii, paribus monstris merito puniti fuere, muscisque et ranis terra scatuit, et a serpentium multitudine tetrorumque visu animalium grave supplicium pertulerunt.* Stultum hunc Aegyptiorum cultum modo salse irrident modo detestantur Iuvenalis, Theophilus, Lactantius, Hieronymus, Cyrillus, aliique passim auctores; quod merito ab iis fieri, papyrorum picturae demonstrant, quas ego cum specto (etenim his prope quisquiliis iam Europa ad nauseam abundat) nobilem illam et tot sonitibus celebratam Aegyptiorum sapientiam valde requiro.

autem iumentorum, ferarum, serpentium, volatilium, atque monstrorum, quotquot in aquis, mari, fluminibus, innatantia vivunt; quae omnia in barbarica regione degentes culta atque adorata sciebant. Namque eum qui vere est universalis Deus, ignorantes homines, fraude maligni daemonis decepti, creaturae pro creatore irreligiose serviebant: cuius criminis reos, multos quoque post annos obiurgabat eos Deus per propheticam vocem *: " ego sum dominus Deus tuus, dicens, caeli firma- * Is. XLV. 12.
„ tor, terrae fundator, cuius manus universum caeli exercitum creaverunt: neque
„ ego te docui ut alienos deos sequereris. Ego eduxi te de terra Aegypti, tu vero
„ Deum praeter me neminem agnosces *; nemoque, praeter me, est qui salvet. „ * Exod. XX 2.
His verbis revocat eis in memoriam mandata ipsis antiquitus imposita. Ergo vetat interim rerum apparentium et conspicuarum in caelo, terra, et aquis, facere simulacra; ne forte ignoratione rei melioris, vel repudiato creatore, cultum illis adhiberent.

Qui ergo sic praecipit: cave hoc nominatim facias; potentialiter quodammodo et per praeteritionem, " facies „ inquit, praedicitque quod in posterum fieri praecipietur. Etenim huiusmodi aliquid haec nobis verba innuunt. Nam qui dicit, talium nominatim rerum non facies simulacrum, aliarum aliquot facturam auspicatur; adprobatque illa quorum praecipiendorum nondum tempus advenerat, ita propemodum iubens, nempe rei nullius quam ego non mandavero, simulacrum facies; sed alieno abstinentes cultu, quem ego odi et aversor, iis quae ego aliquando praecipiam curam impendetis, quibus videlicet ego gaudeo et glorificor. Primo enim eos retrahens a prohibitis per legem, deinde tabernaculi aedificationem introducit. Haud secus, quam si quis alicui e servis suis officium aliquod imperare volens aut committere, quid monet? Nempe ne hodie hoc agat, neque aliquò abeat, puta ad agrum non exeat, neque in foro consistat. Vult enim servum illum vacuum paratumque esse ad ea quae postea praecipienda sunt: quoniam futurum est, ut crastina die in hanc urbem vel in hanc regionem eum mittat. Huiusmodi aliquid suggerit nobis praesens quoque sermo ut cogitemus; nempe sine iussu meo nihil facies, ut quae demum ego praecipiam, agas et observes. Mandat post haec reapse hierophantae Deus tabernaculi aedificationem, et quaecumque ad eam adtinent. Parapetasmatum nempe facturam, quae cherubinos opere phrygio intextos habebant. *Gr. p.* 107.
" Iam et areae superponendum, quid facies, inquit? cherubinos scilicet aureos
„ tornatiles *. „ Et ne imaginis quidem nomine appellat cherubinos, sed simpliciter cherubinos, eodem prorsus vocabulo quo augustae illae ac supramundanae substantiae denotantur. Quid autem gloriosius aut venerabilius cherubinis est, unde divina apparitio fiebat? Certe illi adeo gloriosi erant et dicebantur, cum aliis in tabernaculo positis, ut non a Moyse tantummodo et illorum temporum Iudaeis in honore habiti sint, verum etiam ab ipso Paulo evangelicae gratiae praecone *. Etenim religiose nominat cherubinos gloriae altare obumbrantes; de quibus nos alio loco latius locuti sumus (1). Praeter hactenus dicta, alibi quoque in sacra vetere lege, pari scopo modoque tradita alia, hi qui curiosius scrutari volent, comperient; nempe ubi idolorum et exitioso daemoni donariorum, Israhelitis factura interdicitur, quia haec vitanda erant et abominanda. Secus autem quicquid oblationum Deo foret

* Exod XXV. 18.
* Hebr. IX. 5.

(1) In apologetico maiore cap. 70. et seq.

* Lev. XXVI. 1. offerendum, id omne imperatur. Sic enim in levitico scriptum est *: " non facietis ,, vobis manufacta, neque sculptilia, neque titulum erigetis, neque lapideam spe- ,, culam statuetis in regione vestra, ut ea adoretis. Ego enim sum dominus Deus ,, vester. ,, Haec autem, quin sint conformia verbis illis, non facies ullum simulacrum rerum tibi vetitarum, quae in recitatis retro legibus dicta sunt, quibus deterrebatur institutus noviter ad pietatem populus, quis ita hebes est ut dubitare queat?

* Deut XXVII. 2. In deuteronomio autem, de rebus Deo consecrandis haec mandantur *. " Qua ,, die trans Iordanem in regionem veneritis, quam dominus Deus tibi concedit, ,, statues ibi duos lapides grandes, eosque dealbabis, scribesque super his lapidi- ,, bus verba omnia legis huius. ,, Deinde paulo post. " Et aedificabitis ibi altare ,, lapidibus. Non tanges eos ferro, lapidibus integris aedificabis altare domino Deo ,, tuo, elevabisque illuc holocausta domino Deo tuo, et ad altare domini Dei tui ,, sacrificabis. ,, Et adhuc postea: " inscribesque lapidibus istis universam hanc le- ,, gem patentissime. ,, Haec perinde esse, atque illud facies tabernaculum et tabernaculi supellectilem, neminem sobrium contradicturum arbitror. Alibi quoque

* Exod. XXIII. 32. Deut. VII. 2. de rebus ethnicorum religiosis, ita rursus constitutum fuit *: " cave ne unquam ,, foedus ineas cum eius regionis incolis, ad quam tu ingredieris, ne scandalum ,, tibi fiant. Aras eorum evertetis, cippos eorum conteretis, lucos eorum succide- ,, tis, et deorum indigenarum sculptilia igne comburetis. Non enim Deo alieno ser- ,, vietis. ,, Atqui post haec iussa, nihilominus Iosue Navi filius pares numero tri-

Gr. p. 108. buum Israhelis lapides, post Iordanis transmissionem, Dei nutu tolli a singulis tri-

* Ios. IV. 5. bubus imperavit, haud ignobiles neque contemnendos, sed insignes futuros atque conspicuos *; ut sint vobis, inquit, loco signi positi, nunciique sint posteris aetatibus, prodigiorum hoc loco divinitus vestri causa editorum magnitudinem notificantes, eorumque memoriam per saecula conservantes. Sed et ipsi Moysi lapideas

* Exod XXXIV. 1. tabulas polire, legem Domini recepturas, mandatum fuit *: quae quantopere fuerint honorabiles, quantaque gloria exornatae, quid opus est dicere? Quò etiam Dominus descendisse dicitur, utcumque dèmum intelligenda est Domini descensio. Unde etiam Moysis illustrabatur facies, adeo ut ne adibilis quidem iam spectantibus fieret. Nempe ibi excudi opus erat quae in prioribus tabulis scripta fuerant, qualiter eae extiterant quas in monte digitus Dei scripserat; quarum excipiendarum quum peccatorem populum indignum iudicasset legislator, manibus abiectas iam contriverat. Insuper et altare ex gleba ac lapidibus minime elaboratis Deo excitari manda-

* Exod. XX. 25. tum fuit *, in quo offerri holocausta lex iubebat. Quid porro magnus Isaias elata

* Is. XIX. 19. voce, Spiritu instinctus, clamabat *? " die illa erit altare Domino in regione Ae- ,, gyptiorum, et titulus iuxta terminum eius (1) Domino. ,,

Sed huc provectos considerare nos oportet, quid haec nobis significent. Dicimus ergo, eius rei causam fuisse, quod prae omnibus falsi cultus adseclis Aegyptii potissimum a vera religione aberrabant, et impurorum daemonum famuli erant, verum suapte natura Deum ignorantes. Etenim hominum formas, et quidem etiam irrationalium bestiarum varias proponebant figuras, easque instar deorum stulti ado-

1) Hoc explicat Cyrillus in comm. ad Is. opp. T. II. p. 281, nempe quod Aegypti conversio ad verum Deum coeperit circa urbem Rhinocoluram, quae erat in eius regni finibus, id est Palaestinae conterminà.

rabant (1). Puris autem intellectus sui oculis divus propheta praevidens, quaenam illis, apparente in terra universali nostro servatore Christo, conferenda essent, ait fore ut divina efflorescente evangelii praedicatione, Dei notitiae oboriatur ipsis lumen. Et illa quidem polluta omnia purgentur ac destruantur, succedat autem divinorum altarium erectio, et sacra delubra, in quibus vivificae crucis typus, et immaculati corporis Christi divinus character, splendide collocabuntur, a quibus praedicta loca ornamentum accipient atque coronam. Re autem vera haec feliciter vaticinia exitum habuerunt. Sicut ergo ligno lignum, delubro delubrum, sacrificiis sacrificia, impuris quibusve atque abominandis sacra nostra successerunt; ita pro vanis illis impurisque cippis, ut propius atque naturalius propheticis quadrarent oraculis, sanctissima Servatoris monumenta, id est venerandae ipsius imagines una cum aliis sacris rebus, per Aegyptum totam nec non universum orbem, abundant multiplicatae et honoribus adfectae. Sic nempe qui ad inspiratum prophetam commentantur sancti viri, praedicta verba intellexerunt (2).

Hinc ad antiquiora tempora oratio nostra vertatur, ut observemus quid patriarcha Iacobus cum Charras proficisceretur egerit, qui sole occidente ad somnum *Gr. p.* [illegible]
conversus, ex praesente loco lapidem sumens, cervical sibi fecit, ibique somniorum visionem expertus est. Ac deinde somno expergitus, Dominum eo loco habitare, se inscio, dixit; eumque terribilem et Dei domum appellavit, et caeli portam esse imaginatus est. Tum lapideum cippum erigens, oleum eius vertici infudit. Num ergo haec recusat Deus, ut his nefandis videtur? Nequaquam, immo et perlibenter admittit; quod ex oraculo posthinc Iacobo edito constat *: " vidi enim, inquit, * Gen XXXI 12.
" quanta Laban tibi fecerit. Ego sum dominus Deus tuus, qui tibi sum visus in " loco Dei, ubi tu mihi lapidem unxisti, et mihi votum vovisti. " Ad haec quid magnus noster sacerdos ait Gregorius (3)? " Iacobus scalam quamdam phantasia " vidit, atque angelorum ascensum, et lapidem unxit mystice; fortasse ut lapidem " nostri causa unctum (4) denotaret; et Dei visionem appellavit eum locum, in " eius qui apparuerat honorem. " Et alia quae ibi Gregorius encomia prosequitur. Haec cuinam non perspicuum faciunt, eamdem lapidum materiam, pro oraculorum diversitate, modo Deo gratam et honorabilem esse, modo contrariis adhibitam, vitandam esse et detestabilem?

Quales vero quantasque Salomonis sapientia et opulentia fecerit, quas famosum illud continebat templum, incorporeorum figuras, volentibus studiose scrutari permittimus, quoniam et alibi nos de his subtilius tractavimus (5). Insuper et quaecumque divo Ezechieli * visa sunt et revelata, ac divino oraculo manifestata. Etenim * Ezech. XLI. 18.
circa parietes delineati ostensique templi, nec non circa vestibula, cherubini erant sculpti et palmae, quae res secundum veraces illas visiones figuratae erant coramque depictae: inter quas etiam sancta sanctorum, plenumque gloria Domini aedificium videbat; unde et pronus ibi humi procubuit; audivitque contra exaspe-

(1) Recole dicta nuper p. 114. adn. 1.

(2) Eusebius caesariensis ad hunc Isaiae locum. Item copiose Cyrillus ad Is. opp. T. II. p. 294.

(3) Scilicet in oratione XXVIII. 18.

(4) Nempe ἀλειφέντα, ut ait Gregorius, quod vocabulum tamen mendose deest in vaticano Nicephori codice p. 265. b.

(5) In apologetico maiore cap. 69.

rantem domum Israhelis, graviter inclamari, ut a suis iniquitatibus sine mora desinerent, et omni actu quo Domini legem violantes, sacra eius profanabant; sicuti nunc etiam videmus ab his impie fieri qui acerbius adhuc peccant, et sanctis illis sanctiora laedunt. Atque ex his omnibus concluditur, neque omnia quae de his legalibus scripta feruntur, reiicienda esse absolute, neque omnia vicissim admittenda. Nam neque omnia profana sunt et despicabilia, neque omnia rursus sancta et venerabilia: sed quae sint, et quam ob causam, manifestius docebit oraculum Gedeoni

* Iud. VI. 25. superne editum, iudici Israhelis electo *. Mandatum quippe illi fuit ut patrium Baalis altare eiusque lucum destrueret, aliudque aedificaret Deo, et sacrificia illuc extolleret vitulorum, succisi luci lignis ûtendo. Eodem modo nos quoque, diviniore ac religiosiore lege recepta, siquem alienum a nostra sententia deprehenderimus religiosum ritum, hunc velut iudaicum aut barbaricum, ceu abominandum detestandumque, omni prorsus sedulitate utentes, destruere, ceu alienum, necesse est.

Gr. p. 110. Quae vero ad Dei gloriae favent, et salutaris oeconomiae indicium faciunt, quia nobis prosunt, haec honore cultuque digna iudicamus, secus ac hi faciunt impuri qui sancta impie despuunt et contumeliis adficiunt: qui quidem omnia confundentes permiscentesque, mundum ab immundo, sanctum a profano discriminare nolunt.

* Sap. I. 4. " Namque in malitiosam animam non introibit Dei sapientia *. „ Necesse quippe est, ut vel hi, propter illud negativum " non facies simulacrum „ cuncta Deo cara et propria reiiciant; vel propter adfirmativum " facies „ consueta omnia atheis et infidelibus adorent et amplectantur; sine ulla videlicet opinionum iudiciique sanitate. Vel denique, quod ipsis et proprium et iucundum est, totam veterem novamque legem, suis magistris obsequentes, deleant.

41. ꝯ Age, sint ista, aiunt; ubinam vero tibi lege constitutum fuit, ut Dei ꝯ simulacrum faceres? ꝯ Improbo huic stolidoque quaesito ita occurrimus; primo quidem, videri vos hanc quaestionem, ob velandam incredulitatem impietatemque vestram commovere; neque ut aliquid frugi de Deo loqui existimemini, sed ut divinam Servatoris oeconomiam calumniemini; nullam enim heic vos incarnationis rationem habetis. Deinde absurditas vestra et dementia omnimoda ex his coarguitur. Frustra enim Christianis conviciamini, et rei, quam nec ipsi cogitarunt, nec vos umquam audistis, aspernanter titulum imponitis, quasi simplicem Deum, carne nudatum, figurare se dicant. Quis enim rationalis naturae particeps non manifeste profitetur, Dei facere imaginem, quâ Deus est, vere esse impossibile vanique negotium moliminis? quoniam neque visibilis est divinitas neque comprehensibilis; Deum

* Ioh. IV. 12. enim nemo vidit umquam *. Nam Moyses ipse, qui divinarum legum minister fuit, quamquam divinae praesentiae ardente desiderio correptus, gloriam Dei tantummodo vidit quae ei ostensa fuit cum gloriosus Deus praeteriit, et quidem ipso intra petram incluso, qui nonnisi posteriora Dei vidit, sic fortasse futurae in carne apparitionis figuras edoctus. Quid enim ait Dei oraculum? " non videbit faciem meam

* Exod. XXXIII. 20. „ homo, et vivet *. „ Nonne et priscos aliquot, sicuti legimus, qui omnipotentis Dei incommunicabile nomen cultis a se statuis inscripserant, quibus et cultum soli

* Is. XLVI. 5. Deo debitum exhibebant, per Isaiae magni vocem obiurgat Deus * " cuinam assi„ milastis Deum, dicens; et cuinam simulacro similem effecistis? Num imaginem „ eius faciet artifex, aut faber aurarius fuso auro illum inaurabit? „ Et iustissime

quidem minatur illicita audentibus. Non enim licet existimare quicquam esse in creatis, cui Deus sive natura sive gloria sive viribus sive re alia quavis assimilari queat. " Nam gloriam meam, inquit, alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilibus *. „ Quibus enim similis esse queat is qui omnibus est invisibilis, supraque omnem mentem et comprehensionem? Quibusnam simulacris manufactis, humano ingenio artificioque elaboratis comparabitur? * Is. XLII. 8. Gr. p. 111.

Christianos itaque haec scientes, et in divinis rebus bene eruditos, sanamque notionem arcanae ineffabilisque naturae habentes, nemo nisi furiosus existimare poterit divinae naturae imaginem velle figurare. Vobis igitur incredulitatis novique iudaismi defensoribus, verba " Deum quidem nemo vidit unquam „ semper in ore promptuque sunt. Verba tamen " vidimus Dominum; et cum illo manducavimus ac bibimus * „ et quaecumque alia summae condescensionis propria nobis sunt praedicata, cum vobis recitantur, audire eisque credere nullo modo patimini, sed uti peregrinam absonamque vocem repellitis. Sed si licet interrogare, responsum quaeso reddite. Ubinam vobis constitutum fuit, sive a legalibus praeceptis, sive a doctrina evangelica, vel apostolico magisterio, incircumscriptum confiteri Christum, quatenus apparuit apud nos homo? neque porro facere imaginem eius neque venerari, sicuti nunc dogmatizatis? Profecto id adfirmare non poteritis, neque ullo argumento demonstrare; ita ut quae vos premit argumentorum penuria, in victoriae nostrae abundantiam cedat. Etiamsi ergo vobis non constaret catholicae et apostolicae ecclesiae antiquitus et ab initio constans traditio, quod est omnium validissimum argumentum atque tutissimum, nec non apostolicae et patrum voces, quae retinere traditiones iubent, sive scriptas sive secus, quia par in utroque genere traditionum vis spectatur; attamen de duobus ambiguis illud omnino praevalere deberet quod religiosius est, et fidei atque amori erga Christum propinquius, quodque optimus zelus, fervensque affectus inspirat. Quod si utrimque praestantior meliorque ratio pro Christi ecclesia stat, nos utique longo intervallo victoriam referemus. Quoniam itaque impossibile est supraque vires, Deum mente comprehendere: certe figurare, supra omnem artem est, atque adeo impossibilius, quia Dei naturam assimilare, praeter naturam est, cum species formaque nulla subsit. Etenim ad quodnam exemplar spectans artifex imaginem faceret? Nunc vero quia Deum proprie vereque corporatum novimus, prostat pie volentibus ad faciendam imaginem ea species, ad quam Deus, servi forma adsumpta, semet figuravit. Nam si quod est invisibile et vere sine forma, utpote incomprehensibile, nulli rei est simile, pingique nequit; necessario quidquid est conformatum et visibile, utpote comprehensibile, fateri oportet delineari posse et assimilari; quod ut figuremus, non est nobis opus mandato. Non enim est hoc in more fidelium, ut nihil nisi imperatum faciant. Solent potius nonnulla sponte ipsi conferre, quae nimirum maxime decent ferventiores et studiosiores divini amoris atque pietatis. Secus enim quomodo ipsorum fidelitas appareret? * Act. X. 41.

42. Quod si quis etiam legem demonstrari sibi postulet; certe opere efficere, validius ad fidem faciendam est, quam verbis praecipere. Iamvero iis, qui pie ad res divinas incumbunt, id quod dicturi sumus non erit incredibile. Narratur enim Abgarum Edessenorum regem, edita a Christo prodigia admiratum, multo amore Gr. p. 112.

impulsum, ut saltem in imagine eum spectaret, pictorem misisse qui vultum illum divinum pingeret, atque ad se citissime adferret. Cumque pictor scopo suo non esset potitus, propter eximiam vultus venustatem atque splendorem, aiunt Christum faciei suae linteo applicito, imaginem propriam deprompsisse, remque optatam ad amatorem regem transmisisse (1).

43. Narratur insuper, universali nostro servatore Christo Bethleemi nato, illum qui gentis persicae tunc sceptra tenebat, egregium illuc amandasse pictorem, qui nati pueri ac matris imaginem describeret, atque ad se adduceret. Agnoscant hoc corda incredula! Ne Persas quidem sibi persuadebunt tantum iter suscepisse, dona nato regi prout par erat laturos, stella ducente; quodque revera formidolosum erat, et in manifestum coniiciebat discrimen, regem palam praedicare natum in terra sibi peregrina. Quod si non omnia in evangelica historia sunt scripta, non idcirco omnia sunt incredibilia. Nam neque alia prodigia, quae Iesus edidit, sunt neganda, quum tot fuerint, ut ne mundus quidem ea caperet, quamquam non sunt
* Ioh. XXI. 25. scripta, ut magnus ait evangelista Iohannes *. De invisibili ergo et supersubstantiali et incomprehensibili natura, et cuius imaginem facere impossibile est, dicitur
* Ioh. V. 37. " neque vocem eius audistis, neque speciem eius vidistis *; et, Deum nemo vidit
* Ioh. IV. 12. ,, umquam, neque ullus hominum scivit aut scire potest * ,, quia nempe deitas ita se habet, ut neque audiatur, sed omni conspectu ac sono eximatur; neque item
* Is. IV. 28. esuriet umquam neque sitiet: " nec est investigatio sapientiae eius *. ,, De Verbi autem in carne apparitione: " nisi venissem, et eos allocutus essem, peccatum non
* Ioh. XV. 22. 24. ,, haberent. Et, viderunt, et oderunt me, simulque illum qui misit me *. ,, Quid autem divi discipuli aiunt? " quod fuit ab initio, quod vidimus, et manus nostrae
* I. Ioh. I. 1. ,, contrectaverunt, de Verbo vitae *. Et, vidimus Dominum, qui una manducavi-
* Act. X. 41. ,, mus et bibimus * ,, quod post illius a mortuis resurrectionem contigit. Sed et laboravit, ex lege corporis, et esuriit, et sitivit. Et, misit Deus filium suum fa-
* Gal. IV. 4. ctum ex muliere *. Et Deus apparuit in carne, et passus est in ea adsumpta, resurrexitque veterascentem peccato naturam renovans.

44. Sic ergo et nos eumdem nobis assimilatum per omnia absque peccato, iuxta vivificam et sanctissimam eius speciem, assimilamus et figuramus adoramusque fideliter ac veluti Deum decet, ut magna voce clamat Dei ecclesiae tradita ab antiquo divinitus consuetudo. Quid ni igitur adorandae sunt et honorandae huiusmodi assimilationes? Temporis causa, dicunt; quia haud antiquitus huiusmodi ve-
Gr. p. 113. neratio tradita est. Atqui si temporis causa haud venerandas imagines dicitis, nos contra propter hoc maxime venerandas contendimus. Namque has ab initio fieri videntes Manichaei atque Ariani (2), qui fuerunt horum neotericorum antesignani, easdem abolere studebant, adorantesque id est religiosos homines vituperabant, et horum damnationi subscribebant. Testes libri sunt, quos prae manibus horum sacerdotes habent. Quod si neque suis ipsis magistris, neque nostris veritatis praedicatoribus cedunt, neque quae propriis oculis vident, admittunt, quibusnam dein-

(1) De Christi imagine ab Abgarum missa diximus ad antirrh. I. 36. p. 36-37. in adn. Legatur insuper Baronius ad Ch. an. XXXI. n. 61.

(2) Ad Arianos quod adtinet, instar omnium est Eusebii sententia a Nicephoro in hoc opere non semel memorata. De Manichaeis, nil mirum; nam sectae quo peiores sunt, eo vehementius ab omni pia verae ecclesiae consuetudine abhorrent.

ceps adnumerandi sint, patet. Sed etiamsi his auditis ora sua occludunt hi profani, attamen impudentem sententiam non omittunt; sed alia magis adhuc irrationabilia et insana his superaddunt.

45. Nam cum aliquis orthodoxus eos alloquens dicit, aequum esse ut divina symbola honorentur, quandoquidem in sacris aedibus collocata, sacra fiunt; pariterque illa quae in divina mensa vel alibi forte proposita sunt, vel in linteis vel in aliis materiis picta, ceu sancta et coadoranda, a Christianis iam inde ab initio confecta fuerunt; quid aiunt hi, qui sanctum a polluto distinguere nolunt? „ Ferarum ac iumentorum et avium et aliorum animalium imagines in his picturis „ spectamus; et sacra quidem, quatenus sacra colimus, sed non illa propter haec. „ Ita et cum Christi imaginem videmus, rem sacram non imaginem veneramur; „ ideoque ne extra haec quidem veneranda est imago. „ Sed licet dicere non eamdem in omnibus cerni rationem. Nam ceterorum animalium formae haud principaliter altari adhibitae sint, neque ideo ut adorentur, sed ornatus causa et decoramenti linteorum quibus intextae sunt. Dein sic accidit religiosa impellente vi, et piorum erga divinas aedes studio, ut haec tamquam sacrum donarium oblata sint. Attamen cum aliquis rem sacram colit, haud de iumento vel de fera cogitans id agit; scit enim nihil inde emolumenti fore; sed rei sacrae honorandae intentus, nihil praeter visionem formis illis ferinis impertit. Sed enim sacrorum simulacrorum ratio non ita se habet. Cur? quia cum per se sancta sint, et memoriam archetyporum sanctorum refricent, ceu sacra una cum sacris adorantur; neque cum ipsis tantummodo, verum etiam extra sanctas aedes in honore erunt. Tu vero asini et canis et suis in templo adorans imagines, non stomacharis; Christi autem imaginem una cum templo comburere gestis? neque hanc audaciam perhorrescis, qua demonstras te nomen tibi christiani frustra imponere? Quid ergo dicent hi mente capti, et intellectuali facultate orbati, de sacris caelaturis in cancellis, et iis quae vocantur soleae (1), et in columnis ac foribus ipsis, et denique ante divinum altare positis? Num haec ornatûs et pompae causa Christiani fabricaverunt, an potius propria propriis aptantes? gnari scilicet loca haec esse adorationis, ideoque ut adorarentur haec ibi configurarunt?

46. Pol rectissime propheticus sermo horum delirium atque insaniam iamdiu vituperavit *. " Dedit eis Deus oculos ad non videndum, et aures ad non audien- „ dum; ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Et, incrassata est „ illorum mens, obscurati sunt et infatuati in cogitationibus suis *. „ Disquirentes disquirunt ea, quorum neque quaestio neque ambiguitas apud Christianos umquam fuit. Quum adeo sit perspicua et universo orbe pervulgata veritas, stulti hi propriis oculis ipsique evidentiae repugnant, demonstrationesque rerum ipsis conspicuarum et ob oculos positarum quaerunt. Idem agentes ac si quis solem videns eois recenter finibus exorientem, et solarium radiorum quaqueversus iactus spargentem, dubitaret adhuc num dies adesset. Aut mare quispiam navigans, vel flumen tranans, demonstrari sibi transmissionem suam postularet, dubitaretque num aqua in mari ac flumine esset. Et cum ne homines quidem prorsus lucis expertes de his

Gr. p. 114.

* Rom. XI. 8. Matth. XIII. 14.

* Rom. I. 21.

(1) De solea veteris ecclesiae extat eruditum Leonis Allatii opusculum.

ambigant, neque crapula obruti et abrepti hanc insaniam patiantur, qui tamen saepe res stantes et immobiles, circumagi putant; hi vino incredulitatis ebrii, animamque gravati, materialibus veluti devincti cupiditatibus mundanoque et fallaci gloriolae fuco et carnalibus voluptatibus captivati, pessima quaeque et calamitosa experiuntur.

47. Si pauca adhuc ad huius sermonis disquisitionem addemus, satis utique cognoscemus an his convenienter Christianorum appellatio attribuatur. Quippe omnes scimus, quod sicuti Christi imago per derivationem, tum Christi speciem tenet, tum et ipsam appellationem gerit: sic etiam christianus, tamquam ex prototypo Christi nomine, et appellationem sortitur et mores, qui eum distinguere seu definire, per imitationem vitaeque genus, quatenus fieri potest, debent. Ex uno itaque ceu principio ac radice, Christo scilicet, procedentes, communionem relationemque mutuam conservant: et quamquam substantia modoque existendi differre inter se noscuntur, nihilominus eodem nomine utuntur, et communis in utraque re praedicatur Christi denominatio. Si ergo talis communio, idemque nexus ab his retinetur erga homogeneum, atque ad homonymum par honor redundat, sane his attribuatur christiani nomen. Sin his prorsus contraria faciunt, atque omni dedecore et ignominia obruunt Christo aeque ac sibi commune nomen et mutuam relationem, cur hi Christianorum appellationem participabunt?

48. Quod autem huius rei causa archetypi quoque destructio ab ipsis fiat, ratiocinii sequela et rerum quae cernuntur intentio faciunt intelligere. Distrahit enim
Gr. p. 115. illorum coniunctionem, nominisque communionem, homogenei et homonymi abnegatio et abiectio. Simile quid patiuntur, ac si de duobus pueris disquireretur, utrum ex eodem essent patre * progeniti; quorum ille qui incolumia retineret paterna liniamenta, et indelebilem gereret cum gignente similitudinem, merito sane reputaretur germanissimus: alter vero nihil horum retinens, probabiliter nothus iudicaretur et extraneus. Nothi ergo et hi Christiani iure credentur, et Christi hereditate atque ovili expulsi. Frustra enim sibi adrogant nullo modo ad ipsos pertinens nomen: sed ad oeconomiae Christi destructionem, vel potius ad suarum animarum exitium, speciosum incircumscripti obiiciunt vocabulum.

* gr. πατρὸς τετυχήκασιν.

49. Quid ergo dicent de aliis sacris figurationibus, nempe et ipsius sanctissimae virginis Dei matris, et ceterorum sanctorum, qui omni aevo Deo placuerunt? Num etiam heic incircumscriptio ipsorum obstabit? vel ex deitate et humanitate constantes ipsos definient? Non licet heic profecto dicere deitatem una circumscribi, vel carnem distrahi, et unicam dividi personam; et coniuncta, pingendo aut circumscribendo dissolvi. Ad alias igitur adinventiones et prodigiosas ludificationes commiscendas loquaces hi peccatores convertentur. Nihil enim his magis gratum est et in more positum, quam ut ad absurdos cogitatus impiosque declinent; et quidquid improbabile est ac Deo invisum, sectentur.

50. Quaenam autem est istorum hac in re opinio? Quia nullatenus quod utile est cognoscere valent, neque ullam rationem excogitare, quae suae improbitati ac maleficio patrocinetur, ad arbitrium suum atque ad propriae vesaniae ingenium confugiunt, dicuntque: ꞔ quoniam Christi cultus exsufflatus est et excidit, consentaneum est, venerationem quoque sanctorum simul desinere, neque iam deinceps mentione dignam putari. ꞔ Atqui nunc tempus est dicendi: si pa-

tremfamilias Beelzebul vocaverunt, quanto magis domesticos eius (1)? Haec enim hodierni Iudaei, linguas suas a priscis mutuantes dicunt. Nam si res Christi ita tractaverunt, quid malitiae adversus sanctos eius non expromerent? Vere hoc dignum est illorum iniquitate, et in sanctos audacia ac protervitate: simul tamen est caritatis summae sanctorum erga Christum indicium opportunissimum, qua scilicet ei sunt devincti, numquam divisi. Etenim dum in hac vita degerent, testes passionum Christi, sociique vivificae eius necis fuerunt, peccato usque ad mortem resistentes. Et nunc etiam terrenis rebus exempti, participes visi sunt concitatae nuper adversus Christum persecutionis et contumeliae. Ecce enim et tunc corporibus suis, pro eo qui in corpore passus est, decertarunt fortiterque se gesserunt; et nunc rursus paria pari de causa patiuntur (2). Namque imagines parem ac archetypa ignominiam perferunt, rursusque compatiuntur, ut denuo conglorificentur; atque iterum honorantur ignominiae communione. Atque ut martyrum memoria exhilarati nos philomartyres gloriemur, aliquantulum in hoc sermone demorari libet: veluti homines spectandi et audiendi studiosi, cum iucundis gratissimisque oblectantur spectaculis aut musicis sonis, haud ab iis facile discesserint, etiamsi interdum necessaria negotia omittenda sint. Solent enim ea quae visui audituique pabulum praebent, amatorum sensus adtrahere, aegreque separabilem usum sui efficere. *Gr. p. 113.*

51. Hi ergo sancti Christi facti imitatores, et erga Christum caritate penitus vulnerati, et vestigia eius quatenus homini possibile est, persequi gestientes, fide nixi, et firmam spem retinentes, ac futura tamquam praesentia captantes, terrena omnia ceu caduca et corruptibilia contempserunt; divitiarum quoque et ipsorum corporum negligentes fuerunt, quia res caelestes ac sublimiores adpetebant, conversationem in caelis agendam optantes. Ideo cuncta ceu stercora prae creatoris amore, iuxta martyrum summatem, arbitrabantur *. Sic sibi crucem tollentes, et armaturam fidei capientes, et fidei lorica muniti, scutumque fidei arripientes, galeam quoque salutarem sibi circumponentes, tamquam ex alto vires suscipientes, Christi passionem aemulantes, fortiter decertantes, invicti milites magni regis semet ostenderunt et athletae generosissimi. Sic adversus errorem trophaea erexerunt, omnemque machinam inimici expugnarunt, cunctas eius vires dissolverunt, omnia tela eiusdem ignea extinxerunt, et dominatum valide destruxerunt: cunctas ministrorum diaboli molitiones ac minas despuerunt, quamlibet ipsorum saevitiam atque fraudem aspernati sunt, fortiter viriliterque admodum illorum artificiis obstiterunt. Vere firmam et indeclinatam erga Deum voluntatem gerebant, et inflictos cruciatus velut in alienis corporibus perferentes, ac naturae quodammodo obliti, labores tolerabant; pietatis stadium contra polytheismi errorem decurrentes, in ignem veluti rorem insilientes, horrendissimarum ferarum dentes et rabiem haud metuentes, ferri aciem, et ungularum acumina, carnium concisiones aut lacerationes, animis haud concidebant, supplicii instrumentis sponte ut deliciis occurrebant, cun- * Philip. III. 8.

(1) Incipit hinc apud Nicephorum laudatio martyrum, quae utiliter conferetur cum illa Constantini diaconi a nobis edita in Spicil. rom. T. X, quamque prae oculis habuisse videtur Nicephorus, praesertim quia in nicaena synodo, cui Nicephorus quoque interfuit, sermo ille Constantini citatus fuerat.

(2) Parem sententiam de martyrum reliquiis, quas Saraceni Thessalonicae violaverant, scribit Nicetas patriarcha in sermone suo apud nos Spicil. T. X. praef. p. 27.

cta sustinentes, omnia tolerantes, unum spectantes, atque ad bravium supernae vocationis festinantes, haud condignas passiones huius temporis ad futuram quae revelabitur gloriam existimantes. Sed his omnibus resistentes, et morte superata, pro fide pugnantes, tyrannorum minis superiores visi sunt; quia nomine Domini roborabantur, quod coram gentibus regibusque portabant.

Gr. p. 117. Ita cruciatus fortiter tolerantes, maiores vires sumebant; ita persecutionibus ac periculis corroborabantur. Hinc tentationibus ac tribulationibus magis vigebant, nullatenus minis intentatisque terroribus terrefacti; persecutorum rabiem egregie retundebant, capita impiorum concidebant, supercilium atheorum deprimebant, furibundorum tormenta ceu thesauros pretiosos admittentes, deliciarum potius quam poenae loco habentes. Sic erroris destructores evaserunt, angustamque et molestam viam terentes, multitudini inviam et desertam, ad spatiosam ac beatissimam, quae ipsis erat adsignata, requiei sedem pervenerunt. Hi victoriosi martyres, in cruciatuum camino excocti, atque ut aurum probatum comperti ac splendificati, sole sunt clariores, et sidera fulgore superant. Hi ob Christi confessionem consummati, rationales perfectasque victimas ei semet praebuerunt, et sacrificium Deo gratissimum ac iucundissimum, et acceptabilem perlitationem beneque olentem odore spiritus, in holocaustum obtulerunt. Horum alacritate ipsi angeli obstupuerunt; horum certamina supermundiales virtutes admiratae summopere sunt; quia mortali in corpore invisibiles hostes debellarunt, et de adversariis suis victoriam retulerunt, invisibilibus profligatis agminibus, trophaea splendida contra repugnantes statuerunt. His gaudet Deus et glorificatur; angeli quoque in caelis gratulantur unaque laetantur; contra diabolus nec non apostaticae copiae eius vulneratae pudefiunt, casum suum cladem que deplorantes.

Sapientes hi ac celeberrimi martyres, de errore triumphatores effecti, fidei nostrae inexpugnabiles turres extiterunt, ecclesiae columnae ac sustentacula, religionis bases et immobile fundamentum, gloria ingens nostratium fidelium et ornamentum, luminaria splendida et intellectualia mundi fines illuminant, certaminum suorum fideique radiis fulgentes. O fidem invictam! o caritatem ineffabilem! o spem indubiam! o fortis animae constantiam angelicam! o excelsarum mentium caelestiumque alacritatem atque vigorem, natura maiorem, re creata superiorem! Quid prius stupentes admirabimur? Fortitudinis datorem Deum, an fortium propositum? divinorum donorum praestantiam, an sanctorum magnanimitatem? Utraque res enim

* Ps. XV. 3. naturam orationemque nostram excedit. Cum propheta ergo exclamabimus *: " sanctis qui sunt in terra eius, mirificavit Dominus omnes voluntates suas in eis. " Quoniam et hic mirabilis in eis est, quia supra omnem creaturam se extollentes, uni creatori conditorique suo adhaeserunt. Sic itaque facti sunt speculum Dei immaculatum, purissimum, limpidissimum; divinumque radium pure in suis purissimis animabus excipientes, Dei imitatores evaserunt; quodque Deus est suapte na-

Gr. p. 118. tura, ipsi participatione et gratia consecuti sunt, facti nimirum Dei habitacula,

* II. Cor. VI. 16. templa divina et splendida, iuxta propheticam locutionem *: " habitabo in eis et inambulabo; et ipsi erunt mihi populus, et ego illorum Deus. "

Hi ergo praeclaro certamine praeclare decertato, fide servata, cursu consummato, mundo eiusque principe debellato, egregio confecto negotio, caduca ac fluxa

cum perpetuis commutantes, ob haec viriliter gesta, et tanta certamina, immarcescibilibus coronis victoriosi veritatis testes a munerario certaminum Deo digni habebuntur, et cum Christo aeternaliter regnabunt. Christo scilicet facti coheredes, et immortalitatis sortem adepti, vivunt apud eum vitam incessabilem ac perpetuam, luce immortali fulgentes, divina pulcritudine venustati, cum supernis potestatibus choreas agitantes. Nam quid maius esse potest, quam versari cum Deo, atque illinc beatitate perfrui, superna gloria dignos habitos atque splendore? Etiamsi enim nunç forte vita illorum obscura videtur, attamen " quum Christus, inquit, apparuerit ,, vita nostra, tunc et ipsi cum eo apparebunt in gloria *. ,, Namque martyrum Deus " est Abrahami Deus et Isaaci et Iacobi, non mortuorum sed viventium ,, Deus est * ,, uti scriptum est. Itaque sanctorum animae in manu Dei sunt *, neque umquam eas tanget dolor; et quamquam oculis horum insipientium visi sunt mori, et reputata est calamitas exitus illorum; et a nobis discessus, contritio; illi nihilominus sunt in pace. Non enim mortui sunt, sed vivunt, et somnus potius quam mors est, mors illorum pretiosa; haud terra infossi, sed in caelum volatu elati (1). Etenim ex corruptibili caducaque vita translati, in aliam transierunt senectutis expertem et sempiternam. Quamobrem in quotidianis canticis nostris, circa illud acroteleution cantici quod hymno succinitur, congruum quid modulantes ceu ad viventes in Deo sanctos " benedicite spiritus et animae iustorum Domino ,, dicimus, et quae ibi sequuntur. Atqui illi canticum Domini haud canerent in terra aliena, et a nostro sacro choro longissime absentes, si certe sancti ab eis mortui putarentur.

* Coloss. III. 4.
* Luc. XX. 37.
* Sap. III. 1.

52. Sed illa quidem priora fuerunt. Nunc vero in suis sacris imaginibus easdem quas Christus persecutiones participant, eiusdemque passionibus conformantur; ita ut pro duplici passione et iniuria, duplicibus etiam praemiis sint coronandi: vicissimque simul glorificabuntur secundo, tum in vita scilicet martyres, tum etiam martyres in imaginibus. Propterea nos scientes eos Dei familiares esse ac adseclas (iis enim omnium Deus dixit: iam non dico vos servos sed amicos *. Et, dedit eis potestatem filios Dei fieri *); admiremur illorum erga Deum caritatem ac fidem, et supernis honoribus cumulemus: templa illorum ornemus, certamina celebremus, sacras reliquias veneremur, augustas illorum imagines cultu prosequamur: quandoquidem vere honor imaginis ad prototypum transit; et honor fidelibus conservis tributus, indicium est nostrae erga communem Dominum benivolentiae, ut aiunt ecclesiae magistri. Hinc nobis firma spes fidesque, sanctificationem impetrandi, peccatorumque remissionem, ac molestiarum depulsionem nanciscendi. Hinc videmus expelli daemones, morbos sanari, infirmitates fugari omnium qui cum fide accedunt, sive spiritales sive corporeas. Siquidem dedit ipsis omnium dominator " potestatem calcandi supra serpentes et scorpios, et super omnes inimici vires, ,, nec non morbum quemlibet aegritudinemque sanandi *. ,, Quo fit, ut virtute a Spiritu accepta, miraculis atque virtutibus clarescant (2), gratiae fontem in semet gestantes sanitatibus abunde ad omnes scaturientem. Quid igitur ad haec dicitis, o

* Ioh. XV. 15.
* Idem I. 12.
Gr. p. 119.
* Luc. X. 19.

(1) Ergo non expectato universalis iudicii die, ut recentiores schismatici dictitant.

(2) En graecae quoque ecclesiae, patriarchae sui Nicephori ore, confessionem de miraculis intercessione sanctorum, praesertim ob hominum salutem, patrari solitis.

sanctorum inimici? Digni ne sunt nec ne, propter haec maiora omni cogitatione atque oratione certamina, quae humanae naturae vires excedere scimus, digni inquam ne sunt honorari et glorificari? praesertim quia et de ipsis extant promissiones, multo ante haud fallaciter editae " glorificantes me, inquit, glorificabo .,
* I. Reg. II. 30. verax oraculum ait *. Quo id, inquam, modo? Nempe aliter quoque plurimis sublimibusque encomiis atque operibus, dignus eis laudum honor et gloria impenditur; neque tamen secius per sacras imagines, id quod nos religiosi ac philomartyres valde satagimus. Veneramini ergo certamina, honorate memoriam, celebria illa facinora admirantes martyrum, quos ferae quoque erubuerunt, quibus ignis saepe cessit, ferrum infractum est et obtusum, poenales diruptae sunt machinae; et sensu quodammodo tacta elementa, martyrum erga communem Dominum caritatem, ceu conserva reverita sunt.

53. An vero aliter vos existimatis? Aversamini autem sanctorum preces, suffoditis augustorum altarium sacras mensas, ut flamma ex horum reliquiis ardente, sicuti vester Mamonas fecit ac docuit, perfruamini? Et venerabiles horum aedes conspurcatis, omnique foetore ac turpitudine oppletis, sancta polluitis et profanatis cum illorum sacris caelaturis, quibus martyrum res praeclare gestae, et celebria certamina, ceu fit in libris ita in ecclesiis ac tabulis splendide picta exhibentur. Quin adeo libris etiam aliquot talia continentibus igni traditis, cinerem favillamque hos efficiendos curastis, ut sic etiam sanctorum memoriam funditus aboleretis. Iam vero qui ita adversus sanctos insolescunt (prout ex re praesenti, quisque volet, adfirmationis veritatem comperire poterit) quid non erant acturi horrendum
Gr. p. 120. atque incredibile adversus sanctos, si forte in ea tempora incidissent, quibus illi vixerunt? Nonne tanto peiora praesentibus et diriora fecissent, quanto maior horum erga veram religionem adversatio cernitur?

54. Sed enim simulant se adversus templa irreligiose non agere; sed ipsi sibi fucum faciunt dicentes: ∽ ista quidem sancta esse, ob illic peracta sacrificia, et ∽ sacras preces atque invocationes, quae in eorum fundationibus fiunt. ∽ Atqui quid ni sunt fatui stolidique omnino, cum non intelligant sanctificationis gratiam sanctique Spiritus praesentiam ad totum templum pertinere? neque enim ad men-
* Ioh. III. 34. suram datur Spiritus *; neque pars quidem templi gratia imbuitur, pars autem hac destituitur. Nam vel totum sacrum est et sanctum, vel profanum totum atque pollutum. At tu, qui incircumscriptum amas, et martyres odio habes, dum sanctificationem circumscribis, rem totam insipienter aufers, quia cui plus inest, si confidenter dicere licet, subtrahis; quoniam haec aliunde etiam gratiam participant. Nam sicut templa a sanctis rebus appellationem accipiunt, ita et sanctorum simulacra nomen horum inscriptum gerunt, atque hoc sanctificantur; si certe credibilis tibi minimeque mendax testis est Christus, qui vim nominis gratiamque declarat
* Marc. XVI. 17. dicens " in nomine meo daemonia eiicient *. ,, Et quae ibi sequentia scimus. Et " qui recipit prophetam in nomine prophetae (1), mercedem prophetae accipiet.
* Matth. X. 41. ,, Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet *. ,, Qui ergo ad martyris templum accurrit, ad imaginem pariter accedit. Utraque opificia sunt et

(1) Adde in graeco contextu ἐν ὀνόματι προφήτου, quod editione nostra excidit.

in ambobus gratia eadem. Insuper vero qui religiose accesserit, sanctificationem ob fidem propriam (1) consequetur. Si ergo sancta sunt templa ac veneranda, necesse est sancti quoque hominis imaginem sanctam esse ac venerabilem; nihilque heic profanum esse aut pollutum. Quod si has profanas dicis, profecto etiam ecclesiae profanae sunt: communem enim et per omnia diffusam constat esse sanctificationem. Alioquin imaginibus alia opus esset sanctificatione, fundatione, precibus, encaeniis aliis; alteriusque adventum Spiritus praestolabuntur. Quod si tu per unam rem, alteram simul evertis, manifestum te ostendis sanctarum rerum inimicum, et quidem furiosissimum hostem atque acerbissimum, quia molestissimi tibi sunt sancti etiam in imagine spectati. Propterea tu subruis, prosternis, spolias templa, quia sancta sunt. Nonne ita tuo te testimonio osorem hostemque sanctorum probas? Demonstras enim, etiamsi nolles, summam esse horum inter se relationem et necessitudinem, sacri nempe templi et augustarum imaginum, quia nunc simul destruuntur et persecutionem experiuntur; velut antea a Christianis fabricata haec pariter fuerant et honorata.

55. Postquam itaque temet Christo et sanctis infensissimum ostendisti, sequitur ut paria de symbolis quoque caelestium et incorporearum virtutum sentias atque loquaris. Nam Christi rebus sublatis, haec quoque simul auferri destruique congruum est; ut hinc etiam Marcionis Manetisque infidelitate atque atheismo laborare coarguaris, veteremque et novam scripturam ludibrio risuique habere, pleraque ex his delere et expellere, loquentem in ipsis Deum reprehendere: et si nihil aliud, certe illos cherubinos, qui auro puro ductili formati fuerunt, Deo omnium domino iubente, Moysisque oraculo conflati, atque haud minus apostolicis verbis * honorati, latreutici cultus cum ceteris iustificationes, ceu symbola huius regulaeque, vocitati; de quibus latius alibi quoque a nobis fuit disputatum.

Gr. p. [illegible]

* Hebr. IX. 5.

56. Nunc demum hoc tibi adhuc adiectum sufficiat. Nempe, quod Iudaeis ingratior et contumacior quum sis, divina praecepta pedibus trahens et ludibrio habens, christianum te agnoscere aut appellare non licet. Quos enim neque apostolicum magisterium persuadendo vincit, neque legislatorum ac prophetarum decreta permovent, neque ipsius Dei constituta et mandata terrent, cur quisquam in Christianorum partibus eos esse iudicet? Si ergo accideret, ut tibi aliquis christianum fieri suaderet, nihil sane ei opus esset de Christi sanctorumque imaginibus loqui. Credis enim incarnatum esse et corporatum Dei Verbum, vereque humanatum, et non apparenter atque phantastice. Dixisti etiam circumscriptum esse corpus eius, neque ullum tibi est de nostrae fidei sacris symbolis dubium. Nihilominus summis tantum labiis et verbotenus christiani tibi simulanter adpingis nomen, opere autem ipso Christi incarnationem a te prorsus negari, facta tua vehementi voce testantur. Nobis vero cunctisque hominibus, quibus Domini timor est insitus, quique res divinas colere et honorare docti sumus, ex mosaicis quoque scripturis, vel potius ex inspiratis a Deo oraculis compertum est sanctos quoque angelos pingi et figurari; perque horum sacras imagines Deum manifestari. " Illinc enim, inquit, ,, innotescam tibi *. ,, Sunt ergo hae venerandae ac sanctae. Iam si altissimae

* Exod. XXV. 22.

(1) Recte; nam neque a sacris imaginibus neque a templis proprie sanctificamur, sed a religiosis nostris actibus, ex intimo animo pie sincereque elicitis.

substantiae et Deo proximae figurantur, exploratum est inferiores quoque potentias fore figurandas, atque a Christianis ceu sacras honorandas et in picturis obsequio colendas.

57. Sed nihil impium absurdumve ab his praetermissum fuit, quod studiose adversus catholicam ecclesiam non sint moliti aut nugati. Nam ex quo manichaea rabie sunt correpti, maniacos fundunt cordis abortus: et quasi lymphati, veritatis imagines, id est quae verarum rerum memoriam nobis conservant, hi falsitatis defensores, pseudonymas appellare non verentur, archetypis falsitatem adfingentes; haud alienum proposito nostro arbitramur quae nunc menti succurrunt supradictis *Gr. p. 122.* adiungere; magnopere enim haec coarguendae illorum insaniae malitiaeque proderunt. Nam qui divino resistunt Spiritui, quamlibet etiam orationis sublimitatem abnuunt, Christi ac sanctorum memoriam hoc instituto suo conantes extinguere, sic etiam inspiratis vocibus contradicentes.

58. Quod priscum sit hoc vocabulum, et ipsa hominis creatione antiquius, immo vero et in hominis creatione tamquam rei index adhibitum, perspicue ex se- ** Gen. I. 26.* quentibus discimus. Quid enim dixit omnium Deus *? " faciamus hominem ad ima- ,, ginem et similitudinem nostram (1). ,, Prima haec fuit Dei locutio nostram volentis naturam condere. Deinde post prius dictum: " et fecit Deus hominem ad ,, imaginem Dei fecit illum. ,, Et deinde: " genuit Adamus Sethum, ad imaginem ** Gen. V. 3.* ,, et speciem suam *. ,, Atque ut aliis praetermissis, ea quae longo quidem tempore distant, sed tamen iusto vocabulo sensuque congruunt, in medium adferamus. ** I. Cor. XV. 49.* Paulum loquentem audiamus *: " sicut portavimus imaginem terreni, ita caelestis ,, quoque portemus imaginem. ,, Utique satis haec esse iudico, neque nobis opus esse longiore sermone ad rei propositae demonstrationem. Quae enim maior auctoritas quam Moysis et Pauli? Dicant ergo nobis hi qui ipsum hoc vocabulum abnuunt, seque ab imagine Dei longissime submovent, atque ab eius gratiae participatione: si omnia, quae hoc nomine utuntur, veneranda sunt et honorabilia, propter eorum unde deducuntur dignitatem, cur iam Christi et sanctorum imaginibus ignominiam quaqueversus et contemptum adspergunt? Atque ut ex sublimioribus atque ab ipsa theologia orationem ordiar; filius Dei ac Deus noster, cum patre suo Deus pariter dictus, tamquam eius imago honoratur, praeter ceteras eiusdem ** II. Cor. IV. 4.* appellationes, et glorificatur " qui est, inquit Paulus *, imago Dei invisibilis (2). ,, Atque hoc potissimum vocabulo gloriantur theologi et gaudent. Sed nonne, propter imaginis vocabulum, filium quoque hostes Dei a paterna gloria et unitate naturae abalienabunt? Deinde et augustus angelus, imago Dei est, speculum purum, immaculatum, limpidissimum. Idcirco honorabilis angelus; itemque homo, utpote ad imaginem Dei factus, et Dei imago appellatus. Propterea in honore habetur, ideoque etiam libero arbitrio pollet, et ab aliis differt animalibus, et omnibus dominatur. Nam quatenus tantum creatura est et animal, nihil a ceteris differt. Alioqui ne conspicuum quidem oculis est, quid dicatur in homine ad imaginem Dei; sive

(1) Reprehenditur hoc argumentum ab auctore librorum carolinorum lib. I. 7, sed defenditur et explanatur ab Hadriano PP. in epistola celebri apologetica ad Carolum imp.

(2) Animadverte additamentum *invisibilis*, ἀοράτου, quod non apud Nicephorum solum, sed apud aliquot etiam codices legitur.

mentem quis putare velit et animi vim rectricem ac dominantem, sive aliud quid in homine cogitabile (1); siquidem ne huius quidem archetypum in numero visibilium rerum est.

59. Praeterea nostri quoque sacerdotes, quia supermundialium ordinum speciem exprimunt; etenim hos repraesentant tum in sacris liturgiis, tum in aliis divinis quas celebrant hymnologiis; propterea honorabiles habentur a vere piis atque modestis. Et reliqua ecclesiae ordinatio ac dispositio, caelestis aulae imitatio est ac figura. Item Moysis legislatoris tabernaculum, et cuncta illic contenta, caelestium aliarumque creatarum rerum resonantias quasdam ac similitudines prae se ferebant, sicut ab eo dispositum fuerat. Gr. p. 123.

60. Quin adeo sacri ipsi libri, hominum qui eos scripserunt imagines sunt. Per hos quippe, illorum auctores quamquam absentes perpetuo loquuntur; tantaque necessitudine eos attingunt, ut scribentium ipsorum diserte nomen gerant. Sic enim sacrum apostoli librum, apostolum appellamus; et prophetae librum, similiter prophetam vocamus, parique modo evangelistae librum. Sacra quoque templa haud omnino cum relatione ad aliquem dicimus, sed plerumque absolute huius titulum dicimus homonymum ei cui templum est dedicatum, propter appellationis communionem et necessitudinem. Sic etiam terrenorum principum imagines, tantopere sunt subditis honorandae, quia et Christus Caesaris imaginem honore dignatus est. Denique nullam quisquam rem comperiet, quae ad aliquid ut ad principale refertur, quae ob id ipsum non promereatur honorem, quia illius principalis ideam obiicit. Si ergo haec omnino dictam ob causam sunt honorabilia, cur ista quae praeter cetera gloriosa sunt, a Christi hostibus ignominia iniuriaque adficiuntur? Et filius quidem ut patris imago honoratur. Atqui imagines utraeque sunt, idemque de utrisque fit sermo: quamquam substantià differunt. Age vero quod praecipue vesaniam istorum impudentiamque obiurgat, addendum praedictis superest. Satis omnes novimus, pravos etiam homines pravorum et impurorum hominum res honore prosequi solitos, et imagines illorum memoriae dedicare; quia nempe mores illorum aemulantur, et gesta adamant, eisque ceu sibi familiaribus vitaeque consentaneis student, sive melioris rei ignorantia, sive peioris electione. Sed haec, inquiunt, ethnica sunt et apud ethnicos fiunt, eaque illorum stoliditate et insania digna sunt. Atqui ego aio, nonne oporteret etiam Christianos, quaecumque ad Christum adtinent omni cultu dignari, itemque res sanctorum magnificare et amplecti? Sicut enim impiorum monumenta abominanda sunt et polluta, ita sanctorum amplectenda atque amabilia.

61. Quis enim sobrius non concedet, quod si malae frugis archetyporum, malae sunt imagines, necessario sacrosanctorum quoque archetyporum sacrosanctae imagines sunt? Idem enim de utrisque sermo valet, quatenus imagines sunt; etiamsi quae iis intelliguntur ac denotantur, multam immanemque differentiam habent. Sed notissimum est, hos qui Christo penitus vale dixerunt, beatorum quoque illorum virorum vitam virtutesque et fortia facinora detestari, ac vel sola ipsorum memoria exasperari et angi. Nam quidquid bonae frugis est, vitandum censent, malum

(1) Videsis Cantacuzeni quoque opinionem apud nos p. 100. adn. 3.

contra eligendum, molestissimique ipsis sancti sunt etiam in imagine spectati. O stoliditatem! o stuporem! Unusquisque populus res sacro cultui congruas congruenter honorat et colit, leges, ritus, traditas ipsis antiquitus vitae agendae doctrinas inviolatas custodiunt. Soli omnium Christiani divinae, qua salvi sumus, indulgentiae symbola et monumenta stulte despiciunt; quos oporteret vehementius haec colere, quam sua ceteros; quia et verae utilitatis notitiam nos prae ceteris omnibus pleniorem hausimus; quippe qui et esse Deum, et omnium rerum causam esse continentem et conservatricem credimus. Hoc inquam nisi facimus, nonne summum impietatis atque atheismi culmen tenemus!

Gr. p. 124.

62. Dignum iudico, idoneo nunc tempore, dicere etiam quodnam hi hominum genus sint, et cuiusnam vitae ac morum; ac veluti catalogo exponere studia eorum et occupationes; quorum ex vita et reliquis institutis, dogmata quoque inclarescent; namque ex fructu arbor cognoscetur. Ergo, ut cernimus, plerique horum nulla scientia aut institutione imbuti sunt, atque ipsa elementorum nomina ignorant, immo etiam earum rerum studiosos subsannant atque obiurgant " nam ,, disciplinam atque sapientiam impii despicient ,, uti scriptum est *. Rudes ergo quum sint et ignari, intemperanter incontinenterque in omni vita degunt: nullumque nequitiae genus recusant, suimet amatores, pecuniae cupidi, vani, superbi, blasphemi (1), contumaces, ingrati, profani, sine affectione ac foedere, calumniatores, incontinentes, saevi, omnis bonae rei osores, protervi, arrogantes, voluptatis potius quam Dei amatores. Sed parva sunt haec, etiamsi maxime reprehensibilia, apud eum qui huiusmodi catalogum scribendum suscipit. Addam etiam, hos esse conviciatores, immisericordes, iuratores passim, periuros, sacrilegos, pompaticos, vanae gloriae cupidos, terrenis rebus addictos, anima ac mente effeminatos, ebriosos, stupidos, stolidos, vesanos, carnales omnino et ad infima quaeque pronos: mundo et mundanis rebus devinctos, ventri tantum inservientes, et omnium ad ventrem pertinentium studiosos, utpote pecudales et irrationalium bestiarum vitam aemulantes. Sunt praeterea turpes in occursibus, in sermone autem et conversatione turpiores: verbis pugnaces, iracundi, contentiosi, iurgiis gaudentes, et aliena iura invadentes. Iidem tribunalia terunt, controversiarum litiumque studiosi; libellorum auctores iniquorum, quibus adversus proximum ab improbis struuntur calumniae: metunt ubi non severunt, congregant ubi non sparserunt, quodlibet evangelicum mandatum abolent, omnem canonicam civilemque constitutionem negligunt, omne spiritalis vitae genus abnuunt ac vituperant, omne ecclesiasticum magisterium reprehendunt, cunctas apostolorum patrumque voces atque admonitiones despuunt; sacrosque libros nostros ceu magnopere quid noxium abiiciunt, et eos qui hos legunt usuque terunt, ceu piaculum aliquod aversantur: pietatem omnem

* Prov. I. 29.

(1) Cantacuzenus in cantic., ut unam vel alteram adhuc ex eo auctoritatem proferam. Πᾶσα βλασφημία τὴν φιλοδοξίαν ἀρχὴν ἔσχηκεν· ὅπου γε καὶ ὁ πρῶτος γενόμενος παρὰ θεοῦ ἄνθρωπος, ἴσος ἀκοῦσαι καταδεξάμενος γενέσθαι θεῷ, καὶ ταύτῃ τῇ συγκαταθέσει πρὸς τὸν ὕψιστον βεβλασφημηκώς, αὐτὴν τὴν φιλοδοξίαν, τὸ γενέσθαι ἴσος θεῷ, ἀρχὴν ἔσχε τῆς παραβάσεως. *Omnis blasphemia a superbia initium sumpsit. Namque et primus homo a Deo creatus, quum audisset posse se parem Deo fieri, et hac persuasione permotus adversus Altissimum blasphemiae reum se fecisset, superbiam, id est Deo se exaequandi ambitionem, transgressionis suae originem habuit.* Haereseon certe omnium matrem esse superbiam, dicit apud nos Cyrillus de trinitate cap. I, cum Augustino in adn.

et orthodoxiam irrident, apostolicum vestimentum (1) vilipendunt, et sacerdotium subsannant: omne denique frugi bonumque renuunt, omne vitandum atque improbum amplectuntur: lectioni non vacant, divinas scripturas non auscultant; qui enim id facerent? quum haec omnia odio habeant, et omnis rei utilis sint ignari, malitiae omnis adinventores: templa Dei non frequentant, fidem non honorant, caritatem non sectantur, spem non habent, neque orationi neque ieiunio dant operam, virginitatem non reverentur (2), modestiam non diligunt: vitam universam turpiter decurrunt, nequitiae omnis operatores, virtutis cuiuslibet contemptores. Nam praeclarum quodlibet et egregium et cum virtute actum, scenam ipsi ac ludibrium reputant; Deo maxime odibiles et infensi nec non angelis et hominum pientioribus et qui recte vivere instituerunt. Horum et vita turpis est, et sermo marcidus atque aspernabilis omnique vesania plenus. Gr. p. 125.

Quid plura? Quicquid hosti nostro virtutis osori placet, hi per omnem vitam factitant: nulla ipsis mortis in sermone commemoratio, nulla de resurrectione ac iudicio mentio, atque expectato cum paterna gloria iudice, inenarrabili profecto re ac tremenda, et nullis verbis exprimenda, plena pavoris et consternationis, cui ipsi angeli multo cum metu adstabunt atque terrore, tuba graviter resonante, cum actae vitae remuneratio fiet, cum unusquisque creatori apparebit, prout in corpore egerit sive bonum sive malum recepturus. Isti, inquam, peccatorum suorum compunctione non tanguntur, veniam a Deo non petunt, nullam de salute animae admonitionem admittunt. Quid enim mali habet anima mea, meliora suggerenti, respondent? Propterea neque regnum caelorum sperant, nec spiritalem aliquem sermonem boni umquam consulunt. Vere his absconditum est evangelium " in quibus Deus huius „ saeculi excaecavit mentes, ne ipsis fulgeat illuminatio evangelii *. „ Iam vero * II. Cor. IV. 4. inter hos ipsos qui sunt magis plebeii ac pedestres, et rei familiaris egeni, adeo ut ne unius quidem diei proprium victum habeant, ex triviis atque gurgustiis collecti, ne ea quidem quae ante pedes iacent intelligere queunt: cumque sint ebriosi ac potatores, vestigant semper atque odorantur ubinam fiant compotationes et comissationes ad quas promptissime convolant: ut ex convivis symbolas capientes, egestatem suam et angustias solentur. Ex his contingit circumforaneorum illud et vitandorum hominum conflari conventiculum; ubi seditionibus novisque rebus ciendis gaudent. Atque horum plurimi militia reduces sunt, in qua de pessimis criminibus

(1) Christus dominus (Marc. VI. 9.) praecepit apostolis ut essent calceati sandaliis, et ne induerentur duabus tunicis.

(2) Cantacuzenus ad Sap. IV. 1. gr. ita virginitatem dilaudat. Τὸ μέγα χρῆμα τῆς παρθενίας διὰ τούτων ἐξυμνεῖ, καὶ φησί· κρείσσων ἀτεκνία μετ' ἀρετῆς· οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκ στειρώσεως ἀτεκνία μακαριστή, ἀλλ' ἡ μετ' ἀρετῆς καὶ λογισμοῦ σώφρονος τῶν παθῶν ἐπικράτεια καὶ παντελὴς ἀμεθεξία· ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς· τινὲς μὲν τὰς διαδοχὰς τῶν τέκνων, ἀθανασίαν τοῦ γένους κεκλήκασιν· ὁ δέ γε σοφὸς οὗτος αὐτὴν ταύτην ἀθανασίαν ἡγεῖται μάλιστα τὴν δι' ἀτεκνίας καὶ παρθενίας πολιτείαν θαυμαστῶς ἄγαν κατορθωθεῖσαν ἀνθρώποις. *Virginitatem, magnae instar rei, his verbis extollit: « melius est carere liberis cum virtute. » Nam certe sterilitatis causa liberis carere, haud est reputanda felicitas; sed illa potius, suadente virtute, cupiditatum continentia, qua caste deliberamus coniugali omni societate carere. Etenim immortalitas ex huius rei memoria conficitur. Et quamvis nonnulli titulo immortalitatis appellant liberorum successionem; attamen hic sapiens immortalitatem credere mavult virginale illud sine liberis vitae institutum, quod homines non sine vulgi admiratione recte peragunt.* Haec tamen non ita sunt accipienda, quasi virginitas humanae gloriae causa sit eligenda; quod si fieret, ne virginitas quidem ipsa plerumque foret incolumis. Nam quo quisque humiliore, id est modestiore, animo est, eo tutius huic virtuti consulit.

et detestandis convicti fuerunt; vel quia iam aetate exoleta militare nequeunt, albo exercitus sunt expuncti, et ab armis cessare iussi.

63. Quia vero et lingua et opere sunt corrupti, praesentibus tantum inhiant, carni dediti, ventrisque mancipia, Deusque illis venter est, atque haec mundana, et quaecumque per ingluviem in ventrem transeunt, summam esse felicitatem definiunt; nullaque in re meliore spem defigunt, nihil celsius aut utilius spectantes.
Gr. p. 126. Divino autem iudicio in egestate versantur, multisque augustiis premuntur, praesertim postquam regia stipendia eos destituerunt, ex quibus victum in armis percipiebant. Pro mensura itaque et pondere necessariarum rerum et victualium, pretium veluti rependentes, religionem suam ventris famulatui addicunt hi amentes, copia potius dapum, quam rectitudine dogmatum, eam lance librantes; amici quidem quamdiu rebus voluptati idoneis abundant, contemptores vero et fidei nostrae accusatores, si quid praedictorum emolumentorum desit. Pari enim voluntate moribusque sunt isti et quotquot in eadem infidelitate sunt, atque illi olim ex aegyptiaca servitute liberati, similemque illis et germanam linguam sensumque habent: manifesteque illorum cultus indicia prae se ferentes, si forte in similes incidant calamitates, moleste ferunt et excandescunt. Atque ut illi adversus legislatores ducesque suos seditiosi fiebant, suam circa carnes et ollas sessionem, panisque abundantiam, commemorantes: sic et hi impudenter veritatis praeconibus dominicaeque doctrinae ministris maledicentes, scelestissime blaterant, propemodum eadem di-
* Hier. XLIV. 16. centes, quae illi divorum prophetarum uni adversantes *: " sermonem quem nobis ,, loquimini in nomine Domini, non audiemus; nam faciendo faciemus quidquid ,, ore pronunciaverimus, sacrificando reginae caeli, et libationes libando, sicuti et ,, nos fecimus, nec non patres nostri, et reges nostri, et principes nostri in civi- ,, tatibus Iudae et extra Hierusalem. Et repleti panibus sumus, et bene nobis fuit, ,, et mala non sumus experti. At postquam sacrificare desivimus reginae caeli, im- ,, minuti sumus omnes, et gladio fameque defecimus. Praeterea hac in regione ,, diutius non manebimus, ad Domini vocem audiendam, sed in Aegyptum com- ,, migrabimus, neque bellum patiemur, tubaeque sonitum non audiemus, nec panis ,, penuriam sentiemus, et illic habitabimus. ,,

64. Haec et his similia ex malo cordis thesauro eructantes, rectum nostrum et irreprehensibile dogma irrident, simulque Deo odibilis Mamonae fide gloriantur; felicitatem iactantes esse nequitiam eius, utpote ex hac bene nutriti, et abundantiore copia tum triticum tum necessaria alia redimentes; neque id acceptum bonorum omnium auctori Deo referentes, neque vitae nostrae provisori et curatori gratiam reddentes. Deficiet nos tempus atque oratio si talia persequemur. Nam quae linguae possent horum perversitatem malitiamque enarrare? Satis est unum instar omnium ad universam rem declarandam dicere: " malorum doctorum malae doctri-
Gr. p. 127. ,, nae; vel malorum seminum mala seges. ,, Nam quae illos evangelii adversarius, verae religionis hostis et apostata, zizaniorum sator, in arcanis suis scelestisque initiationibus docuit, haec mente retinent, in his lactantur miseri se consectaneos adolevisse. Acerbae exitiosaeque spinae contra ecclesiam Dei succreverunt, purum sincerumque pietatis semen suffocantes. Hanc enim ob causam eos diabolus excitavit subulcos, opiliones, bubulcos, harae, stabulorum, caprilium, et cuiuslibet huius

generis colluviei atque immunditiae, ut hi scilicet belluini plurimumque ruditatis habentes, Deique notitia maxime alieni, pravis eius et irreligiosis studiis ac voluntatibus subservirent, in hoc ei gratificantes. Instar quippe armorum et instrumentorum his hominibus abusus est, non ad barbaros fugandos, gentes domandas, regionem hostilem sub tributum redigendam, aliudve quicquam adversus hostes bene gerendum, sed ad pietatem omnem, contra quam illos armavit, expugnandam: ut tamquam arietes murales admovens, Christi ecclesiam per eos quateret, et symbola ac monumenta salutaris Domini incarnationis, impie et furiose admodum subverteret. Propterea templorum spoliationem ac profanationem Mamonas ausus est, et habitacula daemonum ex monasteriis effecit; stabula atque sterquilinia in ecclesiis Dei statuit; quorum facinorum pars nostro adhuc tempore perdurat visibilis. Nonnulla denique sacra loca etiam auro contra vendidit; idque magnopere clamant Flori et Callistrati appellata monasteria (1).

65. Quod vero magnopere Mamonae tempora iactant, hoc etiam illorum stultitia et absurditate dignum est. Plurima enim ab historicis oretenusve narrantibus audire est; sunt et aliqui adhuc superstites, ad haec praedicanda servati; ex quibus discere possumus qualia et quanta tunc ex ira divina contigerint mala. Ex quo Mamonas fidei nostrae molestus esse coepit, et bene compositum ecclesiarum statum oppugnare, tamquam divinitus inflictae plagae et castigationes, morbi gravissimi et flagella; quorum multitudine, et calamitatum magnitudine perterriti nonnulli tunc praesentes, opportune ut par erat, historiae tradere dignum censuerunt genera quoque malorum quae experti sunt huiusmodi (2). Pestilentes mortes quae homines corripuerunt, nemo potest enumerare, quantumque numerum depastae sint; quibus se subtrahens is qui causa illarum erat, procul regia urbe, casuum internecivorum metu, plerumque degebat. Namque apud Nicomediam eiusque suburbia diversabatur, immo etiam longe ulterius. De multitudine autem infinita defunctorum, per litteras ii quibus urbis negotia commissa fuerant, illum edocebant, millibus plurimis quotidie numeratis, ita ut sepulcra corporibus fierent angusta, et aquarum quoque receptacula his opplerentur, et quisquis alius cadaveribus recipiendis locus erat idoneus; quorum pars ne sepulcro quidem tradebantur, sed prout *Gr. p. 128.* se res dabat abiiciebantur, iustisque funebribus destituebantur. Non enim videre erat unum mortuum in sandapila deductum, sed tres vel etiam quinque, et quotquot a baiulis ferri poterant: quodque maxime insperatum erat et terrore plenum, ii qui mortuorum sepulturam curabant, praecedebant illos ad tumulum, repente vita erepti, et quasi invicem moriendo praevenientes. Adde his terrores, et horrenda prodigiosa phantasmata, humanis auditibus mentibusque nova et incognita, quae noctu diuque visebantur atque audiebantur palam multis; et phantasias atque sonores supra capita apparentes et exitium interminantes; nomina etiam aliquando et numerus mox moriturorum audiebantur. Et haec quidem supra terram. Sed adhuc his peiora, quae antea sub terram quam circa terram fuere. Non enim iam diutius peccatorum magnitudinem tellus ferebat. Quantum fuit terrae motuum, tre-

(1) Horum monasteriorum notitia est in Constantinopoli christiana lib. IV. ed. paris p. 153, et 156.

(2) Reapse calamitates, nominatimque pestilentias sub Copronymo saevientes, passim historici byzantini tum editi tum inediti narrant. Et quidem noster ipse Nicephorus in breviario historico.

mituum, et concussionum negotium, horrendum prorsus et mentem orationemque humanam excedens! Videbantur enim telluris quati fundamenta, eaque cardinibus concussa everti et distrahi, nec iam sedem suam nexumque tenere. Qua super re verbis parcendum censeo; namque ipsorum sumptuosorum aedificiorum, et villarum ornatissimarum, tuba veluti, clamant ruinae, quae incolarum oppressorum factae sunt sepulturae: haec enim subversa terrae motu aedificia fecit eis sepulcra ultio divina. Atque haec potissimum calamitas incubuit circa colles et eminentes locos, quae nunc quoque circa regiam urbem rudera iacent.

66. Sed neque aëris terrores, creatore offenso, quiescere ac silere poterant. Videbantur enim tunc hominibus de caelo sidera in terram cum impetu omnia ruere, ita continenter aërea perturbatione per universi orbis terminos subito diffusa: simul enim eodemque tempore tum orientalium, tum hespericarum regionum incolae, et hieme et noctu, haec fieri videbant. Nec vero quisquam, prout hi praeclari faciunt, caelestia haec, nebulosos quosdam densosque vapores fuisse obiiciat, quibus circa terram aër refertus, deinde suo proprio cursu in altum elatus, et in aetheris permixtus regione, calore concepto, ita dicta astra discurrentia effecerit, et faculas et titiones appellatos, cometas quoque, et barbatos globulos, et quaecumque alia huiusmodi solent phaenomena apparere; sed probe sciat, novum revera aliquid tunc in elementis extitisse. Etenim modulo solito atque ordine excesserunt, dolorem suum ob eas res ostendentia. Seque ipsa quodammodo natura imitabatur, ut ne tum quidem pati omitteret, quae Christo salutarem passionem in cruce obeunte, creatori suo ac domino patienti compassa fuerat; quo tempore luminaria caelestia
Gr. p. 129. invicem concurrerunt, tenebraeque insolitae et intempestivae, diurni luminis seriem interruperunt, et petrae scissae sunt, et patefacta sepulcra, et mortui revixerunt, et quotquot alia tunc contigerunt, statum suum creatura novante.

Haec scimus olim quoque impiis Deum comminatum, et reapse his impacta fuisse, cum elementa fines suos excesserunt, divinis obsequentia nutibus. Discredet autem nemo, nisi forte Dei iudiciorum ignorantia laborat. Nos quidem scripturis a sancto Spiritu dictatis oportet credere. " Impii replebuntur malis *. Et, peccantes persequentur mala *. Et, impius in malitia sua peribit *. Et, reservatur ad diem malam *. Et, in sinum convertentur cuncta iniquis *. " Palam est contra Sodomitas divinae irae demonstratio et correptio, cum ignea pluvia descendens, omnia regionis eius circulatim depascens redegit in cinerem; quibuscum finitimorum quoque nonnullas urbes ignis absumpsit, quarum nunc adhuc, ut aiunt, indicia supersunt. Quin et antea aquarum diluvium mundo supervenerat; quo tempore pluviale sine fine caelum, immensam supra peccatores insolitarum atque incredibilium aquarum copiam effudit: cum inferne abyssi fontes sunt dirupti, superne autem caeli catarractae patefactae sunt, universis omnino pereuntibus, et cunctis terrae cacuminibus obrutis: unus autem iustus vir cum liberis atque mulieribus arca lignea supra aquas delatus incolumis fuit, alter veluti Adamus, Deo miserante, ne universum in terra humanum genus deficeret. Quia igitur haud iuxta naturae cursum illa evenerunt, non enim fines suos caelestia servarunt, nihil vetuit quin postea in terram ignis sulfurque a Domino plueret, subitoque omnia exurerentur. Utique imminebat manifeste irae fulmen, nisi Dei nota praevaluisset

* Prov. XII 21. * XIII. 21. * XIV. 32. * XVI. 10. * XVI. 33. gr.

clementia, quae peccantium poenam sine dubio distulit, ipsorum paenitentiam expectans. Sed enim mihi hodierna peccata maiora multo videntur. Quia prisci illi adversus creaturam insanierunt, hi contra Dominum creaturae rabiem suam contumeliose exprompserunt; primo quidem divinum corpus excruciantes crucisque acerbae neci addicentes, deinde adversus eiusdem corporis sacras imagines debacchantes. Quamobrem haud se continere quieta clementa potuerunt creatore suo offenso, sed dolorem insolitum ob eam novitatem passa sunt. Mittamus dicere quot civilia bella hae rerum vices adversus Christianos concitarint, quae longum esset et operosissimum enarrare.

67. Sed valde exultant hi beluini ac stolidi, quasi prosperis successibus florentes, et superbiunt. At enim quae lingua temporum illorum penuriam, et ex penuria calamitates tragice narrabit? Fuit enim reapse fames omnium gravissima et acerbissima, quae neque praesente hac iam incipiente, neque antiquis apud historicos memoratis, minor extitit; atque illam quae Hierosolymitanos obsessos corripuit, prope exaequavit. Nam et illic, ut narrant, fame pressae excruciataeque infelices matres partus proprii carnes miserabiliter gustarunt, naturà sui propemodum oblitâ. Et apud nos eadem calamitate adactae ventris sui foetus mulieres aerumnosae vendentes, cibum sibi ex viscerum suorum distractione curabant. Aiunt enim vix quinquaginta aureis tritici modium penuria premente coëmi potuisse. Et illic quidem hostium incursio, diuturnae obsidionis spatium, urbis conclusio, tamquam reti, ab exercitu captae, calamitatis eius et inenarrabilium malorum causae erant. Apud nos autem non barbarorum incursio, non hostium adventus, non valla ab adversariis circumiecta, neque aliud quodlibet exterius, sed offensa fides, manifeste id efficiebat. Nam qui apud nos regnabat apostata et tyrannus, quovis inimico aut hoste per suam apostasiam infensior erat et asperior. Sed illi quidem suorum adversus Christum facinorum poenas luerunt; et hi nostri paribus malis irretiti fuerunt: unus quippe idemque ab ambobus offensus fuerat. Haec divinae iustitiae ira fuit; hanc Dei offensores mercedem illinc referunt. Quae nihil considerantes Christi hostes, nolunt intelligere, quod sicut olim iudaicus populus, ob Manassis Iudaeorum regis adversus Deum offensas, poenas totis quadraginta annis dedit, et plurimas intolerandasque calamitates pertulit; et postea etiam, regnantibus pietate ac iustitia principibus inclytis; ita pariter ob irreligiositatem atque nequitiam Manassis nostri, et antea gravissimas Christiani experti sunt correptiones, et nunc nos perferimus, neque finis corripiendi erit, quamdiu illius impii mentio in consectaneorum lingua perstabit. Quare nunc quoque tempestive dicetur: et populus non est „ conversus, donec clade percussus fuit; et Dominum non requisiverunt *. „ Ecce enim ab orthodoxia nostrorum dogmatum, et Dei iudiciis damnantur. Et percutiuntur quidem, non tamen convertuntur.

Gr. p. 130.

* Is. IX. 13.

68. Denique quod vel maxime istorum impietatem palam facit, id ego nolo sponte omittere. Nam quia paucos ante annos, principis feminae, orthodoxiae ornamento inclytae, regale fastigium tenentis (1), mirum et divinum studium pro fide nostra exserentis, spiritum Deus suscitavit, atque hi scelesti, edito divinitus de-

(1) Videsis adnotationem ad textum graecum.

creto, ex hac urbe, quam male irreligioseque insederant, bene feliciterque pulsi fuerunt; errantes planetarum more sectam religiosam quaerebant, in qua imagines monumentaque Christi incarnationis non apparerent. Invenerunt autem dilectam sibi iamdiu Manichaeorum incredulitatem et atheismum, suaeque sententiae con-
Gr. p. 131. sonam, placitisque faventem, eaque docentem quorum ipsi iamdiu desiderio et amore tenebantur. Propterea plerique istorum postquam confessionem adamussim nostram iurati fecerant, postremo vesaniae illi adhaeserunt: in qua deprehensi nonnulli supremum supplicium, prout leges iubent, gladio animadversi subierunt.

69. Est autem omnium miserrimum, et luctu, gemitu, lacrymisque dignum, quod ab horum opinionibus atque verbis transversi aguntur huius temporis sacerdotes atque episcopi (1): et qui deberent perditas oves revocare et inspicere, utpote recta dextraque sententia deerrantes, et a mala bestia retrahere, has contra per praecipitia et barathra infidelitatis propellunt; quum oporteret potius maxima salutis adiumenta ab his expectare. Quid porro cum iis agitur, vel quid accidit? Contrarium penitus. Cum hebetiores sint magisque magistris suis pecudei, ab his potius decipiuntur, et illicita docentur, deteriori parti se addicentes, aeque ac illi in coeni gurgitem praecipites ruunt, secum operum socios abducunt, et tamquam exitialibus instrumentis suarum adversus orthodoxos contumeliarum atque iniuriarum utuntur. Quippe doni Spiritus unctionem penitus abnegantes, et sacram quamlibet canonicamque regulam abrogantes, atque ecclesiasticae omnis constitutionis ordinationisque obliti, civilibus legibus actibusque vivunt, et mundanis magistratibus sunt obnoxii, et victu, moribus, conversatione, iudiciis, cunctis denique vitae actibus, his obtemperant ab iisque reguntur. Sed non est haec Iacobi portio, neque huiusmodi sunt orthodoxorum dogmata ac sententiae, neque tale vitae ipsorum propositum; immo contraria omnino, ac illi solent perditionis operatores, si certe invicem conferre licet, via pergunt. Atque ut summatim dicam, hi iniquitatem omnem oderunt, virtutem omnem ambiunt, quicquid bonum est honorant, egregia omnia adamant, omnem Deo placitam conversationem sectantur: sanctam omnem rectamque doctrinam recipiunt, quicquid ad sacram ecclesiam adtinet studiose recolunt; per quae Deo appropinquant, aeternique regni heredes fiunt, angelorum consortes, sanctorum sodales; in omni demum re, quod laudabile est et egregium, faciunt. Quorum nihil adversarii agentes, ignominia replentur, divinisque iudiciis damnati in aeternum erunt.

70. Quia (2) vero a Christi hostibus nonnulla iactantur, quae mendacii parens illis adflat, agesis cuiusmodi haec quoque sint consideremus. Gloriantur enim, propter illatam Christo ecclesiaeque contumeliam, diuturnae vitae spatia cum ma-

(1) Intellige potius episcopos sub Leone armenio iterum factos iconoclastas, quam illos pseudo-synodi sub Copronymo, de quibus diximus in adn. ad textum graecum.

(2) Sequentem sesquipaginae tractum ait Petavius se in parisiaco Theophanis codice invenisse, tamquam ex Nicephoro excerptum, quod idcirco in calce posuit historiarum Nicephori in editione luparea. Ceteroqui hic tractus in Theophanis chronico non legitur, neque ad id pertinere potest, quandoquidem Theophanes plene satisque de Copronymo proprio in loco suisque verbis dixit. Fuit itaque hoc potius extravagans aliquod παρεργον codicis parisiaci. Nos vero demum comperimus hoc fragmentum in duobus ineditis chronicis vatic., Georgii nempe Hamartoli p. 189, et Iohannis siculi p. 356. Et variat quidem mediocriter hoc excerptum in praedictis chronicis a nostro Nicephori totius operis codice, cui tamen unice nos adhaerendum putavimus, utpote integro et nulla cuiusquam manu interpolato.

ximis voluptatibus Mamonae fuisse concessa, eumdemque felicitatis culmen adtigisse. Sed et victorias de barbaris et egregia plurima facinora ei adscribunt, quae sobrios homines ne audire quidem aequum est. Sed ne forte aliquibus simplicioribus rudioribusque ea mendacia fraudi sint, coarguenda singula a nobis erunt, ut quantopere stulti se ipsos inanibus his sermonibus ludificentur, intelligant. Igitur cuncta illius perquam turpia fuisse, eumque Deo, angelis, ac religiosis hominibus exsecrabilem extitisse, minime est obscurum. Nam quum in omni se libidinum genere miser hic volutaret, iisque corpus suum et animam conspurcaret, quae barbaris quoque et ethnicis vetita sunt, longe pecudes ipsas foeditate superavit. Atque haec non pauci qui ei administri fuerunt et adhuc vivunt, testari poterunt; nec non et varia corporis incommoda quibus idem fuit obnoxius. Doloribus enim atque cruciatibus, qui explicari dicendo nequeunt excarnificatus, cuiusmodi ulcerosa corpora perpeti consentaneum est, male aerumnoseque erat affectus. Etenim nonnulla membra ulceribus adesa erant, diffluentibus carnium * partibus. Sed et perpetuo furiis perterritus, moleste nocturnum tempus misereque traducebat, deliberata fortasse consilia demorans, dum ei vexata religio ex adverso consisteret. Omitto victus insuavitatem ac turpitudinem: quicquid enim cibi per fauces traiecerat, id statim vomitibus excernebat. Namque illam in famulos saevitiam ac feritatem, atque in exigendis obsequiis acerbitatem, quaenam oppressa corpora dicere queant? Caedebantur quotidie plagis multis illorum terga ulnaeque: neque feris carnivoris humanius in eos fiebat. Iam membrorum mutilationes, et oculorum exeaecationes, ac reliqua id genus horrenda supplicia, iniquasque immerentium hominum caedes, et acerbissimas in flammis mortes, quid adtinet enarrare? quorum partim fortitudini virtutique invidebat, partim gloriae ac dexteritati (1). Namque ii, qui religionis causa, haec et peiora passi sunt, aliam postulant et quidem ampliorem descriptionem (2).

Gr. p. 132.

* gr. σαρκίων.

71. Postremo quum scelerum suorum terminum adtigisset, acutarum febrium ardoribus exaestuans, gehennae flammas, quae se mox excepturae erant, praevisione contemplabatur, ac pervigilis illius vermis morsus praesentiebat, graves sine requie clamores edens; quae erant gehennae quaedam initia. Tum demum impietatis suae sensu paulisper tactus, religionis nostrae adiumenta petebat; et comitantibus se sacerdotibus sacros Christianorum hymnos canere mandabat: qui tamen illico recusabant, numquam se canere solitos aientes, sive res ita se haberet, sive quia illius exhorrescerent crudelitatem et iracundiam. In his ergo tantisque deliciis constitutus, quibus etiam Diocletianum ac Maximianum immortuos accepimus, malus homo male atque infeliciter periens, vitae finem nactus est. Mortuus est autem navigans aliquot extra urbem passuum millibus, dum e Thraciae regionibus reverteretur, in quibus cum exercitu fuerat. Nam terra omnium mater homicidam hunc, qui ipsam innocuis sanguinibus inundaverat ac polluerat, apud se mori non est passa. Quam sunt ergo reprehendendi ac miseri, qui insipienter illum praedicare beatum non erubescunt! Et quidem vitae eius tempus non admodum prolixum fuit; etenim annos haud plus ·LVIII· natus, animam simul et corpus perdidit; et hos ipsos, Deo

Gr. p. 133.

(1) De aulicis proceribus a Copronymo neci addictis Nicephorus in breviario ad an. 766.

(2) Idem Nicephorus op. cit. ad an. 765.

permittente, haud feliciter exegit, quia divinis beneficiis fuit indignus. Vel, ut magis proprie dicamus, Deo tempus proferente, iusteque consulente, ut heic etiam suorum facinorum poenas partim degustaret, moxque non sine gravibus doloribus turpissimam vitam abrumperet, parata sibi a divina ultione supplicia in posterum immortalia et sine fine miser recepturus, acerbiores scilicet ac diuturniores, cum patre suo poenaeque coherede, in gehenna cruciatus perpessurus.

72. Quas vero confingunt eius victorias, eae huiusmodi sunt, ut unam e maximis memoremus. Postquam expeditionem suscepit adversus occidentalem nobis scythicum populum (1), universum suum contraxit sub signa exercitum, commissoque cum hostibus proelio, quam felix fuerit belli exitus, publica sunt testimonia. Nam usque ad hanc diem circa Anchialum (2) urbem, valles campique interfectorum membra demonstrant. Nam scythicis gladiis cunctus paene Romanorum exercitus concisus fuit. Quod si exiguum aliquod nec gravioris plane momenti egit, id quidem legimus in eius litteris ad regiae urbis incolas scriptis; in quibus valde se iactat hic mendacii famulus et sodalis, multum quoque Dei odium infinitis iuramentis ad creatoris contumeliam prolatis, prae se fert; cum videlicet gentem illam adversus duces suos rebellantem deprehendit (namque hoc saepe faciunt Scythae, utpote barbarico more imbuti, et duas in partes plerumque divisi, si forte illos voluntatibus suis obsistentes cognoverint.) Quae seditio tunc accidit cum dominus illorum Sabinus, ad Romanos profugus defecit (3). Tunc igitur gentis civile discidium et seditio, brevem Mamonae rei bene gerendae occasionem dedit. Interim vero orientalium barbarorum vel solam mentionem reformidabat; ita ut in concione dixerit, se non audere vel contra paucos illorum cum universo exercitu suo pugnam
Gr. p. 131. conserere. Sed cum apud ipsos more solito civilis commotus est gladius, ferrumque
* gr. lege ληστ. de partium diversitate decernebat, atque in mutuum ruebant exitium, latrocinali * potius quam militari more ceu incognitus Armeniae provincias invadens, castella illic cepit consentientibus incolis. Armenii autem Syrique christiani erant; neque enim hosti pagano umquam ipse occurrisset; quos etiam, contra datam iureiurando fidem, exules transtulit ad Thraciae fines (4): cuius perfidiae ultionem thracicus campus ut reor nunc clamat. Saraceni vero quum incursionem cognovissent, quamdam gravis armaturae phalangis obviam miserunt, quae quinque millium numerum non excedebat. Quorum adventu cognito, fugam statim cum sequente multitudine arripuit, et ne appropinquare quidem illis est ausus. Haec igitur fortia illius facinora, et de hostibus relata trophaea sunt.

73. Quasi vero alioqui oporteat victoriis strenuisque gestis, et longo imperii periodo, aliisque rebus quibus huius vitae felicitas prosperitasque indicatur, fidem religiosam metiri; et non apostolicae potius doctrinae adtendere, illa autem Dei iu-

(1) Bulgaros et Hunnos, ut ait idem Nicephorus in breviario.

(2) Apud Petavium in dicto Nicephoro excerpto graece Ἀχελών mendose, itemque omnino apud Hamartolum et Siculum. Petavius scripsit latine *Acheloum*, existimans ita emendare; sed vera lectio est codicis nostri vaticani Ἀγχίαλον *Anchialum*. Et quidem vocabuli rectam scripturam habet Nicephorus in breviario ad an. 763, ubi infelicem Copronymi ad Anchialum pugnam describit; praeter aliam calamitatem apud eamdem Anchialum an. 766.

(3) Sabini Bulgarorum ducis defectionem a suis, et ad Copronymum perfugium, narrat inter ceteros, noster Nicephorus in breviario ad an. 763.

(4) Rem memorat noster etiam in breviario ad an. 753.

diciis permittere, qui non fidem rectam tantummodo sed et vitam a nobis moresque optimos et evangelicos praestari vult. Horum enim alterum sine altero mortuum est; et qui uno destituitur, alterum quoque desiderabit: quarum rerum numquam improbis cura fuit. Quamobrem cur non, hoc omisso despectoque, quasi nec regnaverit, neque bella gesserit, neque omnino vixerit, atque ut exigua reputantes ea quae isti extollunt, ad illos transeant qui res magnas in vita sua praeclare gesserunt, victoriasque per universum orbem de cunctis propemodum populis retulerunt, et trophaea adversus hostes erexerunt; diuque viventes, et in magnam felicitatem elati, imperiique illustrem gloriam famamque consecuti sunt? ita ut horum religionem et aemulemur et magnificemus; miremurque feliciter gesta, et stupore prosequamur, eorumque vitam ac mores imitemur; ut in futuro quoque saeculo paratam illis sortem iustissime consequamur (1). Atque ut multis omissis, paucos memoremus. Alexandrum heic Philippi mihi cogita macedonem, qui orbem prope universum obtinuit, cunctosque graecos ac barbaros populos domuit sibique subiecit; qui instar avis volans, celeriter mundum discurrit, et vehementia ac velocitate pardaleos speciem prae se ferebat. Sic enim nonnulli interpretes locum illum (Danihelis *) explicarunt, quia efficacius quam humana spes autumat, mentis suae cogitatus perficiebat. Non enim tardum habebat impetum, sed tamquam uno cursu irruens cunctos devicit. Alii tamen locum hunc de Persarum dynastia intellexerunt. * Dan. VII. 6.

Vel Caesarem mihi narra Augustum, qui maiore spatio post illum, ditionem eius occupans, gloriosum imperium sibi constituit; quandoquidem Macedonum potentia minor quam Romanorum fuit; regnique tempus tam ei prolixum fuit, quam prope universum fuit vivendi intervallum Mamonae. Scio equidem Christi professionem tibi ruborem non esse illaturam, quominus gratum habeas Herodis quoque infanticidium laudari; idque unum dolere, quod quaesitus ille, occisorum numero non sit comprehensus, sed fuga in Aegyptum evaserit. Ecce enim septem supra triginta annis regnum Herodis, ut aiunt, perduravit. Mirare mihi etiam atheniensem Timotheum (2) qui beatus fortunam habuit in vita gerendarum rerum comitem. Cur item Senacherimum non iactas aliosque Assyriorum reges? ut etiam ad vetustiora hinc convertamur; et post illos vel ante illos; Nabuchodonosorum eiusque regnum nonne admiraberis? quamobrem etiam malleus universae terrae ab oraculis Spiritus denominatus fuit *, ad conterenda perdendaque omnia quibus ingrueret. Medi vero et Persae, quatenus a Deo sanctificati * et deducti, gigantesque advenientes cum gaudio simul et contumelia, nempe ut iram sanctificantis eos complerent. Et christus Dei Cyrus, qui illorum dux erat, appellatur *; hic, inquam, nonne te celerius ad fidem perducet? Mitto plura, ne verborum cumulus fiat. Sed dices, Mamonam Thraciae castella muris communisse (3). At quoniam tibi hoc ad fidem religiosam magni momenti est, tribue gloriam huius fidei Romulis atque Re-

Gr. p. 135. · * Hier. L. 23. · * Hier. XXII. 7. · * Is. XLV. 1.

(1) Nempe etiam Zuinglius in fidei suae confessione ad Franciscum I. Galliae regem, cum sanctis utriusque testamenti hominibus collocat portentose in paradisi sedibus Herculem, Theseum, Socratem, Numam, Catonem, aliosque aliquot ethnicos rebus gestis celebres.

(2) De celebri hoc Timotheo, discipulo suo, diu loquitur Isocrates in orationis de permutatione parte nova, quam nos Mediolani olim latinam fecimus atque illustravimus, quo tempore litterarii cursus nostri tirocinium posuimus.

(3) Nicephorus in breviario ad an. 753.

mis, et Romae maximae cogita celebritatem, et excelsum fundationis eius decus. Aemulare religionem illius, qui magnam condidit Alexandriam, loci obstupesce opportunitatem, Nilique arva irrigantis incrementa annua, eumque ut fructiferum honore prosequere, atque ita a veteris Aegyptiorum superstitionis errore non aberis. Ninus tibi caput professionis esto, qui suo nomine urbem Niniven excitavit, cuius transitus trium dierum itinere demum perficiebatur.

74. Transi hinc, si tibi volenti est, ad israheliticae gentis reges, eorumque felicitatem et regnandi spatium considera. Unus tibi instar omnium sufficiet, decus enimvero ingens et gloriam religionis habens! Est hic Hieroboamus servus et rebellis. Postquam enim Salomon prophetae Davidis filius ex hac vita migravit, ille ex Aegyptorediit, ubi profugus antea latuerat. Tanta vero fortuna ac felicitate usus est, ut gentem in duas partes secare potuerit, et plurimum tribuum numerum abducere, propriamque ditionem ac regnum sibi segregare, et regia praetoria statuere, atque a Dei cultu populum abstrahere, daemonibusque exitiosis admovere, aureas vitulas, loco sacrae religionis, stultorum adorationi proponens. Quibus longe anti-
Gr. p. 136. stabat, pulcritudine operis, acclamationibus, et harmonia musica resonantius, prodigium illud tuum (1) aureis ornamentis permirum, et incautorum oculos varietate ac magnitudine attrahens, illud inquam babylonicae statuae ab artificibus aemulanter oppositum. Quis tibi videtur magnus ille audax Ozias, qui rem supra suam dignitatem attentavit, ideoque lepra percussus? Manasses autem, te iudice, nemo parem habebit; hic enim omnes impietate et atheismo celebres superasse narratur, qui omni scandalorum atque abominationum genere se subditosque suos obruit. Atqui horum, alter annos quinquaginta, alter vero quinque supra quinquaginta iudaici populi tenuit imperium. Irridebis autem ac despues religiosum Iosiam, qui pietatis suae testem Deum habuit, ceterisque recta fide antecelluit, quia inglorius vitam finivit a nescio quo pugnatore vulneratus, dum proelii pericula non satis cavet. Illorum omnium, regni spatium praesentisque vitae felicitatem admirans, mores imitare, et vitae genus ac religionem ambito; plaude, acclama, laudibus eximiis orna: vitam sectare, facta aemulare, libationes demum ac victimas illis adfer, gaude eis sacrificans, atque ut tuis haec adhibe, si placet, adora, hymnis celebra, sacris ritibus cole, responsiones fatidicorum audi, interroga geomanticos, engastrimythos consule. Quid aliud dicam? curre ad daemones, a quibus magister tuus agebatur, ut facilius sis felix, ut pane vinoque implearis, reque omni quam terra suppeditat, quaeque a terrenis appetitur. " Filii hominum (magnus vobis inclamat David, ,, ceu vocalissima tuba, tamquam de specula celsoque loco praedicans) usque quo
* Ps. IV. 3. ,, gravi corde? cur diligitis vanitatem, et mendacium quaeritis *?

75. Grande aliquid isti existimant esse res praesentes, et corruptibilibus atque caducis totum vitae negotium circumcludunt. Unde, inquam, tibi parva illa, quam tantopere iactas, felicitas? unde, quaeso, stipendia eum comparasse putas? Nisi tibi molestus est sermo, audi et cognosce. Christi inimicissimus, auri amantissimus tyrannus, pecuniae mancipium, qui Lydum illum (2) auri insana cupiditate vince-

(1) Videtur loqui Nicephorus de aliqua Copronymo erecta insigni statua.

(2) Midam scilicet, quod nomen imponit Copronymo Nicephorus etiam in breviario ad an. 767, quo loco narrat totum paene imperii aurum ab illo in aerarium suum congestum fuisse, spoliatis populis.

bat, aurumque ac ventrem loco Dei habebat, exactor gravissimus et inexorabilis, tributariorum clavum magis magisque adgravabat frequentibus annuisque tributorum incrementis, agricolas omnes premens et opprimens iniustissime, adeo ut uno nummo aureo universa viri agricolae substantia emi facile posset. Novi ego tributorum causa infelices homines celsis procerisque arboribus manibus illigatis suspensos, ita ut in aëre diu alte penderent; atque hanc acerbam violentamque pertulisse poenam, quia publica tributa solvendo non erant. Tu vero non erubescis neque infra humum te abdis, qui proximorum tuorum vitam devoras, et popularium Gr. p. 137. carnes, immo potius ipsas animas, levi auri pondere vendis; ac tuas delicias lucrumque exitiosum alienas calamitates facis?

76. Ideo tu imperii diuturnitate et felicitate gloriaris? Magnae tibi videntur res praesentes, et omni admiratione dignae? Commove deinceps contra creatorem linguam: armatas adversus Unigenitum exsere manus: contemne Christum, quia in terram adveniens, humili vilique specie apparuit, atque omnium pauperrimus, neque habens ubi caput reclinaret, vulpibus avibusque egentior, brevem discipulorum numerum trahens, atque hos egenos ac pauperes: morti turpissimae ceu maleficum sontemque addicito: irride crucem atque passionem, quam tui causa subiit: prodigiis discrede, miracula despue, ludibrio habe cum Iudaeis resurrectionem, obiurga discipulorum inopiam, sine pecunia, sine baculo, una cum tunica quaqueversus euntes aspernare; et pulcros evagelizantium pedes, infaustos existima: deride testes veritatis in doloribus et adversitate patientes: facultatum omnium iacturam sannis prosequere, et ad quamlibet perferendam molestiam alacritatem, pericula ipsamque mortem tolerandi fiduciam vitupera. Idcirco tibi vitandi videntur sancti, amabiles autem persecutores; quia illi quidem succubuerunt, nihilque rerum praesentium lucrati sunt; at hi possessione gloriae non exciderunt. Ignoras enim alia esse sanctorum recte facinora, vera fide speque prout ipsi iudicant digna, sempiternam vere gloriam splendoremque perpetuum comparantia. At persecutorum prava sunt opera et scelesta, et ipsorum atheismo digna: quae cum eorumdem memoria statim extinguuntur, veluti fumus a turbine celerrime dispergitur; quamquam ea tibi in admiratione sunt, qui praesentibus tantum es addictus, nullamque repositorum dignis bonorum in futuro aevo spem foves.

77. Risui tibi esto sanctorum et ascetarum virorum vita, qui in corpore angelicos et sine carne mores demonstrant. Maledic continentiae, humilitati, mansuetudini, silentio, patientiae, chaumeniae, paupertati, solitudini, mundi mundanarumque rerum fugae, et aliis quibus Deus delectatur et gaudet: os dilata adversus angelicum et apostolicum indumentum (1): coge eos qui in solitaria vita honorabi-

(1) Iohannes siculus ms. chron. f. 165. b. ubi de monachatu, praesertim ex Eusebii historia eccl. Πόδες γυμνοὶ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι, μηδὲν νεκρὸν φέροντες· κουρὰ συμμετρος, περιβολὴ τῦφον κολάζουσα, ζώνη τῷ ἀκόσμῳ κοσμία, μικρόν τι τοῦ χιτῶνος ἀναστέλλουσα, καὶ ὅσον μὴ ἀναστέλλειν βάδισμα εὐσταθές: *Nudi pedes, apostolica vestigia prementes, neque aliquid mortuum gerentes: tonsura congrua: vestis quae fastum cohibet: zona inornatum hominem decens, quae tunicam aliquantulum contrahit, quantum gressui non impediendo satis est.* Porro etiam Hamartolus in chronico inedito post longam monasticae caelibisque vitae apologiam ita concludit p. 89-90. Ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν ἐρανισάμενος ὀλίγα ἀναγκαίως συντέθεικα διὰ τοὺς ἐπαποροῦντας πότε καὶ ποῦ καὶ πόθεν ἡ τῶν μοναχῶν ἤρξατο διαγωγὴ καὶ ἄσκησις καὶ τάξις· ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ τὴν μοναδικὴν πολιτείαν, μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησιας θείων παραδόσεων καὶ θεσμῶν, εἰκονομάχοι δυσσεβῶς καὶ ἀνοήτως ἀποβαλλόμενοι καὶ διαπτύοντες; ἀρτιφανεῖς ἰουδαῖοι, καὶ κατὰ τὸν ἀσεβῆ καὶ θεοστυγῆ

liter vivunt, coge inquam professionem Deo factam violare, vitae genus refingere, habitum immutare, nigram asperam laceramque vestem deponere, candidamque et splendidam induere: duc in publicum, in theatrum impelle, accusa, calumnias necte, turpitudines excogita (1): ob quas, nisi voluerint votorum Deo oblatorum transgressores fieri, damnentur innocui et insontes: indignos memoria (2) appella, quandoquidem etiam Christus, quantum in te est, divinitate expunctus simplex homo appellatur. Haec Christus tuus (3) atque magister, persecutor meus, et Christianorum, immo potius ipse Antichristus. Voluptatem huius vitae quaeris? Sinceram fidem, et actuum puritatem et spectabilitatem voluptate vis metiri? Profecto potes, siquo teneris veritatis studio, actuum considerata natura, qui a pietatis in Deum finibus procul absunt, hinc cognoscere quam sint fallacia ac despicabilia ea dogmata, quae animae periculum creant; atque ita demum magistros horum ac patres repudiare et abiicere.

Gr. p. 138.

78. Secus vero, superiorum fidelium regum qui magnum atque laudabile pietatis studium habuerunt, professionem et de Christi incarnatione sententiam recipe et amplectere; atque horum cogita magnificentiam atque splendorem, nec non fervorem quem erga immaculatam omnique reprehensione carentem religionem nostram ostenderunt, et rectorum dogmatum custodiam atque observantiam. Constantinus magnus heic proponatur, ceu culmen et ara pietatis tibi spectandus; ut ex eo sermonem auspicer, qui pari atque hic temporis spatio dominatus est; et vide quam fidelis Deo visus sit et extiterit, quantaque regni sui tempore effecerit: aras ac fana, in quibus abominandorum daemonum cultus peragebatur, a fundamentis evertit, sacrificia illorum et imitationes omnino exterminavit, Deique roborans confessionem, sacra templa nostra condidit et ornavit, liberalitatem plurimam et magnanimitatem erga eas expromens, libertatemque et fiduciam Christianis largitus est. Quin etiam in religiosis a se funditus aedificatis Deo templis sacra symbola magnae Dei oeconomiae, prodigiaque et divina signa et Christi sanctorumque eius passiones perspicue magnisque impensis depingendas curavit, idque etiam in sacris vasis alibique honorabiliter effecit. Atque hinc sacris aedibus ornatum et pulcritudinem conciliavit, divini simul mysterii explicans edisserensque vim, et spectatores ad religionis memoriam excitans, eo plane modo quo narrantur ab evangeliis, quae sunt harum rerum testimonia indelebilia. Ipsa itaque templa magna immensaque voce orthodoxiam eius clamant (4). Neque secus, qui conservantur adhuc cu-

μυσταγωγὸν αὐτῶν Κοπρώνυμον νέαν καὶ πρόσφατον ταύτην δογματίζοντες ἐξ ἄκρας μανίας τε καὶ ἀπονοίας καὶ ἀβελτηρίας· μὴ νοοῦντες μή τε ἃ λέγουσι, μή τε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται· ἡμεῖς δὲ ταῖς διδασκαλίαις τῶν ἁγίων πατέρων ἑπόμενοι, καὶ ἀρχαίαν ταύτην καὶ παλαιὰν πιστεύομεν ὑπάρχειν. *Pauca haec e multis decerpens necessario congessi, propter eos qui nesciunt quando et ubi et undenam monachorum institutum asceticum ordoque coeperit. Ubinam ergo sunt Iconomachi, qui monasticam vitam, una cum ceteris apostolicae ecclesiae divinis traditionibus, impie stulteque reiiciunt ac despuunt? novi scilicet Iudaei, qui irreligioso Deoque odibili duce Copronymo, novam hanc recentemque sectam per summam insaniam, dementiam, ruditatemque excogitarunt; nec quid dicant, neque quid adfirment gnari. Nos autem sanctorum patrum doctrinis obsequentes, hanc utique antiquam credimus et a religionis primordiis deductam.*

(1) Haec paulo uberius narrat idem Nicephorus in breviario ad an. 765.

(2) Probrosum nomen a Copronymo monachis impositum ἀμνημόνευτοι *immemorabiles, illaudati.*

(3) Hoc loco sic dictus Mamonas, seu avaritia, ut monui ad gr. text.

(4) De Constantini magni sacris aedificiis recole adnot. p. 66.

sorum ab eo numismatum typi (1). Hinc res feliciter gestas cognosce, qualesque et quantas de extraneis victorias retulerit, et quomodo illi imperium excreverit, et *Gr. p. 139.* vita prospera fuerit, et aetatis spatium quantum humanae vitae abunde convenit, expleverit. Quid opus est dicere quam illustris atque gloriosus quoad vixit extiterit? Quod si aedificationum opera admirari tibi placet, cerne in transitu Byzantium in quantam gloriam ornatumque extulerit, tantopere augens, pulcris moenibus septisque, prout idoneum erat recipiendae regiae Romanorum stationi. Cur enumerem aedificiorum multitudinem ac magnitudinem, quibus ex omnibus summam est gloriam adeptus, quae neque visentibus facile est comprehendere, neque scribentibus possibile est exponere. Perge porro, et ad sequiora tempora veniens, disce quae post illum reges rectitudine dogmatum praediti effecerint. Specta mihi, si vis, Theodosium, ut de aedificiis sermonem continuem, quantum eamdem Constantini urbem ampliaverit ac magnificaverit, et qualia templa, utpote eamdem ac maiores sui orthodoxiae rationem retinens, struxerit. Reputa annorum numerum, qui tibi maxime cordi est et optabilis, regni eius prolixitatem, tu qui diuturnitatem in hoc mundo exoptas, et fluxas res absurdissime adamas. Etenim duobus supra quadraginta annis in regio throno refulsit (2).

79. Sed cur iam haec? Mirare, si certe melioris rei discretione polles *, avi ** gr. πεπίστευται.* eius Theodosii magni erga Deum Deique famulos reverentiam. Quod enim circa Servatoris nostri incarnationem studium fidemque habebat, tum sacrae apud nos aedes ab eo aedificatae, tum etiam illae in occidente fundatae (3) depraedicant: tum et illi adversus barbaras concessas victorias plurimas libri narrant. Quarum rerum si vel unam audies, nisi tibi animi sensus prorsus obtusi sunt et debilitati, erga quoque cetera viri clara facinora propensiore animo eris. Hostilibus aliquando populis magno numero circumsepientibus, bellumque atrocissimum intendentibus, ille ut more religioso praeditus, et fide erga Deum praefervidus, quod ei optimum consilium his contingentibus esse solebat, nempe ut armorum apparatui minime confideret, neque de exercituum multitudine sese iactaret, nec multum securitatis in virorum strenuitate collocaret, sed ad divinam potius opem semper confugeret, tunc enim vero ita se gessit, atque invicto huic adiutorio confisus est. Misit ergo ad quemdam in Aegypto Deo plenum virum, qui mirabilibus operibus inclytus erat, adhortans eum ut ad se veniret, quò illius precibus manuductus, proelium contra hostes capesseret. Ille autem adventum suum religiosi animi causa distulit, sed postquam orasset super baculum cui innitebatur, superque maphorium quod circa collum gestabat, misit ea ad Theodosium: quibus hic cum fide * et religione susce- *Gr. p. 140.* ** gr. πιστῶς.* ptis, iisque confisus, maphorio quidem pro galea caput ceu iussus fuerat involvit, baculo autem lanceae loco dexteram armavit. Ac primus ipse ex universa acie sua procurrens, in hostes irruit. Quod quum barbari vidissent, in fugam statim sunt versi omnes, seque mutuo prementes magnam internecionem sunt perpessi, et quidem nemine adversario propinquante aut feriente. Sic ergo tunc illustre trophaeum de hostibus reportavit. Ex illo igitur tempore per omnem vitam his mirabilibus ac

(1) Vide adnot. ad text. gr. p. 138.

(2) Videsis adnot. ad text. gr.

(3) Puta basilicam ostiensem, de qua nos diximus in praefatione ad Symmachum oratorem.

victricibus armis praecinctus magis quam diademate regio gloriabatur, loco cuiusvis armaturae his semper ornatus, eisque utens. Hac mirabili victoria ubique famigerata, magnae Alexandri urbis incolae publicum festum atque panegyrim singulis annis huius causa agitabant, quod iconium appellabant; nam regis iconem depinxerant, cum ipsis armis quibus olim incinctus fuerat effigiantes; quae res mirum illud quod olim acciderat praedicabat (1).

80. Sed non ita se gessit magister tuus Mamonas, cui nec religio nec fides inerat, sed impudenter atque furiose contra Deum sanctosque viros agebat, qui anathema apud ipsum erant: atque hunc apostolicum angelicumque monasticae vitae habitum abominans, qui est religioni eponymus, nomen monachis " immemorabiles ,, imposuit. Est enim religio peccatori detestabilis. Quae vero adversus illos tyrannice tyrannus fecit, dum promissas Deo professiones abolere cogens, et sacro habitu abiecto laicalem induere; insuper dum ex his aliquot mulieribus copulari coëgit, et in ludis circensibus monachos et monastrias venerandas virgines, binos illigans publice traduxit, irreligiosissime atque iniustissime et contra omnem Christianorum legem sic agens, et quaecumque alia in eos fecit illegitima et impia, maiores quam hic sermonis negotium est (2).

81. Sed age hinc ad posteriores reges, si lubet, descende. Considera vitae annos et felicitatem, quoniam tibi fidei criterium sunt victoriae de hostibus, et praesentis mundi res illustres. Tu novae fidei, seu potius novi dissidii atque infidelitatis auctor, ingrati animi creatura, et luxuriae mancipium, specta veterem Iustinianum, quam ferventer et publice Verbi incarnati imagines honoraverit: hic duo
Gr. p. 111. de quadraginta annis romanum imperium tenuit. Quanta autem adversus barbaros felicitate usus fuerit, plurimae de illo et gravissimae historiae narrant, idque notum iis qui studiose eos libros revolvunt. De conditis aedificiis gloriaris, eaque ad fidei testimonium adsumis? Alia quidem omitte plurima et maxima et quemvis numerum excedentia, in quibus magna formarum varietate et Verbi incarnationem et sanctorum certamina depingenda curavit, per sacra nimirum templa et alia aedificia. Unum tibi pro omnibus satis erit, quod nomen habet a sapientia Dei Verbi, templum. Hoc est miraculorum mirabilissimum, toto orbe famigeratum, omnium quotquot in historiis memorantur, immensa amplitudine, et eximia pulchritudine, stupendissimum visuque dignissimum. Heraclio autem, ut intermedios praetermittamus, ne parem quidem invenire facile est. Quantus eius fuerit erga has res religiosas amor ac veneratio, magna voce praedicant excitata ab eo templa; cuius etiam non manufactas servatoris nostri Christi imagines tempus conservavit, quarum potissimum amore et studio aestuabat; ut neque domo discederet, neque iter absque illis adgredi vellet, sed his peregrinationis comitibus ducibusque tutis uteretur (3). Preces vero eius ad purissimam dominam nostram Dei matrem, sanctorum commemoratio atque invocatio, quantae fuerunt? Ne respirare quidem absque harum usu solebat. Quaenam porro fuerint res gestae eius ob hanc tantam fidem ac re-

(1) Rem hanc non S. Sophronius tantummodo, quem p. gr. 140. citavimus, sed et alii byzantinorum rerum scriptores, quos inter Hamartolus et Siculus, referunt.

(2) Nicephorus ipse in breviario, et passim byzantini historici.

(3) Adi adnotationem ad textum graecum. Sic etiam in subsequentibus

ligionem, urbes atque provinciae clamabunt, quae tunc in Persarum potestate erant, sed fide illius ac laboribus plurimis recuperatae sunt, Romanisque saluti fuerunt. Has enim incuria et ignavia superiorum imperatorum, immo potius multorum peccata, hostibus prodiderant. Spatium quidem regni eius trigesimum superavit annum, vitae autem universae tempus duplo maius. Atque ita tum superiores, tum etiam subsecuti imperatores ac principes pietate illustres, et vixerunt et res suas administrarunt. Quid ad haec ais? ubinam magistri tui res gestae? Si volueris quae tu in eo miraris cum historiis comparare, quid fiet? gutta prae oceano, quae tu iactas prae illis reputabuntur.

82. Attamen illi quidem neque dum prospere agerent, evangelicae nostrae doctrinae depictis historiis infensi fuerunt, neque adversa fortuna utentes manus sacris imaginibus adtulerunt: nam neque Christianorum religionem praesentium negotiorum cursui comparabant. Nihil enim stabile ac firmum vitam hanc habere constat, sed sus deque converti, et numquam in eodem statu manere, et modo bene rem geri, modo in contrarium vergere: donec apostasiae tempus supervenit, et hi purae nostrae fidei calumniatores et apostatae, ceu ferae quaedam in Christi ovile incurrentes, quicquid pium est corruperunt, vetustissimas sanctae ecclesiae ac di- Gr. p. 162.
vinas definitiones atque decreta illicite impieque propter peccata nostra subvertentes, iudicium suum, vel potius turpitudinem, Dei indicio praevertentes. Atqui tu quidem fidei nostrae explorator infidelis et reprobus compertus es. Neque enim examen in religione exquiritur (hoc enim incredulitatis officium est) sed animae simplicitas, et purae mentis incuriosus adsensus (1). Hanc enim esse fidelis hominis genuinam notam, exploratissimum est. Nos autem infidelitatem revera considerantes, et rerum eventibus mentem intendentes, tuto veritatis criterio freti dicimus, ob tuorum magistrorum impietatem, atque in Christi ecclesiam iniurias, provincias plurimas, urbesque magnas ac gentes, quae fidei nostrae pietatem conservaverunt, atque in his potissimum prope occidentem solem nationes, a nobis defecerunt (2): quo factum est, ut iamdiu facta divisione, romanum imperium debilitatum sit atque imminutum.

83. Multae igitur hominum tunc viventium animae errore deceptae et corruptae cum fuerint, nunc aeterna damnatione tenentur. Tibi vero (3) prostant illorum, qui incolumi pietate regnarunt, opera et prosperitates et anni: si quidem tibi fides in his evidens magistra est: haec te per omnem viam salutarem deducent, si certe animae salus tibi cordi est. Horum aemulare fidem, spe erga Deum fretus, piosque et optimos actus exsere, praesentia despice, ad futura contende, Deumque operum expecta iustissimum iudicem; ne mundanis tantum rebus deditus, una cum iis qui haec ignorant, in illo inexorabili tremendoque iudicio, gehennae tradaris in perpetuum plectendus: ubi nemo est rex aut idiota, dives aut pauper, amicus aut cognatus, qui alteri opem ferre queat. Unusquisque enim suis

(1) De hac fidei christianae definitione ac natura diximus p. 86. adn. 1.

(2) Rem narrat inter ceteros Zonaras lib. XV. 4, nempe quod Romani, pontifice Gregorio (III), propter causam ss. imaginum a Graecis ad Francos defecerint.

(3) Nunc adloquitur generatim sui temporis Iconomachos Nicephorus: vel ipsum, tacito nomine, Leonem armenium imp. haereseos instauratorem.

operibus coarguetur, vel gloria donandus, vel ignominia notandus. Sed nisi prorsus infidelitate es obrutus, dabis sedulam operam ut ex erroris barathro enates, et ad veritatis rectum iter respicias. Atque ut quid sit utile et tuae felicitati congruum, agnoscere possis, audi porro unde et quomodo secta haec, vel potius apostasia, ortum atque progressum ceperit: nempe ut perspectum habeas, non esse hanc regiam sed iudaicam sententiam ac maleficium. Nam post ceteras cunctas haereses, quae in Christi ecclesia ab hoste satae malam segetem extulerunt, haec quoque peracerba irreligiose succrevit spina, quae illarum consortio adiungitur, et in praedictis centesima secunda numeratur (1). Est autem huiusmodi.

Gr. p. 153. HAERESIS CII. CHRISTIANOCATEGORI SIVE ICONOCLASTAE.

84. Christianocategori appellati sunt, quia Christianos uni veroque Deo, qui in trinitate adoratur, cultum deferentes, calumniati sunt quasi venerandas domini nostri Iesu Christi, et immaculatae dominae nostrae Deiparae sanctissimae, nec non sanctorum hominum imagines, tamquam deos, ethnicorum more, latreutica observantia colant. Quumque hi haeretici imagines velut idola abominentur, Christi ecclesiae contumeliam intulerunt, tum illas evertendo, tum homines qui iuxta traditum ab initio Christianis morem easdem venerabantur, diris suppliciis excruciando. Porro haec plane iudaica Deoque odibilis sententia est. Age vero huiusce haereseos, hanc prisci aliquot originem fuisse tradunt. Vir quidam in urbe Tiberiade non ignobilis, iudaicae sectae adsecla, atque inter suos populares praecipuus, cui cognomen tessaracontapecho erat; hic, inquam, improbi daemonis instrumentum factus, quem totum in se receperat, veneficiis et incantationibus, ceu arti cuipiam, operam dabat: Christianisque infensus, ac livore adversus Christi ecclesiam exaestuans, tempus observabat, quo ad veram religionem vastandam adgrederetur. Nactus itaque Saracenorum tunc principis cui nomen Iezidus (2) facilem animum, conciliata sibi illius familiaritate, studium erga ipsum, uti par erat, obtendens, quaedam eidem grata vaticinabatur; simulque promittebat, si suggestionibus suis morem gereret, imperii longaevitatem, tricennalem scilicet in regno diuturnitatem. Hic pro mentis suae levitate in spem erectus, quippe qui luxuriosae vitae indulgeret, et libenter amplecteretur quae ad libidinem propagandam conferrent, impii hominis postulationi assensus est, nempe ut in tota ditione sua subditis sine mora mandaret, quamlibet erectam imaginem, et cuiusvis animalis expressam similitudinem deiicere ac destruere (3). Diabolicum hoc Dei hostis consilium erat, qui do-

(1) Nempe hunc ordinem numerumque habet in opusculo Damasceni de haeresibus; apud quem auctorem priora capituli verba eadem sunt atque Nicephori. Verumtamen Damascenus paucis mox versibus rem absolvit.

(2) Iezidus caliphatum tenuit ab anno Christi 680. ad 683. Vide Abulpharagium chron. syr. dynast. X. ad praedictos annos, nec non art. de verif. les dates. Quod autem heic dicitur Iezidus trigesimo regni mense mortuus, id innuit fucum ei factum fuisse a Iudaeo anno regni primo.

(3) Mahumetum eiusque adseclas sacrarum imaginum infensissimos hostes fuisse narrat Maraccius in prodromo ad Coranum cap. XXII. p. 70. seq. Item in refutatione surae secundae p. 17. seq., satisque constat, ex vicinia et exemplo Saracenorum graecos quoque nonnullos imperatores, nec non episcopos, errorem illum contraxisse; quod mox Nicephorus pariter innuit, itemque in secunda nicaena dictum fuit. Ipsi vero Saraceni parentes erroris sui habuere Iudaeos. En igitur Iconomachorum quasi stemma atque prosapia, Iudaei, Mahumetani, Christianocategori seu ipsi Iconomachi.

lum celabat, quatenus omni eversa effigie, omnem perinde picturarum sacrarum ornatum, tacito artificio pessumdaret. Ubi profanum hoc decretum promulgatum fuit, una cum ceteris imaginibus et statuis, mox per Christi ecclesias sacrarum quoque iconum decor prosternebatur, quarum alias eradebant, alias pulvere oblitas delebant, alias denique cum ipsis sacris aedibus, vasis, et vestimentis igni tradebant: atque haec profanis impurisque manibus perpetrabantur; namque hostium Christi Iudaeorum ac Saracenorum opera adhibita est: quia Christiani, quamquam vi compulsi, hoc tantum scelus adtingere recusarunt. Iamvero id malum sic ortum et auctum, per Romanorum subinde imperium grassatum est: cuius labem non *Gr. p. 111.* vulgares aliqui, sed ipsimet sacerdotii principes contraxerunt, nomine quidem pastores, re vera et animo lupi, quorum in numero Nacoliae tunc episcopus fuit (1). Hi videlicet parem ac Dei hostes sententiam et operam prae se ferentes, Dei ecclesiae contumeliosi extiterunt.

Quem vero finem hebraeus ille scelestus, qui mali auctor fuerat, nactus sit, silentio praeterire non licet. Etenim Iezidus ille, quum ultra biennium mensesque sex exinde superstes non fuisset, male periit. Huius vero filius (2), in paternum regnum succedens, praestigiatorem illum tamquam patris seductorem, acerbissima et immani nece multari iussit, quò nequitiae suae digna praemia referret. Tunc per orientem ecclesia ornatum suum recuperavit, et sacrarum imaginum instauratio subsecuta est. Attamen quum huius amaritudinis radix in romanam remp. iam fuisset insita, ea subinde ipsum illum occupavit, qui tunc imperium tenebat. Fuit hic Leo (3) nomine et moribus, qui quoniam paribus ac barbarus ille intemperantis libidinis stimulis compungebatur, furore adversus religionem amens, augustorum templorum picturam totam delere studuit. Cuius principatum Constantinus filius excipiens, inconciliabile orthodoxis bellum indixit: synodum (4) nefariorum sacer-

(1) Erat hic nomine Constantinus, deque eo loquitur sanctus Germanus patriarcha in libello suo de haeresibus a nobis edito Spicil. rom. T. VII. Videsis ibi p. 58, cum nostra adnotatione. Iamque nobis gratulari licet quod duorum fortissimorum adversus Iconomachos bellatorum, Germani regnante Isaurico, et Nicephori dominante Armenio, scripta optima ex vaticanis codicibus efferre contigerit.

(2) Moavias videlicet, qui caliphatum susceptum paulo post abdicavit.

(3) Leo isauricus imperium adiit anno 717. Ergo a Iazidi aetate parum abfuit, quo medio intervallo iam error ss. imaginibus infestus vires ceperat in romano etiam vel potius graeco imperio, ut supra dixit Nicephorus.

(4) Copronymi hanc synodum episcoporum CCCXXXVIII fuisse narrat noster Nicephorus ad an. 753, eique Theodosium ephesinum archiepiscopum praefuisse, subscribentibus irreligioso decreto pro pudor! omnibus; quod etiam in foro fuit sollemniter promulgatum. Synodi praedictae historiam sic tradit in chronico adhuc inedito Georgius hamartolus cod. vat. p. 188. nec non Ioh. siculus cod. vat. p. 353. Ὁ δέ γε τύραννος βασιλεὺς τὴν πόλιν ἐάσας, τὴν Νικομήδειαν καταλαμβάνει. καὶ ἐκεῖσε διέτριβε μέχρι πολλοῦ· ἐπανελθὼν δὲ σύνοδον συναθροίζει κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐν Βλαχέρναις, ἐν ᾗ πολλὰ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν κενολογήσαντες οἱ ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης, καὶ τὰς μιαρὰς χεῖρας εἰς ὕψος ἄραντες καὶ ἀλαλάξαντες, ἔρρηξαν τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην φωνὴν λέγοντες· σήμερον σωτηρία τῷ κόσμῳ γέγονεν, ὅτι σὺ βασιλεῦ ἐλυτρώσω ἡμᾶς ἐκ τῶν εἰδώλων. Ὢ τῆς ἐσχάτης καὶ τολμηρᾶς αὐθαδείας καὶ ἀπονοίας καὶ βλασφημίας τῶν χριστομάχων καὶ ἱεροκαπήλων, καὶ τῆς ἀκολάστου γλώσσης αὐτῶν καὶ γνώμης ἀγνώμονος· εἰ γὰρ ὁ τῆς ἀσεβείας πρώταρχος οὗτος, αἴτιος τῆς εἰδώλων καθαιρέσεως, μάτην ἄρα γέγονεν ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Χριστοῦ, κενὴ δὲ ἡ τῶν ἀποστόλων διδασκαλία. *Imperator tyrannus regia urbe relicta, Nicomediam se contulit, ubi diu commemoratus est. Deinde illinc discedens, synodum coegit adversus sanctas imagines in Blachernis, qua in synodo, episcopi ignominiae vana multa adversus Deum Christumque ipsorum obloculi sunt; tum etiam impuris elatis in caelum manibus cum clamore, deploranda illa crepuerunt verba: hodie salus mundo facta est, quia tu, imperator, liberasti nos ex idolis. O summae audaciae temeritatem, dementiam, atque blasphemiam Christi hostium et rem sacram pretio prodentium! o effrenem ipsorum linguam, et inconsultum consilium! Nam si hic*

dotum coëgit, impiumque irreligiositatis suae decretum edidit (1), ut sacrae imagines omnino auferrentur; quique eas colerent, vel ipsarum patrocinium verbis orarent, diris cruciatibus ac suppliciis adficerentur, crimen his idololatriae intendens, quasi imagines uti deos adorarent. Sacrum praeterea monasticae vitae institutum prorsus aboleri, et ludibrio haberi praecepit, monachosque aut vestem mutare, aut variis suppliciis addici. Ergo ex hactenus dictis exploratum vobis est iudaicae mentis hoc fuisse dogma: tum etiam christiana doctrina cuiusmodi sit, non ignoratis. Vestri igitur liberi arbitrii deliberatio est, utrum bonum et utile, an malum et noxium eligatis.

impietatis dux et auctor, causa fuit idolorum destruendorum, frustra Christus homo factus est, vana item apostolorum doctrina fuit. De his diu multumque Nicephorus in apologetico maiore. Iam nequis forte scandalum patiatur, quod tam numerosa synodus iconoclasticum errorem professa sit; is, quaeso, consideret caruisse hunc Copronymi coetum cunctis illis auctoritatis notis, quas noster Nicephorus in hoc apologetico cap. 25. tribuit verae et orthodoxae Nicaenae II., quae nimirum fuit oecumenica, libera, legitime congregata, romanaeque ecclesiae praesidatu munita. At iconoclastica nec generalis fuit, neque regulis canonicis convocata, neque tyranni timore libera, et ne patriarcha quidem ullo praesidente decorata. Hoc tantum ex eo deplorando conventu cognoscimus, magnam tunc fuisse in episcopatu graeco corruptelam et indignitatem.

(1) Utrum scriptum illud Iconomachorum, quod Nicephorus in his antirrheticus articulatim refutavit, pars fuerit huius decreti, an aliud quodlibet, regia tamen auctoritate nutuque compositum, haud satis scio. Iconomachorum libri memorantur in apologetico maiore cap. 9, et alibi. Porro hos intercidisse, nil mirum est; quandoquidem nicaenae II. synodi act. 8. extat canon περὶ τοῦ μὴ κρύπτειν τινὰ χριστιανοκατηγορικῆς αἱρέσεως βίβλον, κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων γενομένην, *nullum haereseos Christianocategororum adversus sanctas imagines librum esse occultandum;* δέον ἐδοθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ Κωνσταντινουπόλεως, ἵνα ἀποτεθῶσι μετὰ λοιπῶν αἱρετικῶν βίβλων, *sed in episcopio Constantinopoleos deponendum, ut recondatur cum ceteris haereticorum libris.* Poena vero transgressoribus praecepti decreta fuit, episcopis quidem, presbyteris ac diaconis, muneris abdicatio; monachis et laicis excommunicatio. Ergo pravorum librorum a bonis secretio non apud romanam tantummodo ecclesiam verum etiam apud orientalem in more fuit. Ad romanam autem quod adtinet, insigne est Virgilii antiqui grammatici a me editi (AA. class. T. V. p. 41.) testimonium ita loquentis de gentilium libris. *Hunc morem ex apostolicorum auctoritate virorum romana tenuit ac servavit ecclesia, ut christianorum libri philosophorum sepositi a gentilium scriptis haberentur etc. Hocce subtilissime statuerunt, ut duabus librariis compositis, una fidelium philosophorum libros, et altera gentilium scripta contineret; ne fidelibus infidelia commiscentes, nulla discretio inter munda fieret et immunda; ut si quis vellet gentilia legere, semota haberet.* Profecto huic duplicis bibliothecae instituto in tanta nunc redundantia librorum obtemperare vix possumus: ex his tamen testimoniis saltem patet catholicae ecclesiae cura, quam ne nunc quidem omittit, immo sedulo retinet, ut pravos noxiosque libros, contra rectam fidem ac bonos mores, a Christianorum libero et indiscreto usu ac lectione, legibus et auctoritate sua removeat.



SANCTI PATRIS NOSTRI
NICEPHORI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

APOLOGETICUS PRO INCULPABILI, PURA, ET IMMACULATA NOSTRA CHRISTIANORUM FIDE

ET CONTRA EOS QUI PUTANT NOS IDOLIS CULTUM EXHIBERE.

1. Tempus suum esse cuique negotio adfirmat nobis Salomonis illud sapiens oraculum (1), quo praesens vita dirigitur, hominesque ad rectum et utile diriguntur, ne forte quidlibet audeant, imprudenter et iniquo tempore rem gerentes; atque ita fortuito et inordinato consilio utentes, in insperatos multos ob inconsiderantiam suam noxiosque casus incurrant. Tempus, inquit, tacendi et tempus loquendi * nobis iam inde a puerili institutione dinumeratum est, ut non solum quod oportet et agere et loqui tempestive discamus, verum etiam iustum modulum in unoquoque negotio agendi vel dicendi sciamus. Siquidem in omni re modus, qui sit optimus, recte adhiberi creditur, immo et necessarius videtur: ita ut mens in omnibus sapienter et accuratissime observet atque discernat, num id quod reputatur aut cernitur, utile sit nec ne. His nos quoque rationibus ducti, utilibusque et sanctis monitionibus obsequentes, atque aliis insuper divinarum doctrinarum praeceptis imbuti, operae pretium iudicavimus, quam optime fieri potest, prudenter et cum idoneo ratiocinio rerum tempora distinguere. Cumque sciamus aliud esse silentii tempus, aliud sermocinationis; ita ut neque inscite et audacter, ubi custodiam ori ponere opus est, linguam intemperantem exseramus; neque rursus cum dicere expedit, silentio ea praetereamus, quae nec reticere nec intra dentium septum continere aequum est; idcirco, quandoquidem in has perturbationes nunc incidimus, et commune adversus Dei ecclesiam conflatum periculum cernimus, gravemque adeo impietatis tempestatem contra catholicas partes fervere (2), atque hanc calamitatem processu temporis incrementum accipere, nunc linguam commovendam calamumque acuendum putavimus, ut veluti infamis quaedam columna ac trophaeum, haereticorum scelus, futuris aetatibus nostra descriptione patefactum ostentetur: nosterque hic labor ad fidelium piorumque tutelam et firmamentum divinitus evadat. Quamquam reapse ne alio quidem tempore hac de re silentium tenuimus (3), ne taciturnitatis criminationem subiremus, simul timentes damnationem

Gr. p. 1. — * Eccle. III. 7 — Gr. p. 2.

(1) Theodorus quoque Studita, Nicephoro nostro contemporalis, opus suum contra Iconomachos ab hac Salomonis sententia exorditur. Item S. Cyrillus sermonem suum quintum paschalem.

(2) Intellige persecutionem adversus ss. imagines a Leone armenio in Nicephori pontificatu renovatam.

(3) Innuit, ut arbitror, minorem apologeticum, quem nos pariter hoc volumine edidimus: immo et antiquiores suas fortasse, quas in nicaena secunda synodo pro ss. imaginibus disputationes ante episcopatum habuit, teste Ignatio diacono in eius vita cap. I. Praeterea longam Nicephori nostri disputationem cum iconomacho imp. Leone armenio legimus editam a Combefisio, origin. constantinop. manipul. p. 159. seq.; aliamque breviorem eiusdem apud Georgium hamartolum in scriptoribus post Theophanem.

iis impendentem qui doctrinae tradendae praefecti, eam subtrahunt. Ergo proposita certamina adgressuri, illud primo quod utilissimum, immo necessarium in praesenti reputavimus, paucis exponere conabimur. atque ita initium facere, pro virili parte, argumenti suscepti, prout ori nostro sermonem Deus suppeditaverit, cuius causa omnis haec tractatio commovetur, dum propter eius rectum cultum decertamus.

2. Profecto oporteret, o homines, quicumque ad extremam horam iam pro-
I. Cor. X. 11. pinquatis, et in quos saeculorum termini iuxta apostolicum dictum * iam devenerunt (generaliter enim cunctos alloquimur); vosque praecipue qui per inconsiderantiam et propriae commoditatis amorem longius provecti delapsique estis; oporteret, inquam, nihil aliud meditari ac reputare, nisi extremam illam et maximam diem, qua mundi huius finis erit, eamque uti praesentem spectare; nec non magnam illam terribilemque tubam imaginari, desuper ad omnium aures clara voce tremendum quid et infaustum resonantem: post quam omnium iudex dominusque et universalis Deus, cum beatarum spiritalium virtutum multitudine, cumque paterna gloria, de caelo sicut classicum cecinit aderit, creaturamque omnem in iudicium adducet; singulosque prout vixerint remunerabitur; tum eum videlicet, qui carnis tantum cupiditatibus serviliter deditus, nihilque supra res visibiles cogitans, ad terram pronus incubuit; tum illum qui spiritu sursum elato, futuris rebus ante etiam quam hinc migraret, ceu praesentibus mentem intendit, divinique amoris alis subvectus, supernarum stationum beatitudinem contemplatus est. His, inquam magis adhaerere, motusque nostros et inclinationes ad meliora atque utiliora oporteret dirigere; mentisque sobrietate, et cogitationum puritate, nec non vigilante animae oculo, quicquid Deo honorificum placitumque est, operari: atque ut compendio dicam, quicquid saluti animae confert, id omni studio per divinae legis observantiam exsequi: nam sic contingit, ut ad Dei familiaritatem, hi qui ita se gerunt, perveniant, sapientes illas nimirum imitantes virgines, suasque lampades copioso oleo instructas accendentes, ut bene comparati sponso occurrant intempesta noctis hora supervenienti: sic nempe indubiam spem foventes, fore ut in optatis illis patentibusque patriarcharum sinibus, beatisque illis sedibus et hereditatibus, quaecumque demum eae sunt, recumbant. Haec, inquam, bona diligenda sunt, in his mens defigenda, res nulla denique quae caduca et noxia sit curanda. Hac si nos sapientia praediti fuerimus, et sic vivere decreverimus, consequemur equidem pro-
6. 7. missa ab eo qui non mentitur praemia, paratamque iis qui legem ipsius observant beatitudinem. Sed de his, quamquam breviter, satis iam verborum effluxit: neque enim prolixius disserendum est, quandoquidem sermonem huiusmodi praesens tempus non magnopere flagitat. Verum de subnatis zizaniis ac spinis, quas virtutis osor, semperque rei bonae invidens, et pacem christiani gregis minime ferens, inter purum ecclesiastici agri triticum, ab evangelico et paterno verbo nutritum et auctum, sevit; quae nempe spinae viam vitae terentibus crudeles impietatis aculeos infigunt, disputationem auspicabimur.

3. Sanctae nostrae, quae sola vera est, Christianorum religionis iamdiu recte fuerat constituta doctrina: namque a sapientibus fidei nostrae architectis, veritatisque praeconibus, divis inquam et eximiis apostolis, praeiactum fundamentum erat: quam videlicet fabricam lex olim et prophetae adumbratam delineaverant, angulari

futuro lapide Deo nostro Christo: qui etsi lapis offendiculi et petra scandali his qui nunc eam quatere attentant, prostat; nobis tamen super hanc petram aedificatis, ut coryphaeus discipulorum Verbi, cum beatificaretur audiit *, lapis est an- * Mat. XVI. 17.
gularis, pretiosus, in quem credentes numquam confundemur *. Aedificata est au- * Rom. IX. 33.
tem sapientiae domus tamquam auro et lapidibus pretiosis, sacris divinisque dogmatibus, quae ab inclytis caelitusque inspiratis patribus nostris elaborata fuerunt et praedicata, sive qui in sacris illis a divinitus congregatis sýnodis admirandi Deoque cari homines, divino acti et convocati Spiritu inclaruerunt; sive qui singillatim puris splendidisque moribus, verborumque et mentis excelsitate praediti, sacras sedes occupaverunt, et rectum veritatis dogma apprime tenentes gloriosi extiterunt, simulque falsi cultus spinas radicitus evulserunt, atque haereticorum ora, utpote inique contra caelum loquentium ac meditantium, consuta veluti obstruxerunt. Hinc una fides, eademque apud omnes Christianos confessio concorditer retinebatur. Quid enim per consecutum omne elapsi temporis spatium, quantum quidem ad bonum firmumque humanae vitae statum, sive dogmata spectes sive actus, quid inquam inexploratum aut indiscussum supererat? Ita sapienter et benivole nostra omnia disposita fuerant per tempora providente Deo; ita lex priscis illis data olim subsidio fuerat, ceu quidam optimus paedagogus, per rudimenta quaedam informans pueriles adhuc et viribus imperfectiores, atque ad Dei cognitionem deducens; quia perfectior doctrina hominibus eius aevi nondum erat idonea. Tum vero post legem datam, sancto Spiritu pleni prophetae virique Deo afflati multa ac varia morum praecepta dederant, prout Spiritus ipsis revelabat, ad audientium profectum. Sed *r. p.*
quia haec perficere homo non poterat, et maiore auxilio indigebat, impetravit ut legis ac prophetarum princeps veniret. " Quod enim impossibile erat in lege, in- ,, quit apostolus, in quo per carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in ,, similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum, ut ,, legis iustificatio impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed ,, secundum spiritum *. ,, Peccati autem prima malaque proles idololatria fuit, et * Rom. VIII.
cultûs a creatore ad creaturas translatio.

Sic Dei Verbum, paternae gloriae splendor, condescensione usus, beneplacito Patris, et vivifici Spiritus cooperatione, paupertate nostra indutus (neque enim ob ineffabilem bonitatem pati poterat, ut manus suae factura detrimentum caperet) verus homo factus, etsi Christi hostes minime id volunt, verusque idem Deus plenissime, absque peccato, per crucem, passionem, et resurrectionem, mortis nos vinculis liberavit, et a peccati passionibus expedivit, invisibilem a dominatu nostro tyrannum pellens, nosque in antiquam prosperitatem restituens: nempe ut qui humanam naturam ad existendum produxerat, idem ei felicem statum benivolentiae suae exuberantia largiretur, et creatus a Deo homo perfecta incolumitate frueretur. Haec olim prophetae proclamaverant, apostoli postea evangelizaverunt, martyres fortiter professi sunt, atque horum adseclae et cooperatores ecclesiae magistri magnopere adampliantes simul tuiti sunt. Per hos omnes Deus, quos in ecclesia sua collocavit, vitae nobis adiumenta omnia firmiter stabilivit, ut quisquis salutis suae parumper curam gerit, hinc quid melius utiliusque sit cognoscat. Quid enim quaeras, o homo, etiamsi maxime curiosus acutusque ad meditandum fueris, quod non

ilico invenias spiritu diiudicatum et patefactum? nonne habes theologiae altitudinem et dogmatum sublimitatem? nonne divinae oeconomiae summam bonitatem, iudiciorum Dei profunditatem, rei gerendae praecepta, fugiendae vetita, paratorum sanctis hominibus bonorum promissiones, iis qui recte cum timore Dei ac mandatorum observantia vixerint gloriam in posterum revelandam, contra vero turpiter scelesteque viventibus poenae atque suppliciorum intentas minas? Et ne singula recensentes, verbis diutius indulgeamus, nonne quamlibet aliorum meditationem vel operam, inspiratorum sapientium sermones, divina philosophia redundantes, superant?

4. Quid ergo iam opus erat vanis vocabulis et absurdis quaestionibus semet tradere, portentosasque opiniones ac valde noxias ciere, ab hominibus excogitatas
5. vitiorum cupiditatumque suarum mancipiis, animo et corpore corruptis, et sensum suum intellectumque distortos habentibus? Hae nimirum idcirco opiniones iamdiu silentio pressae, et a probatis ecclesiae magistris merito explosae fuerant, atque ut foenum a turbine facile dissipatae, et ab honesti verique amatoribus oblivioni traditae, ceu reapse oblivione dignae. Non est ergo committendum, ut peregrinis alienisque vocabulis abducamur, et doctrinis impiorum hominum decipiamur, qui multos iam ante annos ab ecclesiasticis synodis ut haeretici et rectae fidei hostes excommunicati sunt et anathematibus subditi: neque his adtendamus, qui divinas scripturas ad suam Deo odibilem sententiam vi pertrahunt: sed repellamus insulsorum horum praestigia; diu enim nugantur, se ipsos magis decipientes, quam illos quibus fucum facere putant, et auscultantium aures frustra obtundunt. Sed revera vanitates effutiunt, et in re gravissima errant qui his quaestionibus implicantur: nihil enim pro gloria Dei agunt, sive ipsi, sive ceteri qui horum errorem sequuntur, sed opinionem tantum propriam improbe insipienterque cum ignominia sua comprobare nituntur. Quamdiu itaque impietas intra suas caveas se continuit, alta pax in ecclesia Dei versabatur; et quicquid orthodoxum in orbe erat, feliciter constanterque perstabat: quodque in hoc rerum statu fieri solet, religio ut par erat et morum sanctitas, et erga sacras aedes cura atque frequentia, simulque cultus, ubique in dies augebantur. Sed non poterat haec aequo animo cernere abyssi draco, communis hostis naturae nostrae et oppugnator diabolus, qui bonae cuique rei invidet atque adversatur. Idcirco in parata sibi vasa malitiaeque organa se insinuavit, per quae subruere sincerae nostrae fidei arcem machinatus est: quod ipsum olim immisso serpente ad progenitricis nostrae deceptionem factitaverat. Quid ergo accidit? Malum invalescit, et impietatis turbo excitatus extollitur atque inflammatur, et impii homines audaciam sumunt: mali inquam operarii, vitandaeque sectae adseclae, tamquam ex adytis nescio quibus incredulitatis emergentes, nudata ut dicitur fronte adversus dogmata nostra in acie steterunt; et quam iamdiu in suis animis conditam impietatis scintillam continuerant, idoneo capto tempore, ceu solet ignis in aridam materiem incidens, nunc in ingentem flammam incendentes extulerunt.

5. Quis vero iam digne vel fidei corruptorum spiritalem perniciem deploret, vel pro veritate persecutionem patientium calamitates satis tragice exponat? Porro operae pretium est, ut ego iudico, ne id quidem silentio transmittere, ut cuncti

agnoscant quali de radice tales orti sint surculi. Isti enim, de quibus loquimur, quotquot nempe vita turpi abiectaque sunt, lascivi et corrupto animo, mentemque perversam atque ad malum pronam gerentes, hi inquam hactenus multos, quod *Gr. p. 6* in aliis saepe negotiis accidit, latuerant: fraus enim occultusque dolus pravos adhuc illorum mores tegebant: nonnullos tamen, qui longa conversatione gesta eorum noverant, res haec minime fugerat. Mittamus alia commemorare, quae ab scientibus et narrantibus (1) audire licet; atque unde, et ex quibusnam pravis scaevisque operibus in monasticum habitum semet transfiguraverint, quum antea laici fuissent, ut ad sacerdotium et ecclesiasticos ordines latenter inreperent. Necesse igitur erat, qui moribus inhonestis vitandisque erant, eos consentaneas quoque circa fidem sententias habere (2). Solet enim lingua cum actibus consentire, ut alterutrum ex altero denotetur. Insuper et vanae gloriae cupidi erant, eamque multo ante affectabant. Certe illorum consilia nonnullis manifeste explorata fuerunt; quia et hanc vocem misisse eos compertum est, quod etiam animam vendere parati essent, dummodo licenter comissabundi in regium palatium venirent, illic scilicet crapulari sperantes, quod ipsorum iamdiu votum erat et mentis molimen: carnivori homunculi et intemperantissimi, ventri et sybariticis mensis prorsus dediti, conviviorum umbrae et parasiti, mercedem ventri quaerentes " quorum Deus venter est, et gloria ,, in ignominia *. ,, Ventris sui nimirum famuli, et carnalium voluptatum mancipia, carnales appetitus sequuntur. Ecce enim hi publica impensa cibis aluntur lauteque convivantur: et vere carnalia sapientes, et secundum carnem viventes, domino ventri tamquam alteri Baal, genu submisso, obsequium exhibent: atque hinc lucrantur infelices hi peccati opsonia, et in tantam calamitatem veniunt, ut cupiditatum suarum alimentum inveniant fidei novitatem, divino timore ac mandatis plane neglectis, ingluviei et ventri indulgentes, nec non terrenis potestatibus ut putant, quibus gratificari prout scriptum est maluerunt; et more illius Deo invisi profanique Esau, qui pusillae escae causa, primogeniti dignitatem alteri vendidit, fidei libertatem ac sacerdotii prodiderunt. Contra hos apostolicum quoque effatum editum est, qui huiusmodi lucris initum ab eis cum Deo foedus, et confessionis nostrae rectitudinem stulte et inconstanter permutarunt. " Vae illis qui in via Cain ,, abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt *! ,, Quamobrem optima regiaque via incedere non ferentes, veluti quidam ferocientes equi et frenum aegre patientes, in praecipitia dumosque ruunt, sui veluti obliti, neque mortalem conditionem hem miseri reputantes. Quibus sane merito accommodaretur triste illud proverbiorum effatum *. " O qui derelinquunt vias rectas, ut in vias tenebrosas abeant! ,, Qui malitia gaudent, et distortis laetantur moribus! quorum semitae obliquae, ,, et cursus tortuosi! Perplacet enim illis iucundumque est et semet ipsos et alios ,, a recta via submovere, atque a iusta sententia declinare. Sin autem, inquit, *Gr. p. 7.* ,, bono tramiti insistere maluissent, planas esse comperissent iustorum vias. ,,

* Philip. III. 19.

* Iudas v. 11

* Prov. II. 13. sq.

(1) Heic in graeco inserendum est, quod omisit typotheta: ἔστιν ἀκούειν ὅθεν τέ καὶ ἐξ οἵων φαύλων.

(2) Porphyrius ipse ethnicus huius rei veritatem agnoscit in suo ad uxorem Marcellam praeclaro gravibusque sententiis redundante opusculo. Sic enim apud nos AA. class. T. IV. p. 369. Τὰ ἔργα, τῶν δογμάτων ἑκάστου φέρειν πέφυκε τὰς ἀποδείξεις: *natura comparatum est, ut cuiusque opera demonstrationes propriorum dogmatum sint.* Vana igitur iactant, seque ipsos fallunt, qui sine certis rectisque dogmatibus honeste se posse vivere putant aut dictitant.

6. Quoniam vero et isti propheticis increpationibus sunt obnoxii, audiant quid
* Hier. III. 3. consentaneis ipsorum contumeliosis olim Iudaeis dictum fuerit *: " frons meretricia „ tibi est, impudenter cum omnibus egisti. „ Hi vero impudentiae tumore inflati et elati, et Domini iussa detrectantes, diserte aliquando " recede a nobis; vias tuas
* Iob. XXII. 17. „ cognoscere nolumus * „ audaci effrontique vultu dicent; ut de his loqueretur sapiens ille Ausites, firma et inexpugnabilis fortitudinis turris, qui impiorum in vita prospere agentium improbitati stoliditatique maledicit. Ut enim haec per ea quae ipsi male agunt firmentur, Dei timorem abiiciunt, canonicam quamlibet et sacram constitutionem a doctoribus recte cum sancto Spiritu editam aspernantur, et foederis cum Deo apud sanctum altare initi obliviscuntur, confessionemque illam eiurant, qua recitata (1), sacram unctionem, Deo nescio cur permittente, receperunt, et sacerdotii dignitas ipsis cum praeconio (2) collata fuit. Atque ut summatim dicam, gloriosam nostram inculpatamque fidem abiicientes, a magno se atque indivisibili ecclesiae corpore, tanquam putrida et corrupta membra abscindunt, et in partes heterodoxorum, qui iamdiu adversus rectam doctrinam proeliantur, transeunt: quorum postquam impietatem damnaverant (3), saepe etiam crudelitatem et lasciviam vituperaverant, postremo in idem ac illi perditionis barathrum inciderunt: ne illam quidem, si nihil aliud, verentes sanctam ac venerandam divina inspiratione congregatam secundo synodum in urbe Nicaea Bithyniae metropoli; neque editam ab ea recenter sacram definitionem, rectitudine et orthodoxia plenam, quae ipsorum auribus adhuc adsonat: quin etiam chirographa sua et vivificae crucis typos, quibus ei decreto subscripserant (4), abnegantes. " Ex nobis prodierunt, sed non erant ex no„ bis; nam si fuissent ex nobis, nobiscum utique permansissent „ clamaret hoc loco
* I. Ioh. II. 19. divinitus grandi voce tuba theologiae *. Quid ergo? Necesse fuit illos, postquam confessionem abiecerant, spiritu quoque sacrae unctionis deinceps privari, quia non licebat abnegantibus fidem, cum qua uncti fuerant, muneribus unctionis fungi. Quapropter iuste admodum, quoniam ipsorum pertinaciam atque insanabilem morbum sacra ecclesiae cognoverat synodus (saepe enim illi obligata fide, toties sanctum Spiritum fefellisse convicti sunt) iuste inquam sacerdotio eos expulit, atque omni sacerdotali officio interdixit, scriptoque depositionem illorum declaravit, quippe qui a canonibus sacris discesserant. Ergo fungi erga Deum sacerdotio prohibiti, circa aulam regiam perpetuo versantur, ibique theatrum sibi tanquam reapse scenici pa-
Gr. p. 8. raverunt. Ibi sacrilegos vanosque conventus celebrant, ibi dramata impietatis quasi spectacula edunt, et res divinas ludi loco habent; et servatoris omnium Christi humanam vitam, comoediae instar ac ritu theatrali repraesentare non exhorrent: novique testamenti sanguinem, quo fuerunt redempti, profanum existimant; et sacris incarnationis symbolis, oestro veluti erroris sui et infidelitatis perciti, furiose insultant.

(1) Morem hunc, ut fidei formulam in ordinatione sua recitarent (ut nunc etiam fit) novi episcopi, habes etiam in ea quam recitavit Nicolaus electus patriarcha, ut diximus Spicil. rom. T. X. praef. p. 8.

(2) Praeconium quo novus episcopus ab archidiacono publice nunciabatur, legitur apud Goarium in gr. rit. p. 302-304. Par fere fieri solitum in ecclesia gallicana dedimus nos in opusculis VIII. et IX. monachi Odoramni, Spicil. T. IX. p. 87. 89.

(3) Nimirum in praecedentibus synodis, quibus subscripserant.

(4) De hoc more praeponendi crucem in subscriptionibus episcoporum diximus p. 6. adn. 2. Nos vero etiam chirographas, id est autographas, synodi cuiusdam byzantinae aere cudimus Script. vet. T. IV.

7. Quia igitur verbo et opere ipsos peccare oportebat, quaecumque his sacrilegis libera sunt, lingua illudunt; quaecumque vero sub potestatem cadunt, profanis manibus sancta polluunt. Sic enim vel alterutro vel utroque, studiosissime peccant. Propterea adversus Christi ecclesiam consilium improbum inierunt, et coniurarunt, vel potius impetum adversus sanctos eius fecerunt. O longanimitatis exuberantiam, et patientiae ac benignitatis Dei! Cur creaturam frementem iamque ruentem adversus Christomachorum audaciam, freno retinuit? Cur dignum contra hos sensum mundanis elementis sumere non permisit? Arcus intenditur, et mox remittitur, qui adversus necem merentes paratus est! Item fulgurans gladii acies, et exacutae sagittae impiorum sanguine mox inebriandae ac replendae, non vibrantur! Stellae lumen suum non subtrahunt, neque cursum cohibent! Verum haec omnia a Dei erga homines caritate ac benignitate diu dilata, neque stolidos hos emendant, neque ad scelerum suorum sensum impellunt, sed occasionem potius atque materiam peccandi ministrant. Quo ergo quis nomine, dummodo cordatus sit et sana mente praeditus, atheum hunc conventum (1) designet? Quo alio, inquam, nisi ut Caiphae synedrium, et iudaicam adversus Christum furore olim efferatam turbam? Nam nunc etiam " convenerunt populorum principes adversus Dominum et adver-,, sus Christum eius *. ,, En denuo sacerdotes et scribae ac pharisaei; en rursus de eodem argumento consultationes: denuo Christus illuditur et flagellatur, sicut olim in carne visibili benigne se gerens, ita nunc etiam in imagine repraesentatus diu multum patientiam retinens. * Ps. II. 2.

8. Porro accurate summaque attentione observandum est, quod nempe quantum illusae nunc ac pessumdatae imagines, formam Domini exhibent, tantum et ipsi Iconomachi Iudaeos olim crucifixores, et illorum facinus internecivum manifeste repraesentant. Namque ut Iudaei creatorem totis viribus perimere connisi sunt, ita et hi icones eius omni ope delere student. Apparet igitur in utrisque perfectae imitationis imago. Ergo ut illorum facinorum par ratio conspicitur, sic etiam personarum voluntatumque qualitates consentaneae videbuntur. Neque vero quisquam haec aliter se habere iudicabit, si modo recta et non distorta rerum discretione pollet, et sana mente praeditus creditur. Oratio enim hanc habebit inevitabili necessitate conclusionem; si certe verum est, verba operum esse consectanea. Haec satis ad impiorum perversos pravosque mores compendio demonstrandos. Iamque tertio hoc malum adversus communem servatorem nostrum Christum exortum est. Nam praeter illud primum ac veluti archetypum facinus (2), secundo iam et tertio (3) ab his Iudaeorum consectaneis, adversus sacra incarnationis symbola idem patratum fuit. Nonne vero id turri illi in campo Sennaar aedificatae, re et nomine comparabitur? Certe et illa male struebatur, quippe quia contra Dei placitum ac voluntatem. Merito autem tunc aedificantium linguae confusae fuerunt, uti Dei providum iam censuerat consilium *, et vocum apud eos consonantia dissoluta est, *Cr. p. 9.* * Gen. XI. 7.

(1) Loquitur vel de prima Iconomachorum synodo sub Copronymo, vel potius de secunda sub Leone armenio, de quibus nos diximus p. 3. adn. 4.

(2) Scilicet necis Christo illatae.

(3) Nempe ante, et post nicaenam etiam synodum renovata Iconomachorum haeresis, ut nos diximus p. 1. adn. 2.

ita ut nemo iam proximi sodalisque sui linguam intelligeret; atque ita susceptum opus dilaberetur, operisque auctores per universum orbem dispergerentur.

9. Haec autem a novatoribus exaggerata, turris instar, impii dogmatis moles, multo detestabilior est et irreligiosior: neque lateribus coctis et bitumine compacta, sed apostaticis Deoque repugnantibus verbis, ac machinationibus adversus Unigeniti gloriam, eo consilio construitur, ut bene compositorum, atque in una fidei confessione et concordia coniunctorum, qua invicem in sancto Spiritu consentimus, consonantiam solvat atque disiiciat. Quibus certe ex Dei instinctu, et Spiritu sancto permotus magnus David malediceret dicens *: " demerge, et divide linguas eorum: quoniam vidi impietatem et contradictionem in civitate. Quia dilexerunt verba demersionis, linguam dolosam *. Propterea Deus destruet eos in finem, et radicem ipsorum e terra viventium extirpatam eiiciet. " Ita se habent novi Iannes et Iambres (1), qui improbi illius duumviratus imagines sunt. Vel potius Hymenaeus et Alexander dicantur, qui a veritate plurimum desciverunt *. Hi sunt alia quodammodo improba et in pravitate concors biga celeberrima, diaboli habenis religati, et eiusdem manibus gubernati, more scilicet filiorum Core conflata sodalitas, Christi testamento adversantes, dolosas linguas ad contradicendum veritati mendaciter acuentes: haud iam priscum Moysem, et figuratam illam scriptam legem in lapideis tabulis exaratam violantes, propter quam fuere caligo et tenebrae, et turbo, et mons fumans, et tubae terribiliter clangentes, et eos qui accedere aut adtingere vellent, absterrentes; sed ipsi Christo legislatori, novae nobis et divinae constitutionis auctori impudenter adversantur, legi inquam in animo mentisque tabulis haud perfunctorie sed profunde impressae, quae intellectualem Israhelem initiat et ad meliorem excelsioremque vitam introducit. Hi abolent ritus ex ipso caelo delapsos, qui caelestis regis ad exinanitionem semet demissi mysterium incarnationis nobis patefaciunt, typosque exinanitionis indices et praecones de medio tollunt, omnia denique perpetrant quae sententia apostolica damnationi addiceret *. " Moysis legem irritam quis faciens, sine miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto peiore putatis poena afficiendum esse illum, qui Dei filium in veneranda imagine conculcarit descriptum? quique testamenti sanguinem, in quo sanctificatus fuit, pollutum iudicaverit: et Spiritui gratiae contumeliam fecerit, quo efficitur ut imaginis honor ad archetypum subvehatur? " Manducant itaque hi miseri suorum laborum fructus, et a divina iustitia dignum sine dubio manupretium referent.

* Ps. LIV. 10. * Ps. LI. 6. II. Tim. II. 17. Hebr. X. 28. *Gr. p. 10.*

Videte Babylonem nostram, et quae patrantur in ea iniquitates. Rursus seniores babylonii, et babylonica arrogantia, et chaldaicus fastus, rursusque exiit iniquitas de Babylone, ex iudicibus senibus qui regere populum videbantur. Certe quae nunc struuntur, multam priscorum illorum prae se ferunt similitudinem. Nam et isti foedis cupiditatibus absurdisque passionibus perciti, ad consimile facinus ruunt, contraque pudicam Susannam, Dei inquam ecclesiam, libidine adulterina exardescunt. Quippe hi pariter alienis sedibus usurpatis, et nobiliores civitates per praepotentiam inter se sortiti, atque hanc blasphemiae mercedem capientes, accu-

(1) Ita lectio communior graeca II. Tim. III. 8. Sed multi etiam graeci auctores apud Scholtzium habent cum vulg. lat. *Mambres*, quam lectionem penes Graecos quoque fuisse antiquissimam, demonstrat textus gothicus ulphilanus, qui eam retinet.

sationem adulterii vaniloquio suo struunt, innocenti et immaculatae crimen idololatriae obiicientes: et postquam innocens agnus, qui tollit peccata mundi Christus proprio sanguine eam acquisivit, et idolico errore liberatam vere sibi sanctam gloriosamque exhibuit, non habentem maculam, neque labem, neque rugam *, haud verentur calumniose infirmum inbecillumque Christum appellare, quasi eam ab idolica insania redimere non valuerit. Divorum quoque apostolorum praedicationem stultam fabularumque plenam nituntur ostendere, sanctorumque patrum nostrorum dogmata vana et futilia reddere student. Neque ipsi tantummodo absurda haec agunt, sed iam omnes christianos cooperari et consentire irreligiositati suae cogunt, atque idolorum pariter nomine sancta Servatoris nostri incarnati et augusta symbola appellare. Attamen Spiritus, qui in Danihele fuit, hactenus procrastinat, vel scelerum paenitentiam expectans, vel ut profundius in his sacrilegiis mersi, audaciae suae atque vecordiae dignas demum poenas patiantur. Merito autem mirari licet in quantum malitiae excessum miseriaeque devenerint, dum qui videntur esse episcopi, tamquam tyranni saevissimi acresque iudices, cum supercilio in sacro throno resident, superbia pleni, et furiosum quid vesanumque spirantes. Circumstat autem illos militaris ensiferorum et plaudentium globus (1), qui minantibus magis quam dogmatizantibus famulatum praebent. * Ephes. V 27.

Quin adeo homines quoque circensium factionum praesides, prout indecoro ipsorum collegio dignum est, assessores sibi et magisterii fautores compararunt: his enim magistris, his defensoribus talia dogmata egent. Porro malam in rem adiunguntur illis, ut in huiusmodi confusionibus et colluvie fieri solet, quotquot culpis censurisque canonicis damnati depositique fuerunt, ut sic peccatum per hyperbolem in ipsis peccet. Neque theatricorum ludorum scenaeque choraulae, quos mimos vulgari sermone nominare mos est, huic praeclaro sodalitio desunt. Sunt etiam de cauponum classe, deque triviis et ganeis, his gerendis rebus adsumpti auxiliares, et quicquid circulatorium vel circumforaneum, vel de baiulorum coetu, ob augendam turbam congregare potuerunt. Denique ipsorum agmen summopere ornat manus ingens hominum qui in militaribus ordinibus olim fuerunt, quorum alii praetervecta iam aetate ac senescentes, alii criminis alicuius aut turpitudinis acti rei, militari numero eiecti fuerunt; quorum plurimi ad antiquam illam scelestamque doctrinam pertinent, ob suam pecudalem inscitiam, unde et nunc fuere collecti, eamque prae ceteris capessiverunt: qui postquam regiis stipendiis privati, unde ipsis praeter armorum apparatum, victus quoque suppetebat, ad extremam inopiam egestatemque redacti erant, ita ut evidenter quavis re quae in manus incideret indigerent, et ex collectis symbolis vitam sustentarent, circumspicientes sedulo ubinam convivia coetusque fierent, ut illuc protinus convolarent, atque ita egestatem angustiasque suas solarentur. Hi omnes, ut scimus, peioribus studere soliti, praesentem rerum statum semper oderunt, conversionibus publicis gaudent, resque novas affectant, ut ex his tumultibus ac perturbationibus utile aliquid vitaeque necessarium exspiscentur. Talibus ergo ducibus, talique phalange opus erat: sic enim pessima quaevis atque tur- *Gr. p. 11.*

(1) Contra episcoporum electiones quae praepotentia principum vel populari favore turbisque fiunt, extant graves in graeco canonum syntagmate leges, v. gr. tit. I. cap. 7. synodi laodicensis canon 13, et nicaenae secundae canon 3.

pissima per ipsos fiebant. Heu! heu! episcopi, et plebs, et mimi, et reliqua furiosorum turba, in unum conglobati, ecclesiae dogmata pro auctoritate tractant!

Ex quo igitur iniqua illa et irreligiosa conflata est officina, resque ipsis cunctae secunde fluunt, et ecclesiae negotia per eosdem administrantur, hem cur haec et quomodo Deus patitur! Postquam peccatorum nostrorum ignis succensus est, et in magnam flammam iniquitatum nostrarum fornax exarsit, criminumque poenas divinae iustitiae pendimus, periclitatur certe sacerdotium ne populariter magis quam spiritaliter administretur; quippe cum sint carnales, ea quae spiritus sunt non capiunt, profanisque hominibus creduntur ac permittuntur ecclesiae mysteria; post haec, inquam, quid consecutum est, quidve cernere accidit? Super cathedram Moysis sederunt scribae et pharisaei, in carnalium affectuum passionibus volutantes, qui novis opinionibus figmentisque gaudent, fastu pharisaico insolescunt, se-
G.. p. 12. que primas tenere sedes gloriantur et vocari rabbi; tumore scilicet et supercilio scribarum superbientes. Nihilominus illi, quae scripta lex continebat, populo nunciabant; etsi quae aiebant, exsequi nollent: unde et Christus dicta ab illis, fieri
* Matth. XXIII. mandabat; facta, imitari vetabat *: isti vero neque dicunt neque operantur, quae veritas tradidit; quodque omne contra est, dicto et factis gratiae repugnant. Superest ergo considerandum utrorum maior sit culpa. Hinc blando sermone utentes, tanquam familiarissimo alicui confidenter impuras illas ingratasque voces, vel ut aptius dicam irreligiosas, ex foetente suo detestandoque corde eructant: lictores verecundi et modesti, iussa quantocius facientes, ex vocatis in iudicium hominibus, alios coram adducunt, alios ex tribunali reducunt, hem fraudem! hem impudentiam! vel recipiendos cum benivolentia, vel cum ignominia dimittendos, et cetera quae vecordi illo et pharisaico tribunali digna sunt. Praeterea sanctos nostros patres et ecclesiae magistros vilipendunt atque aspernantur ceu nihil a ceteris hominibus, virtute et cum Deo familiaritate differant, sed tanquam unum e multis, unumquemque eorum dictitant (1): quorum etiam sacros libros, qui divinas ipsorum doctrinas continent, pedibus supponunt, iisque scabelli vice utuntur, quod est iniquissimum. Sapientes autem semet ipsi definiunt hi carnales philosophi, et a fautoribus suis appellari volunt theologi cum sint vaniloqui, et chrysostomi cum sint cacostomi.

* Prov. XXII. 28. Videamus porro cur haec ita se habeant. Praeceptum illud *: ne transferas terminos aeternos quos patres tui posuerunt, ne in mentem quidem admittendum miseri censent. Ad evangelicas autem sententias Domini, cui immo sunt adversi et iniurii, haud secus obsurdescunt quam surda aspis quae suas aures, ut aiunt, ad-
* Ps. LVII. 5. versus incantantes obstruit *. Sententia autem haec " qui scandalizaverit unum de ,, pusillis qui iam crediderint ,, instar poenae gravissimae statuit, magis ei expe-
* Matth. XVIII. 6. dire, ut asinaria mola collo appensa in profundum maris demergatur *. Quid igitur? Nonne isti gravius punientur, qui tantam fraudulentis praestigiis circumventam multitudinem deceperunt? neque unum vel alterum aut tres, sed quidquid hominum sub romano sceptro degit, pestilentium suorum sermonum saniem recipere animis satagunt? Cur enim hi alienis animabus parcerent, qui suis neglectis, de salute

(1) Quisquis historiam haereticorum parumper consideret, sanctorum patrum apprime contemptum apud eos comperiet.

prorsus desperant? Merito equidem cum scribis et pharisaeis audient *: " vae vobis, * Matth. XXIII. 13.
„ qui regnum caelorum clauditis ante homines! nam neque vos intratis, nec in-
„ troeuntes sinitis intrare. „ Sic omnibus ecclesiae subversis consuetudinibus, legibus, ac mysteriis, vias Domini rectas distorquent. Quod si etiam de otioso verbo in die iudicii rationem reddemus, qualem demum distortorum suorum improborumque operum experientur ultionem? Siquidem magna Pauli * mens ad exteros quoque nos iubet esse sine offensione; quorum iustam damnationem in superioribus significavit. Profecto nihil non audere improbos, egregie dictum est! Accedunt denique in medium prolati et oculis subiecti, humanarum animarum decipulae, libri illorum, multo ante tempore excogitati et in hunc usum parati (1). *Gr. p. 13.* * I. Cor. X. 32.

10. Age vero, praeter illam priorem blasphemiam, aliam quoque haud minorem, nempe quod a Christo incircumscriptum corpus adsumptum fuerit, somniantium instar, Christi hostes adiungunt: utramque vero roborare nituntur, ex inventoris patrisque apostasiae penu, cunctam detestabilis sui magisterii materiam sumentes. Ille enim qui superiori haereseos huius dramati interfuit, dictiones aliquot coacervavit, partim ex sancti Spiritus oraculis sumptas, partim quoque ex iis quas beati nostri patres sapienter conscripserunt, ad impurae idololatriae errorem refellendum, nec non ethnicorum qui universalem Deum ignorabant incredulitatem atque insaniam coarguendam; has inquam dictiones improbe stolideque decerpens, atque ut vere dicam idolicis abominationibus semet inquinans, sacris imaginibus accommodavit (2). In posteriore autem haereseos dramate rem sancivit, ex insano Arianorum dogmate, itemque ex Manichaeorum furiosa superstitione, materiam conferens.

11. His utuntur egregii isti documentis ad suorum dogmatum confirmationem. Quia enim nihil per se conficere queunt, propterea quod contra veritatis splendorem intendere oculos nequeunt, non erubescunt homines qui in sacerdotio constituti videntur, laicorum et quidem scelestorum atque impurorum, peregrinas et a Christianorum mente abhorrentes doctrinas admittere. Sic Dei gloria amissa, humanae stultitiae captivi abducti sunt. Idcirco imagine aurea semel adorata (3), Christi imaginem venerari non patiuntur. Sed enim de idolis qui sermo fieri soleat, et quibus debeat accommodari, quia res perspicua est et pervulgata, neminem latere arbitror qui modo sit recti amator, et rerum naturam parumper calleat. Verum cognata his Arianorum impietas, occultum fere nec satis animadvertendum dolum haereseós continet, ideoque haud facile a multis intelligitur. Etenim callidis vocabulis, et complicatis sensibus studiose ad hoc excogitatis, paralogismorum nebula, et garrulitatis versuta suasione, facile possunt simpliciores abripere atque in suam sententiam pertrahere. Quamobrem pauca quaedam et de ipso (Leone vel Copronymo) et de huius negotii praesidibus, ad ignarorum notitiam et utilitatem dicenda putavi. Quinam vero sint ipsi libri, et cuiusnam magisterii, dicere incipiam.

(1) In secundae nicaenae synodi actione octava legitur canon nonus περὶ τοῦ μὴ κρύπτειν τινὰ χριστιανοκατηγορικῆς αἱρέσεως βίβλον: *de non celando libro quolibet haereseos christianos accusantium (id est Iconomachorum.)*

(2) Videtur Nicephorus designare Copronymi librum, quem ipse capitulatim in superioribus refutavit; vel cuiusvis potius anonymi iconomachi lucubrationem.

(3) Vel Nabuchodonosori vel Copronymi.

Gr. p. 14. 12. Quis ignorat Dei inimicam et infaustam Arianorum impiissimam haeresim, ab Ario, cuius nomen furorem denotat (1), genitam nec non reliquum, qui huic lymphato suppetias fert, vesanum chorum? qui divinitatem viventis et subsistentis et in una persona Dei Verbi stultissime abolent, alienum a Dei et patris substantia conantes ostendere, paterna ipsummet gloria segregandum impie arbitrantes, et dominicalis naturae incomparabiles sublimitates, ad humilem servilis creaturae ordinem deprimentes. Insuper divinam quoque et supernaturalem Verbi calumniantur incarnationem, eamque umbratilem tantum et mere phantasticam demonstrare alucinantur: manichaico furori paria, nec non Valentini insaniae, ipsi quoque tradentes dogmata. Quis non novit, si modo parum litteraturae attigit, et historiae limen salutavit, horum columen et arcem? caesariensem, inquam Eusebium, qui multa adversus Verbi divinitatem blasphemans nugatus est, multa etiam contra divinam Servatoris incarnationem delirans irreligiose locutus est: cuius scripta ad hunc usque diem detestandis eiusdem dogmatibus plenissima sunt (2). Ipse enim non Arium tantummodo magistrum suum, et huius apostasiae auctorem, sed et alios omnes, qui in Unigeniti gloriam peccarunt, superare contendit. Etenim creaturas adorasse, et debitum Deo soli cultum rei creatae exhibuisse accusatur, idololatriae idcirco manifeste convictus, sicuti etiam eximii aliquot patres nostri testati sunt (3). Necesse est itaque ut etiam ei adhaerentes ac discipuli, sententiam magistri sibi adsumant. Is enim eos docuit, Christi corpus pingi aut fingi non posse, idque omnino phantastice somniavit (4). Quis autem Eusebii vices ignorat? immo cuinam hac non cognitae et exploratae sunt, etiamsi rusticus sit et plane rudis? Nimirum quingentos ante annos et paulo amplius, numerosus ille divinitus congregatus coetus, sacra inquam Nicaeae plenorum Deo et admirabilium virorum synodus, omnia divini Spiritus instinctu agens, arianae haereseos tenaces ecclesia expulit, excommunicatos ipsos cum omnibus barbaris extraneisque suis dogmatibus declarans. Etsi vero Eusebius simulata docilitate rectae assensit fidei, latere studens, nihilo tamen minus ad suum ingenium reversus est, veluti solent distorti rami statim ac a dirigente in contrarium manu semet expediverunt. Quod ipsum factitavit etiam Arius, cuius multis annis post, quia dolosam eius mentem nonnulli ignorabant, commemorationem faciendam censebant, pertinere ipsum ad orthodoxum coetum existimantes. Verum hos alexandrina synodus, canonicis vinculis irretivit, nemini licere sana fide Christianorum praedito, Eusebii facere commemorationem, definiens (5).

Gr. p. 15. Quid autem dicendum de aliis post illos Deo plenis patribus, et rectae fidei ac doctrinae magistris, quomodo fortiter ac viriliter admodum contra hunc errorem insurgentes luctantesque decertaverint? quorum scriptos libros vel numerare non

(1) Ἄρειος ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, *Arius a Marte furente deo.*

(2) Hoc iam dixit Nicephorus in apologetico minore p. 13. Eusebii arianismum nemo evidentius demonstravit quam B. Montfauconius in praefatione ad eiusdem Eusebii commentarios in psalmos.

(3) In carcere positus, saeviente persecutione, sacrificasse diis dictus est Eusebius timore supplicii. Vide Epiphanium haer. LXVIII. 7. Item quae docte more suo hac super re dicit Tillemontius Mem. eccl. T. VIII. p. 661. in adn. 19. ad S. Athanasium.

(4) In epistola ad Liciniam, ut diximus in adn. p. 13.

(5) In epistola eius synodi, ut item diximus p. 13.

sine multo otio ac tempore licet. Sic igitur tanto iam tempore extra ecclesiae nostrae septum eiectus Eusebius, hodie istis doctrinae, vel ut verius dicam stultitiae, princeps sedet, atque huius dogmatibus valde gloriantur et exultant hi miseri. et huic ipsi consutas aliquot adiiciunt sententias satis absurdas, quae neque cum veritate congruunt, neque ipsae inter se: id enim est falsitatis proprium. Aliquot enim integris libris hactenus carent; quos quidem et patrum nomine tamquam sua auctoritate audent insignire, et suae vanae sectae auctores praedicant, quorum nugatoriam et futilem incredulitatem in subsequentibus coarguemus, si Deo placuerit, laborique nostro faverit opemque is tulerit, qui linguam scit balbutientis expedire, et dissoluta atque infirma membra corroborare, ut cervi instar claudus exsiliat, et pulcri pedes incolumesque evangelizantium sanctae Dei nostri ecclesiae pacem appareant. Sed ad propositum veniamus.

13. Quoniam igitur difficilem consiliorum suorum atque arduum exitum fore praevidebant, ne hominum tantummodo extra ecclesiam constitutorum doctrina freti, incredibilia multis dicere viderentur, et scopo suo frustrarentur, quid agunt? vel quorsum ipsorum malitia evadit? Turbulento et amaro haereticorum rivulo, dulcem aliquam ac puram veritatis venam admiscent, quam rem iamdiu malis cauponibus vinum aquae miscentibus exprobramus, nempe theologorum patrum nostrorum, qui mundo facem veritatis extulerunt, dictiones quasdam ex toto librorum corpore avulsas, suo inseruerunt errori. Et sive non intelligentes fortasse dictionibus illis insitum sensum, quandoquidem lippitudinem oculis abstergere noluerunt, sive suam et deceptorum a se discipulorum exitiosam sententiam sequentes, haec insinuantes et docentes, hamo escam imponunt, ut personarum auctoritate simpliciores illusos in transversum agant isti scurrae, occulto impietatis dolo confixos. Illas ceteroqui patrum sententias, quae clare, et extra controversiam, atque omnium intellectui patent, resecant et circumscribunt, et iis qui secum consuescunt fraudulenter occultant, (o caecitatem! o mentis caliginem!) neque quid agant sentiunt aut intelligunt. Idcirco in profundis versantur tenebris, neque ad veritatis splendorem respicere volunt. Si enim novissent, numquam Dominum gloriae contempsissent.

14. Quid his ausibus atrocius aut nocentius? Quid hac secessione ingratius aut absurdius? Haeresim praeclare olim extinctam, atque a Christianorum linguis excussam, nunc iterum inflammari ac pullulare cogunt: id enim omni ope conatuque moliuntur eius studiosi; atque inimico daemoni viam ad nos decipiendos muniunt, ut hos ille sicut olim adiutores ministrosque malitiae suae nactus, quod per Domini crucifixores facere non potuit, id apud nos exsequatur. Ecce enim tunica pretioso Christi sanguine a vertice ad imum contexta laceratur ac scinditur, et quod optimum bonorum nostrorum est, pax et concordia dissolvitur atque perit. Gravia quidem ea sunt quae in priscis feruntur historiis, regnum videlicet Davidis in contrarias partes divisum, tribuum secessio, cuius dura nepotis austeritas causa fuit, Israhel ad sua quisque tabernacula retro cedens, Hieroboam cum sceptro famulus, rebellis insperato prorsus in throno sedens, opposita Hierosolymis Samaria, unde malorum origo, et populus adorare creaturam prae creatore edoctus, atque ad vesanum idolorum amorem impie devolutus. Attamen graviora sunt quae nunc patrari videmus. Nam Christi regnum in partes abit discissum; membra adversus Gr. p. 1.

Christi corpus immo contra ipsum caput seditionem cient; et gens sancta, regale sacerdotium, populus adquisitionis, Dei praedicandae potentiae destinatus, et magno divinae oeconomiae operi clara resonantique voce proclamando, libertatisque ac redemptionis beneficio confitendo; nunc in contrarium versus, magnaque ex parte a malitiae ministris illectus, nulla utilitate auctus, et postquam oriens ex alto eum visitavit *, in tenebris adhuc manens, in infidelitatis barathrum decidit; ingrato scilicet animo creaturae, novi vecordesque Iudaei. Quantum porro inter utrosque intersit, facile quispiam considerando comperiet: illi enim propter res terrenas et humiles, ac temporali natura praeditas nec permansuras, inconstantes claudicantique sententia fuerunt: isti vero ita se gerunt, cum de rebus agatur caelestibus, et superno regno gloriaque, his visibilibus non comparanda; si quidem haec nobis recta fides promittit, dummodo cuiusque opera fidei ipsi respondeant.

* Luc. I. 78.

Sic revera praesenti tempore accidit, quo recens hic et illegitimus coetus (1), tamquam altera Samaria, a nova Hierusalem id est ecclesia semet segregavit, sedentque contumeliosi et superbo corde, et aureis vitulis serviunt, id est secundae huic idololatriae, avarae suae cupiditati, quia vanae mundi gloriae captivi sunt: neque abnuunt fieri populus Ephraim; montique Sion, celsae videlicet sublimique theologiae nostrae, adversari; cui suam verborum vanitatem, vilemque et humi repentem doctrinam opponunt, qua multis fucum facientes et illudentes, secum eos detrahunt in barathrum. Quotquot enim stupidiores sunt ac mente volubili, et in fide instabiles, et praesentibus tantum intenti, mundique gloriam affectantes, atque in hoc mundo felicitatem suam constituentes, rebus huiusmodi ceu mancipia devincti, hi Hierusalem deserunt, atque ad aras ridiculorum deorum transeunt, et latrocinale illud subeunt sacerdotum ignominiae antrum, ibique putrescunt, subitam animae suae pestilentiam contrahentes. Quisquis ex his voluerit, manum muneribus implet, animam autem scelere omni et contaminatione; vel excelsorum locorum inique factus sacerdos, vel deae carnalitatis Astartae genu flectere non recusans: quos postquam rete suo venatores ceperint, praemia proponunt, et in regio palatio provectiones et amicitias promittunt, splendidam ipsis spem ostentantes, plaudentesque laudibus cumulant, et tanquam familiares sibi iam factos et consectaneos deinceps benivolentia prosequuntur.

Gr. p. 17.

15. Quotquot tamen e contrario forti proposito in vera religione perstantes, et bonorum operum sectatores, indeclinabilem et firmam in honestate mentem tenentes, illos habuere contemptui, et eiusmodi ludum nullo respectu dignum censuerunt, utpote fraude ac vanitate scatentem; hi, inquam, vi trahuntur, nolentesque urgentur, et veluti captivi quidam damnatique vinciuntur: qui si mox stationem apud eos facere noluerint, eorumdemque fictas fabulas flocci fecerint, non idcirco improbi de sua iniqua persecutione remittunt: sed primo quidem suasoriis verbis blandientes palpantesque et delenientes, donorum etiam plurimorum sponsionibus subvertere tentant, praecipueque ut irreligiosae formulae subscribant (2) valde urgent; bonaque promittentes, simulque mala minantes, utrum malint interrogant.

(1) Quoniam *praesenti tempore* dixit, intellige Iconomachorum impiam synodum sub Leone armenio.

(2) Huic formulae seu edicto Leonis armenii quum nollet subscribere noster Nicephorus, solum vertere iussus fuit.

Cognita autem fidei firmitate et constantia, et sua voluntate frustrati, ad veteratorum artes confugiunt, illosque de criminibus accusant, quae ne auditu quidem innocui nostri noverunt. Neque iam spe agitur, sed poenarum inflictione. Exin quippe vincula et durissimi sequuntur carceres, et fames et gravissimae adflictiones: quorumdam etiam plagis dorsa caeduntur, et non modicis vexati cruciatibus longinquo et intolerabili exilio multantur, locis destinati asperis ac vix ferendis, qui ob suam angustiam vel usuum humanorum incommoditatem et molestiam, videntur captivorum animos expugnaturi, additis praesertim qui eam rem insinuent: etenim pars quaedam publicae militiae captivos comitatur, quae eorum voluntati subserviat. Haec patiuntur primarii episcopi, qui orthodoxam sententiam fortiter propugnant. Sunt etiam nonnulli post illos gradum tenentes, parem cum ipsis religiosam fidem foventes, pauci sane, sed ita tamen ut favilla saltem in ecclesia Dei supersit. quae suo tempore divinis afflatibus splendidam eximiamque facem incensura est, et infidelitatis tenebris obrutos ad spiritalem lucem deductura. Ut nobis *Gr. p.* 18. quoque propheticas usurpantibus voces dicere liceat *: nisi Dominus sabaoth reli- * Is. I. 9. quisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et Gomorrhae similes.

16. Pars autem illa cleri minore in gradu constituta, vitae suae conservandae studio vacillans conspicitur, temporique et rerum cursui obsecundat seseque conformat, qualem esse dicunt chamaleontem (1), ut apparentis formae varietate sibi occurrentes fallat. Sic isti validioribus cedunt, haud sane mente libera, sed vi prementium deducti: quorum aliqui nimio sui amore et mollitie franguntur, ac puerilem propemodum mentem gerunt, agitanturque, et omni vento doctrinae hac illac feruntur, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, sicuti scriptum est *: ita ut alterutro iis proposito, nempe ut vel animae detrimentum pa- * Ephes. IV. 14 tiantur, vel sedibus excidant, prius illud malle, dicere ausint, et de summa salute periclitari, quin tamen grave aliquid se committere putent. Haec quantis lacrymis digna! quanto maerore ac luctu redundant! Quod si homines haec non lugeant, certe inanimis creatura et maerebit et ingemiscet. Quali enim iudicio sunt obnoxii? " Nam si pacta inter homines inita, inquit lingua theologalis (2), Deus mediator „ adsumptus firmat, quanti demum periculi est, quas promissiones Deo ipsi feci„ mus, earum deprehendi violatores? neque peccatorum tantummodo reos fieri, „ verum etiam mendacii coram ipsa veritate coargui? „ Paulus (mitto nunc dicere quot quantaque, Dei amore devinctus, pati se velle adseveraverit) tribulationibus, persecutionibus, periculis omnimodis sustinendis, quem neque instantia neque futura neque creatura alia a Dei caritate separare potuisset *; tantus erat amo- * Rom. VIII. 39. ris fervor et flamma!) anathema quoque se fieri a Christo audacter optans *, levius * Rom. IX. 3. se id laturum aiebat; isti autem ne simplicem quidem contumeliam pro vera religione perpeti voluerunt. Sed his omnibus bonis omissis, materiae tantum inhaerent, et voluptuosis mersi passionibus, mentem rebus caelestibus minime intendunt: seque ita gerunt, quasi mox domum suam venturi essent, vel agros pinguesque possessiones suas inspecturi, aut amabilem vineam, aut quicquid in agro est optabile et arabile ac spatiosum, provenientesque inde fructus frequentibus digitorum motibus

(1) Sic appellatur ab historicis byzantinis etiam Leo armenius propter suam versutiam et hypocrisim.
(2) Extat sententia haec in Nazianzeni oratione quadragesima n. 8. quae est de baptismo.

computantes, vel delectos equos mulosque colore optimo et pinguedine insignes invisuri, utrum perite a domitoribus exerceantur, beneque decurrant, et ephippia tolerent, et quieto itineri sint idonei, boum denique aratorum incolumem statum et ceterorum sive gregum sive armentorum: neque incongruum dixerim, si pallii quoque et tunicae, aliorumque vestimentorum fimbrias et ornamenta reliqua curare videantur: atque ut uno verbo dicam, temporalis vanaeque gloriae studium ac pompam. Quippe mente haud bene composita, amore caducarum fluxarumque rerum
Gr. p. 19. capti (nam qua quisque re capitur, eidem servit) veram ac salutarem fidem, id est rem maximam tenui permutarunt. Sic isti facillime iniquorum insidiis inretiti sunt,
* Gal. I. 6. non secus ac ferae laqueis venatorum capiuntur. Certe Paulo * hos magis mirari liceret quam Galatas, cur tam cito a traditis per nos doctrinis discesserint, et datis caelitus atque a patrum auctoritate divinis sacris dogmatibus, atque ab infinito tempore stabilita iam firmaque consuetudine et typo. Neque vero vel sequentium verborum meminerunt: " si quis vobis evangelizaverit, praeter id quod accepistis, ana-
* v. 9. „ thema sit *. „ Talis itaque istorum conditio est, et tantopere calamitosa.

17. Sed iam ad huius haereseos antesignanos convertendus sermo est: atque an aliis quoque similiter quadret, considerandum. Postquam itaque a veritate semel exciderunt, vanis suis mentis conceptibus temere freti, seque totos mendaciis imbuerunt, stultis quaestionibus ac peregrinis se tradunt, fabulasque aniles ac pueriles struunt, neque secum ipsi neque cum veritate congruentes, scrutantes scrutationes quae nihil ad ipsos pertinent, neque quod aiunt intelligentes, neque quod affirmant: quaestiones, inquam, ad perniciem suarum animarum et audientium excogitatas, ut non suae tantum perditionis, verum etiam alieni damni poenas dent: quorum malitiam et exitium sacra oracula iamdiu castigaverunt, quae ipsis iure optimo accommodari queunt, atque ita fere se habent. Cum enim evangelii praeco, et divinarum rerum magister, praedictorum malitiam in spiritu praevidisset, prophe-
* Act. XX. 29. tico praecinit instinctu *: " intrabunt inter vos lupi infesti, non parcentes gregi. Et „ ex vobis ipsis exsurgent viri perversa loquentes, ut abducant discipulos post se. „
* II. Cor. XI. 13. Rursusque alibi ait *: " eiusmodi falsi magistri, operarii subdoli, transfigurantes „ se in apostolos Christi. Neque id mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in „ angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri quoque eius se in ministros „ veluti iustitiae transfigurant; quorum finis erit secundum opera eorum. „ Nonne
* I. Tim. IV. 1. et Spiritus, inquit, diserte ait *: " extremis temporibus discedent quidam a fide, „ erroris spiritibus attendentes, et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi falsa lo-
* II Tim. III. 1. sq. „ quentium, conscientiam suam cauteriatam habentium. „ Et denuo *: " novissimis diebus instabunt tempora aspera. Erunt enim homines sui amantes, cupidi, „ elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine af„ fectione, infidi, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, prodito„ res, protervi, tumidi, voluptatum magis quam Dei amatores, speciem quidem „ pietatis habentes, sed virtutem eius abnegantes. Quemadmodum autem Iannes „ atque Iambres Moysi adversati sunt, sic et isti veritati repugnant: corruptae men-
Gr. p. 20. „ tis homines, et reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient: ipsorum enim ma-
* Tit. I. 16. „ nifesta erit cunctis insipienia, sicut et illorum fuit. „ Rursusque alio loco *: " confitentur se nosse Deum, factis autem negant, detestabiles, increduli, et ad

,, quodvis opus bonum reprobati. Nam si Deus sinat dissimuletque impios progredi,
,, sermo eorum veluti cancer latius serpet, et quorundam fidem subvertet. At fir-
,, mum Dei fundamentum hoc habet signaculum: cognovit Dominus qui sunt eius.
,, Et, discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini *. Et, mali autem * II. Tim. II. 17.
,, homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes *. ,, * II. Tim. III. 13.
Quorum misereri solere Deum, et longanimitatem suam erga eos ostendere, sci-
mus, ita ut sero saltem resipiscentes, melioris frugis fiant. Porro hos, uti iam fide-
les bonosque et secundum Christum viventes, et pro religione persecutionem pa-
tientes, patientiae eorum fiduciaeque causa adprobat, quia tribulationibus minime
fracti, probatiores splendidioresque apparebunt. Deinde observemus, quomodo illo-
rum traducat improbitatem et vesaniam PETRUS DIVINISSIMUS DISCIPULORUM SERVATORIS
ANTISTES, THEOLOGIAE APEX, ECCLESIAE BASIS ET FIRMAMENTUM, ita loquens *: " fuerunt * II. Petr. II. 1.
,, et falsi prophetae in populo, sicut et inter vos erunt falsi magistri, qui perditio-
,, nis sectas introducent, et qui redemit eos Dominum abnegantes, velox sibi exi-
,, tium procurantes; quorum luxuriam sequentur multi; per quos veritatis via blas-
,, phemabitur, et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Quibus iudicium
,, iamdiu non cessat, et perditio eorum non dormitat. Et subintroierunt quidam
,, homines, ait alius discipulorum Domini *, qui olim in hoc iudicium praescripti * Iud. v. 4.
,, sunt, impii, gratiam Dei nostri transferentes in impietatem (1), unumque do-
,, minatorem et dominum nostrum Iesum Christum negantes. Quos etiam deplorari
,, ab eo vidimus *: vae vobis qui in via Cain abiistis, et errore Balaam mercede * v. 11.
,, effusi sunt, et in contradictione Corae perierunt! ,, Audiant vero quae de ipsis
propheticus sermo in spiritu proclamavit *: " tu scientiam repulisti, ait divus Oseas, * Os. IV. 6
,, ego quoque te repellam quominus sacerdotio fungaris mihi. Et, laqueus facti estis
,, in specula, et veluti qui terminos transferunt *. Super ipsos effundam quasi aquam * Os. V. 1.
,, impetum meum *. ,, Quid autem admirabilis Abbacum *? " O qui proximo suo * v. 10. * Habac. II. 15.
,, propinat subversionem turbidam, eumque inebriat! ut videat in speluncis ipso-
,, rum crapulam dedecoris ex gloria! ,, Beatus autem Sophonias *: " sacerdotes * Soph. III. 4.
,, eius polluunt sancta, inique agunt contra legem. Dominus autem iustus in medio
,, eius, et non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium eius, et non in conten-
,, tione iniustitiam. Insuper divus Zacharias *: et noluerunt adtendere, et verte- * Zach. VII. 11
,, runt amentes tergum, et aures suas adgravaverunt ne audirent, corque suum Gr. p. 21.
,, incredulum effecerunt quominus legi meae obedirent. Et *, super pastores con- * Zach. X. 3.
,, citatus est furor meus, et super agnos visitabo. Et visitabit dominus Deus om-
,, nipotens gregem suum, domum Iudae. O qui vana pascitis, et oves derelinqui-
,, tis *! Et adducam manum meam super pastores. ,, Mitto reliqua utpote acer- * Zach. XI. 17.
biora atque graviora. Eosdem autem nomen Domini flocci facientes inclytus quoque
Malachias reprehendit, et qualiter quantumque contumaces sint ostendit *: " quod * Malach. II. 2.
,, nisi auscultaveritis, atque in cordibus vestris proposueritis dare gloriam nomini
,, meo, dicit Dominus omnipotens, mittam super vos maledictionem, et benedi-
,, ctioni vestrae maledicam. ,, Et quae ibi sequuntur tristiora atque asperiora. Et,
" vos declinastis a via, et multos infirmastis in lege, et corrupistis testamentum v. 8.

(1) Ita omnino Nicephorus ἀσέβειαν *impietatem*, sive reapse in suo codice sic legens, sive ἐξ ἀβλεψίας. Nam lectio communis est ἀσέλγειαν, lat. *luxuriam*.

„ Levi. dicit Dominus omnipotens. „ Valide de ipsis clamet prophetarum vocalis-
* Is. XXVIII. 7. simus, ille igne et Seraphim manu purgatus, sacerdos atque propheta *: " alienati
„ mente sunt propter vinum, vacillaverunt prae sicerae ebrietate et exerraverunt.
„ Hoc est phasma. Maledictio comedet istud consilium; hoc enim consilium pro-
* Hier. II. 8. „ pter avaritiam est. Sacerdotes * non dixerunt, ubi est Dominus? (propheta om-
„ nium compatientissimus de iis ait.) Et tenentes legem meam, ignorabant me; et
* X. 20. 21. „ pastores impie agebant adversus me. Nec iam locus est tabernaculo meo *: quia
„ pastores stulte egerunt, et Dominum non requisiverunt. Et, multi pastores vi-
„ neam meam corruperunt, contaminaverunt portionem meam, partem meam de-
* XII. 10. * XXIII. 1. „ siderabilem ad invium desertum redegerunt *. Et rursus *. Hem pastores, qui
„ dispergunt perduntque oves pascui mei! Propterea haec dicit Dominus adversus
„ pastores populi mei. Vos oves meas dispersistis, easque expulistis, neque visita-
„ stis. Ecce ego poenas a vobis reposcam secundum studiorum vestrorum pravita-
„ tem. Et ego recipiam reliquos populi mei ex universis terrae in quibus eos di-
„ sperseram locis, et in ipsorum pascuum restituam, et augebuntur. „ Horum im-
puritatem atque insipientiam publice proclamat eximius quoque sublimium illarum
* Ezech. XXII. 26 caelestiumque visionum spectator Ezechihel *. " Sacerdotes, inquit, legem meam
„ aboleverunt, sancta mea polluerunt, profanum et impurum perinde ac sanctum
„ mundumque habuerunt, et in medio ipsorum contaminatus fui. „ His postremus
accedat divinus desideriorum vir, babylonicam horum mentem, corruptumque iudi-
* Hist. Sus. v. 5. cium his verbis insectans *: " exiit iniquitas de Babylone, ex iudicibus senibus qui
„ populum gubernare videbantur. „ Hae sunt ad istos et de istis sanctorum voces (1).

Quid porro erroris magistri aiunt? Videor enim mihi velitando adhuc adversus istos pugnare. ☙ Idolis obsequium exhibuimus Christiani, usque ad regnantis Con-
Gr. p. 22. ☙ stantini (Copronymi) tempora (2). ☙ Sibi autem aeque ac aliis Christianis omnibus hoc invisum crimen imponunt. Obstupuit ad haec caelum, et terra vehementer cohorruit. Quis enim haec patienter audiat? Utrum blasphemiae magnitudinem perhorrescat, an stultitiae excessum? Non habentes vero unde impietatem tantam mendaciumque confirment, ad quoddam irreligiose et contra omnem canonicam regulam congregatum ab illo (Copronymo) invisum Deo profanumque synedrium confugiunt; simile quid facientes quod olim veteres nonnulli ethnici, effato illi " ipse dixit „ adhaerentes, hoc honoris genus magistro tribuentes. Hanc appellare synodum stulti non erubescunt: quae certe si ita appellanda est, audiamus quid de ipsa pro-
* Hier. IX. 2. pheta dicat *: " synodus praevaricatorum; intenderunt linguam suam ut arcum;
„ mendacium et non fides praevaluit in terra. „ Festivius autem hanc si quis nuncuparet coprosynodum, haud indecore faceret, propter stercoreum convocantis studium, multumque ibi collectum stultorum sermonum foetorem, multam quoque superbe loquentem meditantemque iniquitatem, quae magnopere contra Unigeniti gloriam allatravit; quibus peiora maledicta, ne is quidem qui illorum ore loquebatur Satanas, eructare auderet; etenim plurimum ecclesiae dogmatibus et myste-

(1) Videlicet haec omnia ss. scripturarum testimonia ad vituperationem iconomachorum episcoporum Nicephorus convertit.

(2) Quippe ita miseri episcopi acclamaverunt Copronymo absoluta impia synodo, nempe quod ipsos hic Constantinus ab idololatria liberasset.

riis nostris contradictum fuit. Nihilo tamen minus hoc impietati et mendacio favens conciliabulum, synodus ab ipsis nuncupatur: cuius coenosa decreta amplectentes, doctrinaeque corruptelam sequentes, purae nostrae et inculpabili fidei contumeliam inferre non verentur hi vesani, non intelligentes quanta adversus sanctos machinati sunt: quoniam " acuerunt linguam suam sicut serpentis *. Venenum ,, aspidum sub labiis eorum *. Quia verba oris ipsorum iniquitas et dolus *. ,,

* Ps. CXXXIX. 4. * XIII. 3. * XXXV. 4.

18. Quae vero qualisque sit nostra Christianorum confessio, tempestivum est quanto brevius fieri potest, exponere. Nos itaque, prout tradiderunt nobis hi qui ab initio spectatores ministrique verbi fuerunt, et qui post illos eandem doctrinam exceperunt theologi ac divi doctores nostri (1):

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium omnium et invisibium factorem ac dominum, sine principio, invisibilem, incomprehensibilem, immutabilem, immortalem. Et in unum dominum Iésum Christum, filium eius unicum, qui sine initio, ab aeterno, ante omnia saecula de patris substantia effulsit. Et in unum Spiritum sanctum, de Deo patre procedentem, et cum patre filioque Deum dicendum et glorificandum, utpote ex eadem natura constantem et coaeternum. Trinitatem honorantes in hypostasibus seu personis, et praedictorum unicuique discretas et inconfusas eas conservantes, quibus distinguuntur, proprietates, ceu desituras numquam vel mobilitatem passuras: patri quidem innativitatem et eorum qui ex ipso sunt causalitatem: filio nativitatem: Spiritui processionem: et ex patre tanquam causa, tum genitum tum procedentem credentes explenduisse, utrumque ut lumen de lumine; unum, supermundiale, tripliciter radians ac triplex solare lumen. Unitatem autem substantiae naturaeque adorantes, in unam supersubstantialem superquenaturalem sublimitatem congestam, eàdemque indivisa et inseparabili gloria potentiaque fruentem: in qua idem consilium, unica voluntas, vis et operatio unica agnoscitur: quaeque ut omnium regina et universalis domina, ab omni visibili invisibilique natura, ut pari honore thronoque digna adoratur et cultu honoratur. Unam, inquam, in tribus spectamus deitatem, eàdem substantià unitam; tres vero personas in una deitate, quae inhaerentium singulis proprietatum diversitate sine divisione distinguuntur. Neque filium ab ingeniti patris substantia alienantes propter generationem; neque spiritum a patre filioque propter processionem: neque confusionem admittentes propter unitatem indivisibilitatemque naturae, sed in communione naturae, id quod in unoquoque distinctum est, coniungimus. " Distinguitur enim indistincte, et coniungitur distincte. Una enim in tribus est ,, deitas, et tres sunt unum, id nempe in quo est deitas: vel ut accuratius dicam, ,, quae sunt deitas. ,, Ita enim nos optimus theologorum edocuit (2).

Gr. p. 23.

Deum itaque patrem colimus, a quo omnia ex nihilo ad existendum producta sunt. Deum filium glorificamus, per quem omnia facta sunt, et eorum substantialis stabilitas conservatur. Deum item Spiritum sanctum veneramur. Et dum tres veneramur, non in tres deos deitatem discernimus: ut tritheismum videlicet, seu potius

(1) Aliis verbis prolixa fidei confessio scribitur a Nicephoro ad Leonem III rom. pontificem apud Concil. Labb. ed. pr. T. VII. col. 1216. seqq.

(2) Intellige Nazianzenum, quo nemo subtilius simulque copiosius multis in sermonibus de Trinitate disseruit. Idem orat. XXXIII. 16. ss. Trinitatis personas dicit ἀριθμῷ διαιρετάς, καὶ οὐ διαιρετάς θεότητι: *numero distinctas, divinitate non item.*

polytheismum, quae res inreligiosissima foret, vitemus. Atque unumquemque ex his perfectum esse scimus. Sed ex tribus perfectis unum superperfectum et praeperfectum fit, ut theomysticorum patrum theologia docet (1). Neque ergo hypostases, quasi essent naturae extraneae differentesque, inaequalitate et dissimilitudine dividentes sistimus, sed ratione proprietatum distinguimus, in unitate substantiae copulamus, nihil in his maius minusve esse credentes. Nam maius aut minus sicut in substantia videre non licet, ita ne in trinitate quidem quod adtinet ad substantiam seu divinitatem: quod dicimus ut arianam vesaniam, ex qua et contra quam nobis bellum est, extinguamus. Neque in unam hypostasim confundimus aut commiscemus, sed personis subsistentibus, rebusque, ac nominibus, distinctionem in substantia copulatam adfirmamus, ut sabellianum errorem deleamus. Utrumque scilicet impium est, tam oppositum quam concurrens. Atque ut uno verbo dicamus, coniungimus religiose distinguentes, et distinguimus Deo digna ratione copulantes. Idcirco distinctum hypostatibus, communione naturae adunamus: quod autem substantia ac deitate unitum est, in personis distinctum spectamus: utrubique magnum et augustissimum ac sublime theosophiae nostrae mysterium incolumiter ac religiose retinentes. Sic adoratores sanctissimae et supersubstantialis Trinitatis et spiritu et
61 24. veritate quum simus, ipsam colimus cum sanctitate et rectitudine fidei, cumque pura et inculpabili sententia cunctis diebus vitae nostrae.

19. Ita in hac praecisa exactaque theologiae ratione fundati ac stabiliti, consequenter etiam confitemur unum de consubstantiali sublimissimaque Trinitate dominum nostrum Iesum Christum, Dei filium, Deum nostrum, paternae gloriae splendorem, lumen de lumine, simillimam patri imaginem, hypostaseos eius characterem, incarnatum in terram venisse, factumque hominem, oeconomiae illud pro nobis opus peregisse. Namque ineffabili, ob suorum viscerum misericordiam clementiamque, erga homines amore commotus non tulit naturam nostram perpetuo saevi tyranni servitio addictam videre: sed patris beneplacito, et sanctissimi vivificique Spiritus opera, quin a paterna gloria discederet, neque suum Deo dignum honorem ullatenus deminueret, ad voluntariam exinanitionem semet demisit: et incarnatus de Spiritu sancto, et de sanctissima gloriosa vereque deipara semper virgine Maria, cuius et anima et caro antea purgata fuerat a Spiritu; atque homo quod ad omnia cetera, excepto peccato, apparens, mortali hac tangibili et circumscripta natura indutus, atque unus idemque ex ambobus effectus, nempe ex deitate et humanitate; perfectus simul usquequaque et immutabilis manens in deitate, perfectusque similiter et inconvertibilis in humanitate: cum ea nobiscum diversans, Adami transgressionem innocentia sua correxit; peccati autem corruptelam, voluntaria carnis passione, et vivifica morte, ac Deo digna resurrectione destruens, immortalitatem nobis largitus est. Tertia quippe die revixit, morti manubias detrahens, factusque est primogenitus mortuorum; viamque ad immortalitatem humanae naturae muniens, invisibilem hostem de sua adversus nos dominatione depulit; cuncta illa tum faciens tum etiam patiens quae in sacris evangeliis scripta a nobis creduntur. Qua opera et antiquum Adamum reformavit, et nostram renovavit na-

(1) Ὑπερτελὴς et προτέλειος apud divum Dionysium areop. de div. nom. II. 10. cum S. Maximi scholiis.

turam, et primigeniam illam felicitatem reduxit. In caelum demum adsumptus, in pari apud patrem throno primitias massae nostrae collocavit. Sic enim nos, ut compendiose dicamus, magnum et venerandum divinae oeconomiae confitentes adserimus peractum esse mysterium.

20. Quod si etiam paulo copiosius hac super re disserendum est, propter suborientes adversarios, qui novitates quasdam contra salutarem Dei Verbi incarnationem excogitant, sic denuo sermonem instituemus. Deus suapte natura quum esset unigenitus Dei patris filius et Verbum, ille ante saecula ex ipso ineffabiliter et intemporaliter natus, non abiecta quam naturaliter habebat divinitate, extremis saeculi temporibus, naturam humanam suscepit, et carnem ac sanguinem aeque ac nos participavit. Nam Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, non carnem *Gr. p. 25.* tantummodo adsumens, verum etiam anima rationali intellectualique animatam. Idem unicus filius post incarnationem etiam existens, consubstantialis quidem Deo patri secundum deitatem, sed nobis quoque consubstantialis secundum humanitatem; retinens conservansque in utraque concurrentium ad eandem unamque personam naturarum, post factam etiam unionem, inconvertibiles et immutabiles atque inconfusas, quae utrique inhaerent naturales qualitatum differentias. In hoc enim versatur nova et admiranda mixtio exinanitae deitatis et adsumptae humanitatis: unde ea quae peracta est in persona unitas a nobis cognoscitur. Paritur enim (mirabile dictu!) post adsumptam humanitatem Deus. Integer enim Deus integro homini copulatur, in unam compositam conveniens personam atque subiectum: quo fit ut eam quae peperit, proprie vereque nos Deiparam confiteamur. Nam qui sine matre et sine initio genitus antea fuerat, secundam ex illa sine patre nativitatem sortitus est; non quod deitas eius hinc initium existendi sumpserit, sed manens in eo quod erat, quod non erat adsumens, proprium sibi fecit, factusque est mediator Dei et hominum, utramque participans diversam naturam, deitatem inquam et humanitatem, quas unitate personae copulavit: nam duae simul concurrentes naturae unum effecerunt Christum et filium ac dominum: unus quippe ex duobus procedere intelligitur Christus, prout mente concipitur et visu cernitur: atque ut perfectus et immutabilis permanens in deitate, ita perfectus et inconvertibilis existens in humanitate: impassibilis idem deitate, utpote etiam incorporeus, cuius vi supernaturali miracula patrabat; simulque incorruptibilis, incircumscriptus, et immortalis: passibilis autem humanitate, utpote corporeus, secundum quam naturaliter cruciatus pertulit: idem mortalis, figuratus et circumscriptus, quatenus apparuerat de Davidis stirpe homo. Proprias vero sibi facit templi sui passiones Verbum, crucemque et mortem, et alia huiusmodi quae propter nos dispensative pati dignatum est. Nam sanguine eius pretioso empti sumus, qui peccato eramus divenditi, ab eoque media maceria, inimicitia scilicet, in carne propria dissoluta fuit, quia reconciliavit caelestia terrestribus, unamque ecclesiam ac coetum angelorum et hominum in caelo terraque constituit. Unus ergo est ex utroque consistens (Christus.) Et quamquam nihil passum est Verbum in propria natura, idem tamen pro nobis passum dicitur, non deitate sed terrena natura (1). Nam proprium ipsi est, quod passio-

(1) Atqui si respicias ad editum a nobis Leontium adv. Nest. Script. vet. T. IX. p. 421. videbitur dicendum potius *Christus passus in carne*, quam *Verbum* etc. Certe Petrus I. 4. 1. dicit *Christo in carne passo*

nem pertulit corpus. Sic omni in re, divinae simul naturae dignitatem, et humanae paupertatis humilitatem testans: ne incarnatio eius videretur phantastica. Atque ut Deus mansit humanitati sociatus, ita in deitatis dignitate nihilo tamen minus homo est. Ambo itaque unus Deus et homo Emmanuhel.

21. Quandoquidem itaque intra iustos rectae fidei terminos ita consistimus, sic dogmata nostra tenemus. Nam dualitatem concurrentium in Christo substantiarum, cum suis idiomatibus, utraque enim perfecta et indeficiens substantia est, Gr. p. 26. praedicamus. Ille autem, qui hinc ad unitatem personae, propter hypostaticam unionem, substantialiter fit concursus, aeque a nobis proclamatur. Non secamus neque dividimus in duos filios unum dominum Iesum Christum, nempe seorsum in hominem, et seorsum in Deum, ac veluti in partes; idque ut furiosam stultamque hominicolae Nestorii divisionem excludamus. Neque rursus confundimus aut alteramus, tanquam ad unicam naturam trahentes, unicae personae unitatem, sed inpermixtas servamus ambabus naturis inhaerentes differentias, ut stulti Eutychetis synaeresim destruamus, nec non etiam Severianorum qui merito Acephali (1) dicti sunt. Namque et hi male uniunt, et Nestorius impie dividit: ita ut aeque peccaverint circa incarnationis rationem Eutyches et Nestorius, ac circa divinitatis doctrinam Sabellius et Arius.

22. Quum ergo duas confiteamur perfectas in Christo naturas, tum ipsas per se, tum etiam quod attinet ad physicas earundem qualitates; confiteri consequenter oportebit, inhaerentes etiam utrique naturae voluntates et operationes. Necesse enim est, quia duae creduntur substantiae, duplices pariter illarum praedicare qualitates. Aliter certe accurata illarum perfectio incolumis esse non poterit. Nam sunt in naturis characteristicae, neque est invenire naturam voluntate aut operatione carentem. Sicut ergo, quatenus Deus, volebat et operabatur; ita etiam, quatenus homo, volebat aeque et operabatur, tum in patrandis miraculis, tum in aliis adsumptae humanitatis officiis. Haud tamen haec invicem contraria erant; cedebant enim et subiiciebantur adsumenti ea, quae erant adsumpti: prorsus ut nihil fieri contrarium repugnansque ex unitis naturis, quamquam diversis, conspiceretur. Hoc inde probatur, quod quorum naturae diversae sunt, eorum ratio quoque differt: id quod in heterogeneis rebus apparet. Necesse est itaque, ut substantiales voluntatis operationisque qualitates differant inter se. Namque ex his ipsis qualitatibus naturarum quoque scientiam adquirimus: quippe quia quorum eaedem operationes sunt, eorumdem quoque naturae sunt pares. Sic ergo modus quoque theandricae Christi operationis, qua nobiscum versans utebatur, perspicuus fiet, quem per hanc circumlocutionem consideravimus: nam mutua duarum naturarum appellatio, duplicitatem operationis demonstrat: quia unionis modus, differentiae modum incolumem in se conservat. Pariter quispiam concedet, utramque formam operari non sine alterutrius participatione. Non ergo unam voluntatem et operationem in divina oeconomia praedicamus, quo facto sua utrique convenientia officia eriperemus: si certe perfectam naturam esse adstruimus, ne dementis furiosique morbo laboremus

(1) Videtur heic ludere in vocabulo Nicephorus quasi dicat *sine cerebro*, quamquam alia fuit huius appellationis causa.

Apollinaris: quicum excommunicabimus Sergii quoque ac Pyrrhi (1), nec operosam nec voluntativam veri Verbi sodalitatem. Ita nos de venerandae et salutaris incarnationis mysterio censemus: quod etiamsi forte intellectum sit, ut ait vir theophorus, manet ineffabile; enarratum autem, manet adhuc incognitum. Visitati ergo per praedictam incarnationem, salvatos nos confitemur: et cum omnibus quae apud nos sunt Gr. p. 27. religiosis rebus, veneranda quoque illius symbola et indicia honoramus et amore prosequimur, per quae non secus atque per evangelicam historiam narratur nobis et repraesentatur et in memoriam revocatur quicquid a Servatore pro nobis actum fuit; sicut ab antiquo et a religionis initio filii a patribus traditum pie recepimus.

23. Haec symbola nos adamantes, religioso quoque honore prosequimur; haud sane latriae adorationem exhibentes, apage, quae soli omnium domino Deo congruit. Omnes enim, quotquot docibiles Dei sunt in spiritu, satis norunt quid in cultu intersit, et qualem oporteat Christo Deo nostro adorationem exhibere, et convenientem simul venerationem sacris imaginibus non denegare, perque has honorem ad archetypum extollere. Praeter haec, venerandas quoque imagines honoramus sanctissimae et immaculatae dominae nostrae veraeque tutelae semper virginis Deiparae, quae secundum carnem dominum nostrum Iesum Christum Deum, sine semine ineffabiliter et supernaturaliter peperit; itemque sanctorum angelorum, aliorumque omnium sanctorum qui omni tempore ei placuerunt: quorum etiam monumenta donis ornamus, et intercessionem ambimus. Vivunt enim in Deo, in ipsoque operantur, et ad se confugientibus atque implorantibus auxiliari opemque ferre per insitam sibi a Deo vim gratiamque possunt (2). Age vero confessione hac et fide quidnam, oro, sublimius vel religiosius sit? Certe non est alia praeter hanc fides, vel erit, quam solam apostolicus sermo novit fidem vocare. De hac enim ait *: " ante quam fides veniret, sub lege custodiebamur conclusi, in eam * Gal. III. 23. Hebr. VI. 19.
,, fidem quae revelanda erat. Quamobrem lex, paedagogus noster fuit ad Christum,
,, ut fide iustificaremur. Omnes enim filii Dei estis per fidem Iesu Christi. Quam
,, sicut anchoram habemus animae tutam ac firmam, et incedentem usque ad in-
,, teriora velaminis, quo praecursor pro nobis introivit Christus. ,, Quid ergo his opponent religionis hostes et veritatis accusatores? Nos adoramus, quod scimus: ipsi quod nos adoramus, nesciunt. ☙ Idola adorant Christiani. ☙ O audaciam! o insaniam! quid hac voce scelestius aut irreligiosius? Quanta sit certe sermonis

(1) Honorium romanum inter monothelitas minime numerari cum Sergio et Pyrrho a Sophronio hierosol., a Nicolao constantinop., et a libello synodico, dixi iam in Spicilegii rom. praefatione T. X. p. IX. Nunc etiam Nicephorus patriarcha, etsi decessores suos Sergium et Pyrrhum uti monothelitas exsecratur, de Honorio tacet; quod certe non faceret, nisi illa labe Honorium immunem fuisse iudicaret.

(2) Augustinus de Nebridio qui ad Deum praecesserat, conf. IX. 3: *nec eum arbitror oblivisci mei.* Et contra Faustum lib. XX. 20: *populus christianus memorias martyrum religiosa sollemnitate concelebrat, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuvetur.* Et quidem totus hic Augustini locus utiliter legetur. Et in sermone de ss. Perpetua et Felicitate (280) de ss. martyribus: *miramur eos, miserantur nos: gratulamur eis, precantur pro nobis.* Denique de Stephano protomartyre (serm. 319.) *Orationes eius multa impetrant, non tamen omnia. Non cessatum est, oratum est, dedit postea Deus per Stephanum. Sunt verba orantis Stephani etc. In cuius nomine faciebat ante quam carnem deponeret, in eiusdem nomine faciunt orationes eius ut beneficia impetrentur.* Hae doctor ecclesiae eximius. Frustra igitur maligne nuper, ut audivi, haereticae sectae homo, oranti sanctos catholico in aurem insusurrabat: quid agis? num sancti te audiunt? Si autem auditu carent, manu quoque benefica carere eos necesse est. — Tentator hic Augustinum, ut arbitror, ignorabat.

illorum absurditas, cognosci facile potest. Nam quia, abiectis quae ad Deum pertinent, aiunt Christianos cultum idolis exhibere: et quia is qui idola colit, id quod
* Gal. IV. 8. nihil reapse est colit, uti scriptum est * " et iis, qui natura non sunt dii, servierunt ,, sermo quidem illorum id concludit, ut quandoquidem nos viventem verumque Deum adoramus, nihil aliud dicere videantur, nisi Deum nostrum non esse Deum.

Gr. p. 28. 24. Iamvero adversus huiusmodi Dei hostes, quid aliud ab ipsa veritate dicendum sit, nisi ut cum magno Davide linguae consonent, Spiritu apud eum lo-
* Ps. LII. 22. quente utentes? " Dixit insipiens in corde suo: non est Deus *. Item: inimicus
* LXXIII. 18. ,, improperavit Domino *. Et mox: populus insipiens irritavit nomen eius. Denuo:
* LXXX. 16. ,, et erit tempus eorum in saeculum *. Insuper: filii alieni mentiti sunt ei, et in-
* XVII. 46. ,, veterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis *. Non est illis commutatio, quia
* LIV. 20. ,, non timuerunt Deum *. Et, obtrectaverunt ipsi quoque Deo, dixeruntque: ,, num poterit Deus? vel comparare valuit libertatem populo suo? servitute et corruptione eripere, et ex tenebrarum potestate redimere, atque in admirabile lumen ,, suum vocare? Vel fortem ligare vasaque eius diripere? aut in altum conscendere, ,, et captivitatem captivare? ,, Haec veritatis adversarii stultique homines aiunt.
* Ps. XCI. 7. " Vir enim insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget haec *. ,, Non enim passi sunt admittere disciplinam Domini, neque aurem suam divinis oraculis ac-
* Is. L. 2. commodare, et audire quomodo prophetarum voce universalis clamaverit Deus *. " Num manus mea non valet eripere? num vos liberare nequeo? En ego increpa- ,, tione mea desertum faciam mare, ponam flumina arida instar eremi. Praeterea:
* Is. XLIII. 25. ,, ego sum qui iniquitates tuas et peccata deleo, quorum diutius non recordabor *. ,, Beatum autem solumque dynastam illum esse ex apostolica doctrina manifeste di-
* I. Tim. VI. 15. scimus *. Pergat vero sermo noster trita regiaque via, atque observemus, si ita videtur, quaenam pastoribus ac sacerdotibus, qui sub lege non legitime vivebant,
* Hier. II. 8. per sanctum quendam exprobrat Deus. Ait enim *: sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus; et qui praesunt legi meae, non noverunt me; et pastores impie adversus me egerunt. Et prophetae prophetabant Baali, et inutilem Deum sectabantur. De quibus divinam quoque sententiam scriptam videre est, ipsumque Deum de
* Hier. II. 10. tribunali propemodum eos iudicantem, et gravissimis verbis mandantem *: " tran- ,, site ad insulas Chettiim, et videte; mittite in Cedar et considerate, ac videte ,, num talia facta sint; num commutaverint gentes deos suos, qui ceteroqui non ,, sunt dii. Populus autem meus mutavit gloriam suam in id, unde utilitatem non ,, consequetur. ,,

25. Quas porro iam iis, qui sub gratia sunt, pastoribus minas intentabit? Nonne clare dicentem audiemus: pergite ad episcoporum synagogas, mittite ad sacerdotum conventum et videte, num in avita fide constiterint? an potius deductam usque ad ipsos confessionem mutaverint, et ipsi sui sint accusatores. Etiamsi enim nolint, actibus coacti compulsique, quales sint apparebunt, quin extrinsecis accusatoribus ulloque argumento opus sit. Respondebunt ergo dicentes: gloriam nostram
Gr. p. 29. mutavimus, in confessione nostra non perseveravimus, neque divinum reveriti sumus altare, ubi sacra evangelii eloquia cervici imposita gestavimus (1); neque datas

(1) Ritus est hic graecae ecclesiae in consecrandis episcopis, de quo memini me ante hos annos typis imprimere Photii quaestionem amphilochianam CLXV, quae haud sine varietate non uno in codice vat. le-

ibi promissiones observavimus; sed in cunctis praevaricantes exerravimus, et a recta semita declinavimus, et ambiguo animo, atque in omnibus viis nostris inconstantes, similes evasimus mari procellae perflantibus ventis iactato. Ita enim comparata est incredulitatis perversitas, ut nihil stabile firmumque habeat, ut semper variet, atque hac illac agitata mutetur. Atque ut summatim dicamus, dum hominibus placere studemus, a Dei famulatu excidimus; nempe quae neque cogitare neque dicere licet, adfirmare ausi sumus, Pauli sententiae * mente et opere contradicentes. * Gal. I. 10.
Iam vero aequum esset et consectaneum, impendentem a Deo blasphemiis nostris vindictam praevidentes, haec insuper addere: nempe quod septuplum ultio dabitur de Caino, de Lamecho autem septuagies septies, uti scriptum est *. „ Qua in di- * Gen. IV. 24.
ctione nescio quid desiderari quispiam considerans, non immerito diceret fortasse indicari, fore ut qui peccando progrediatur, maiorem poenae mensuram sit recepturus. Nam Cainus rei imperitia rudis, et mali coargutione nondum admonitus, ignorantia adhuc laborabat, nec parricidii satis facinus vel pro rei gravitate agnoscebat, peccato tum primum veluti in foribus apparente. Verum quod subsecutum est homicidium, maiore atque infinita poenae vindicta multatum fuit, quia post notitiam peccari ausum est. Eius rei insigne exemplum oculis erat propositum, et divino decreto firmatum, signum videlicet a Deo impressum, ne quis eum occideret qui sententia fuerat damnatus, sed amaram potius vitam protraheret.

Paria quaedam nostra quoque aetate contigisse videmus. Nam hunc errorem apud maiores etiam nostros aliquando grassatum comperimus (1). Verumtamen paulo levius illorum peccatum fuit, veniamque etiam a Deo fortasse sperare poterant, atque aliqua etsi haud valde probabilis apologiae ratio supererat, quod nondum satis sibi exploratum intellectumque esset ecclesiae dogma atque sententia. Quod deinde evenit, neque enim negabimus, nobisque ipsis viventibus manifeste peractum deprehenditur: quia non privatim in secreta aliqua vel exigua orbis parte, sed publice et in medio communique theatro angelorum et hominum omniumque, quotquot sunt rationales et sensu praeditae, creaturarum, coramque Deo cuncta manu sua tenente, vidente atque spectante, ea quae apud nos plane in confesso erant, abolevimus (2). Quam ob rem summum nobis impendet discrimen, et infinita poena, quia post illam tantam disquisitionem, et ineffabile examen, infeliciter peccavimus, dogmate tam splendide iam perspicueque oculis nostris proposito: quod quidem dogma apud Nicaeam, quae est Bithynorum Dei recto cultu semper innixa triumphalis (3) metropolis, sancte adunatus a Deo secundus conventus, sive sacra et oecu- *Gr. p.* 30.

gitur hoc titulo. *Φωτίου Κωνσταντινοπόλεως. Τίνος χάριν τίθεται τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον τῇ κεφαλῇ τοῦ χειροτονημένου. Διὰ τί ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔφερεν ὁ ἱερεὺς τιάραν, φησί; διότι τὸν προχειριζόμενον ἁπάντων κεφαλὴν, κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔδει τὴν ἐξουσίαν ἔχειν, καὶ εἰδέναι ὅτι κεφαλὴ τῶν ἄλλων προβαλλόμενος, καὶ αὐτὸς ὑπὸ κεφαλὴν ἔστι τον κοινὸν ἁπάντων δεσπότην καὶ ἐξουσιαστήν· ἀπολελυμένη γὰρ αὐθεντία καὶ αὐτόνομος, ἀφόρητός ἐστι καὶ χαλεπὴ κ. τ. λ.* *Photii constantinopolitani. Cur sanctum evangelium capiti imponatur ordinati. Cur tiaram sacerdos in capite gerebat? Quia cum aliquis ut sit caput omnium ordinatur, oportet supra caput eius aliam extare potestatem: ut quamvis ipse caput ceteris praepositus sit, reputet se vicissim sub alio capite esse, Domino videlicet universalem potentatum habente. Etenim absoluta auctoritas suoque libero iure utens, permolesta est et intoleranda etc.*

(1) Nempe in priore haereseos iconoclasticae actu sub Isaurico et Copronymo.

(2) Scilicet in secundo actu sub Armenio. Nam heic loqui finguntur episcopi praevaricatores.

(3) Cur triumphalis Nicaea? Nihil aliud fortasse quam vocabuli etymologiam Nicephorus respicit.

menica synodus, plurimis auctoritatibus de divina scriptura patrumque doctrina sumptis confirmavit. Et quidem haec synodus summae auctoritatis est, atque ad plenam fidem faciendam sufficiens, quia et oecumenica fuit, et omnino libera, et extra omnem calumniae reprehensionisque aleam posita, et cuiusvis alieni dogmatis insons, culpaque carens. ETENIM CELEBRATA FUIT AEQUISSIME ET IN PRIMIS LEGITIME: NAM SECUNDUM EDITA ANTIQUITUS DIVINA DECRETA, PRAEEMINEBAT IN EA PRAESIDEBATQUE EX OCCIDENTALI FASTIGIO, ID EST EX VETERE ROMA, PARS NON MODICA: SINE QUIBUS (ROMANIS) ULLUM DOGMA, QUOD IN ECCLESIA VENTILATUM, DECRETIS CANONICIS ET SACERDOTALI CONSUETUDINE FUERIT ANTEA RATUM, NUMQUAM TAMEN PROBATUM HABEBITUR, NEQUE IN PRAXIM DEDUCETUR: QUIA ILLI SACERDOTII PRINCIPATUM SORTITI SUNT, EAMQUE DIGNITATEM A DUOBUS CORYPHAEIS APOSTOLIS TRADITAM HABENT (1).

Praeterea quicquid a parte Byzantii, id est iunioris Romae, quae nunc civitas in nostris partibus dominatur, et ob regalem dignitatem princeps est, quicquid inquam episcoporum sacris sedibus praesidentium, virtutumque gloria fulgentium erat, hi ex orientis regionibus convocati, et occupantium apostolicas sedes locum doctrinamque pro divinis nostris dogmatibus heic tenentes, sacratissimi homines, moribus et scientia praecellentes; denique quotquot propemodum in universo orbe antistites erant, huc convocati, unum omnes veritatis scopum spectantes, concordiam suffragiorumque consensum supernae gratiae radio illuminati prae se tulerunt. Habuit enim iste conventus pacis statorem Christum. Profecto iam inde a priscis temporibus ita lex ecclesiastica iubet, nempe ut siqua in Dei ecclesia dubia excitentur aut controversia, ea per oecumenicas synodos solvantur ac definiantur, cum consensu et adprobatione tenentium apostolicas sedes pontificum. Hoc pacto superiores erroris tenebras discusserunt. Sancto autem Spiritu muniti, et verae religionis armis instructi, capita impiorum hostium secuerunt: hoc vero continuatum Christianorum dogma, et antiquitate ecclesiastica pollens, uti par erat confirmaverunt, nihil neotericum invehentes, nihil novum aut superfluum excogitantes. Superne itaque divino afflatu permoti, ceu tutum, nec diutius controversiae obnoxium dogma hoc habuerunt, splendidum veritatis robur sibimet circumponentes. Hoc idem dogma episcopi omnes, utpote Deum mente gerentes, et orthodoxia ornati, suffragio suo ratum habuerunt, piique imperatores sectati sunt atque adamarunt, et cunctus Christianorum populus amplexus est, in eoque perseverat; et interpositum illinc triginta propemodum annorum spatium (2) confirmavit; nosque adeo ut recta religione plenum admisimus, eique subscripsimus, ex quo electi et

(1) Prorsus egregia sunt quae heic dicit Nicephorus (immo et ore adversariorum confitenda curat) ob discernendum quodnam sit authenticum concilium atque oecumenicum; nempe si legitime convocatum fuerit, si orthodoxum, si inculpatum, si ex universa ecclesia congregatum. Quae autem addit Nicephorus de suprema romanae ecclesiae praerogativa non praesidendi solum oecumenicis conciliis, verum etiam ea confirmandi, ita ut sine illius auspicio et sanctione nulla dogmatica definitio peremptoria futura sit nec publicae praxi proponenda, quantumvis antea diu ventilata, et usu sacerdotali rata; haec, inquam, tam disertis verbis adseri a graeco patriarcha vix expectasses: quam nobilem confessionem Nicephorus cumulat, causam privilegii sacrique principatus romanae ecclesiae dicens summos duos apostolos Petrum ac Paulum extitisse. Haec ii considerent quorum interest, et qui abiectae obedientiae rationem Deo reddituri sunt.

(2) Nicaenum II. generale concilium anno DCCLXXXVII celebratum scimus. Ergo Nicephorus maiorem hunc apologeticum scribebat anno circiter DCCCXVII, Leonis armenii imperantis quinto. Diximus autem p. 11. adn. 1. minorem apologeticum editum fuisse (quasi quandam velitationem) quinquennio antea, id est anno DCCCXIII.

in episcopalibus sedibus constituti fuimus. Parcat vero nobis Deus, quod hos quoque sacros canones contempserimus (1), et professioni infideles extitimus, quorum censuras latasque sententias in animabus nostris gerimus, quia impiam profanamque doctrinam mente fovimus. Ita fortasse, si a sua crapula atque incredulitate aliquando resipiscerent, sibique imperantes ad veritatem respicerent, ita inquam fortasse loquerentur, suarum animarum mala deplorantes. Nos interim reliquum sermonem prosequamur, et proposito argumento insistamus. *Gr. p. 31.*

26. ꝯ Sacerdotes tui, inquit scriptura, induentur iustitia *. Alieni vero sacerdotes quid? induentur ignominia, quia idola adorare volunt. ꝯ Haec aiunt homines sacerdotali schemate induti, qui christianum tamen dogma eierarunt, et idolicum praecipitium maluerunt, in quod se ruisse ipsimet pervulgant, alii quidem ad veritatis splendorem oculis conniventes, alii autem involuntariam caecitatem passi: siquidem sacris imaginibus, sicut pii omnes Christiani profitentur et faciunt, ipsi quoque honorem olim detulerunt; quae nimirum corporati propter nos Dei Verbi humanitatem, visibilem depictamque exprimunt, itemque sanctorum et electorum eius fortia facta et certamina, quae ob ipsius amorem contra adversarios sustinuerunt, denotant. Quibus imaginibus sancti mysterii vasa decore ornata vident, itemque sacram vestem, quaecumque in divina extenditur mensa (2) vel aliis locis, nec non peripetasmata atque tapetes iisdem decorari; tum etiam sacrum templum venerandis historiis depictum, et circumquaque his coronatum. Quoniam vero ad sacerdotes (nescio quos vel quales) mihi sermo est, tempestive admodum eos interrogaverim quinam apud ipsos religiosi ritus vel quae sacra mysteria sint? Et siquidem alias se caerimonias habere dicant, et diversa a nostris mysteria, ipsi viderint. Quod si habent haec ipsa nostra vere sublimia et caelestia, in quae cum reverentia multa ac veneratione prospiciunt angeli; cur quave ratione, cum intra templi adyta stantes, ad universalem Deum patrem sacra verba supra eucharisticam hostiam recitantes, aiunt: " avertens nos ab idolorum errore (nempe de Unigenito „ loquuntur) duxit nos ad cognitionem tui solius, qui es verus Deus pater; acqui„ rens nos sibi populum peculiarem (3) „ aliaque quotquot his similia illo in loco, inter operam sacram postea canuntur? * Ps. CXXXI. 9.

27. Cur vero deinceps nugantes amentesque, ceu lymphatici quidam et attoniti blaterant? ꝯ Nisi nos Constantinus (Copronymus) idolorum insania liberasset, Christus nullo modo prodesse nobis poterat. ꝯ Cur ergo, confitentes idolis se liberatos a Christo, idola rursus apud divinum altare adorant (4)? Profecto quod a mendacii patre inspirati haec dictitent, nemini * non fit perspicuum, ut mihi persuasum est, quia duo contraria summeque invicem repugnantia, falsitatem nimirum ac veritatem, ipsi in eandem confessionem concurrere existimant. In tantum dementiae ac stupiditatis venerunt, ut non sentiant vanis se ratiociniis et futilibus argumentis per vacuum aërem obambulare. Nam si utrubique se vera dicere, * gr. παντὶ τῷ. *Gr. p. 32.*

(1) Nempe loquuntur, ut iam monuimus, iconoclastae episcopi.
(2) Dicit *antimensia,* lintei genus cum depicta Servatoris imagine, in quo super aram sacram extenso Christi corpus reponitur. Antimensiorum consecratio seu benedictio legitur in Graecorum euchologio ed. rom. anni 1754. p. 262.
(3) Extant haec in divi Basilii liturgia, seu missa. Vide euchologium p. 79.
(4) Nempe in pictis antimensiis, supra quae sacrificant, nec non in ceteris figuratis altaris ornatibus.

stulte putant, iam hinc poterunt falsitatis crimen evangelio ipsi impingere. Nam
* Luc. XVI. 13. Christo dicente * " non potestis duobus dominis servire, Deo et Mamonae; „ isti suis opinionibus obsequentes, cogentur Christo et Mamonae (1) Constantino servire, unam ex duabus, velut ii qui hippocentauros componunt, efformantes religionem. Haec scilicet accusatores hominum laude dignorum, tenebrosi coram luce, contra sapientiam rudes, creaturae ingratae, improbi daemonis plasmata, haec inquam benefactori rependunt. Congruet certe tempestive illis, quod olim a divinitus
* II. Cor. VI. 14. loquente lingua illa dictum fuit *. Nam res inconciliabiles et incomparabiles, et invicem infinite distantes, quantum solis radii a tenebrosa subterranea abysso, etsi leve exemplum est, in unum concurrere existimant.

Deinde rursus interrogantibus nobis respondeant, utrum divinae se mensae adstare putent, immaculato incruentoque sacrificio operam dantes, an mensae daemonum, qui nidoribus cruoribusque gaudent? Hoc enim sententiae ipsorum, sive ut magis proprie dicamus, stultitiae consectaneum, discernere oportet, utrum sacris templis an idolorum aris interesse arbitrentur? Parcat sane nobis Deus, qui dum illorum opera arguimus, involuntarii illorum fuligine sordidamur. Atqui ipsis quodnam superest defensionis genus? quid contra dicent hi qui haud cohaerentia miscent, qui lucem pro tenebris, pro luce tenebras ponunt, quarum rerum communio nec fieri nec cogitari potest? Nam Christi famulatum et cultum simulque impurorum daemonum consistere posse, quis sana mente praeditus dicere ausit? Nam tenebrae solaris lucis praesentiam non patiuntur. Verum heic etiam illorum impietas animadvertatur. In sacrarum aedium dedicationibus et encaeniis, preces Deo a ministrantibus illic sacerdotibus supplicationesque fiunt, quibus postulant sanctissimum Spiritum mitti ad templum sanctificandum aeternaque luce implendum: atque ut ille sibi hoc templum ad habitaculum deligat gloriaeque tabernaculum, divinis denique charismatibus ornet, malorum remedium efficiat, daemones hinc expellat, sanctum sanctorum esse constituat. Quas inter preces divino unguento in nonnullis templi locis fit unctio, et sacrarum sanctarumque reliquiarum repositio. Num ergo paria his a contrariae partis hominibus ex sui dogmatis norma fiunt? Num quae heic sacra verba dicuntur, et quae ab ipsis monstruose murmurantur, consona invicem et consentanea sunt? Ecquis est ita stultus et mente captus, ut eandem aedem et fugandis daemonibus aptam dicat, et simul hospitio recipiendis? Eandem sanctam, et execrabilem? divinum Spiritum ibi obumbrare, et contrarium simul residere? quod reapse ab his omnes amentiae vesaniaeque fines praetergres-
Gr. p. 33. sis creditur. Qui profecto, ne ista quidem impietate tenus consistunt, sed sanctorum etiam Christi athletarum, qui usque ad sanguinem decertaverunt, sanctas sacrasque reliquias in consecratis altaribus reponere recusarunt: quorum etiam inter-
* Sap. III. 2. cessionem despuunt et abnuunt, ex sui nimirum dogmatis doctrina huiusmodi *: " visi sunt enim oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illo- „ rum, et discessio a nobis exterminium. At enim illi sunt in pace. „ Itaque in hoc universo agendi genere infelices hos vano errore laborare, manifeste compertum est.

(1) Confer in euchologio p. 369. de ecclesiae encaeniis preces, quae tamen variant.

Iidem mihi videntur nomen quoque Domini nihili pendere ac profanare, et contaminatos altari panes offerre, dum dicere audent *: " mensa Domini contami- * Malach. I. 12.
„ nata est, et superpositae illic dapes contemptae „ quod antiquitus legalis religionis sacerdotibus exprobratum scimus. Bene autem cum illis agetur, si quod olim dictum fuit Israheli, tantum audierint *: " quousque claudicatis ambobus poplitibus? „ religionem illis attribuentes, qui divinam legem parvi facientes, ad finitimarum gentium superstitiones properant: qua in re Samaritanorum praecipue institutum sectantur, qui et Dominum verebantur, et idola simul sua colebant; male quidem, sed ita tamen fortasse colebant ut proprium cuique cultum exhiberent. Isti vero confundentes ac permiscentes, atque unà conglobantes ea quae coniugari et coëxistere nequeunt, quod ne cogitari quidem sine summa blasphemia potest, unum eundemque honorem et cultum utrisque imperite et irreligiose adhibere volunt. Corinthiis enim qui nuper ab idolorum crapula resipuerant, et carnales adhuc parvulique erant in Christo, et lacte potius quam esca nutriri egebant *, comparari hos longe est absonum, tum propter postremum quo vivunt tempus, tum etiam ob dogmatum defaecatam iam doctrinam et exploratam. Qua super re refragari minime possunt, neque ullum defensionis obtentum prae se tendere. Neque item Hebraeis comparari queunt, paternae conversationis tenacibus, ita ut eos oporteret discere, quaenam essent elementa exordii sermonum Dei; et item lac, non solidam escam, requirerent *. Quod si tantopere obscuratae sunt illorum cogitationes, et infatuatum insipiens eorundem cor, atque ad evangelicae praedicationis radios caecutiunt, et rerum discrimina agnoscere nequeunt infinite a nobis remotarum atque omni comparatione maiorum, quia nempe inter sanctum et pollutum distinguere nesciunt, audiant quid eis evangelii sacerdos dicat, offusam ipsorum animabus caliginem demonstrans *: " quod si est opertum evangelium nostrum, in iis qui pereunt oper-
„ tum est. Nam Deus huius saeculi excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat
„ illis illuminatio evangelii gloriae Christi. Insuper *: nolo vos socios fieri daemo-
„ niorum: non potestis calicem Domini bibere, et calicem daemoniorum: non pot-
„ estis mensae Domini participes esse, et mensae daemoniorum. „

* III. Reg. XVIII. 21.
* I. Cor. III. 2.
* Hebr. V. 12.
* II. Cor. IV. 3.
* I. Cor. X. 20.

Existimabunt me fortasse amarum accusatorem, curiosius multi fidi huius erroris diverticula perscrutantem. Sed tamen veritatis defensionem non deseram, quamdiu salutis nostrae auctor praevaricantium dicacitate tanquam arcu feritur, et ecclesia vehementius obsidetur: " zelo enim zelatus sum pro Domino *. Et zelus do-
„ mus tuae comedit me *. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me *. „ Sanctorum effata mihi consona erunt. Porro mihi sciscitanti hi perspicue respondere ne recusent *. Cuiusnam corpus et sanguinem dum sacris operantur immolant? Si quidem Christi dixerint, quis istis fidem adhibeat? qui mirabilem illam salutaremque incarnationem destruunt, dum imperite impieque existimant, haud tale corpus Verbum assumpsisse, quale nostrum est, vocabula illa sua incircumscripti et non limitati impudenter iactantes, et phantasma secundum Manichaeorum nugas confingentes. Quod si etiam corpus esse concedant, quomodo illud et de medio simul tollunt, et sacrificant? Sed missos iam faciamus *: etenim quae ipsi apud imperitos blaterare solent, ea nos nugarum et absurditatis plenissima despuimus: nam utpote praevaricatores meras fabulas nobis narrant. " Sed haec non sunt

Gr. p. 34.
* III. Reg. XIX. 10.
* Ioh. II. 17.
* Ps. LXVIII. 10.
* gr. ἀπαναίνοιντο.
* gr. ἐάσωμεν.

* Ps CXVIII. 85. ,, ut lex Domini *. ,, Et illud: " quaeres sapientiam apud improbos, et non inve-
* Prov. XIV. 6. gr. ,, nies *. Et, abominatio Domino, cogitatio iniusta *. ,, Haec a sapientium ore au-
* Prov. XV. 26. gr. dimus. Quid ergo ad haec dicet ineffabilium ille mysteriorum cognitor? Neque enim aliunde convincere decet eos qui vana de corde eructant, et contrario spiritu
* I. Cor. X. 16. exstimulati loquuntur *: " calix benedictionis cui benedicimus, nonne communi-,, catio sanguinis Domini est? Et panis quem frangimus, nonne participatio cor-,, poris Christi est? ,, Quae ergo participatio iustitiae cum iniquitate? quae communio lucis et tenebrarum? quae concordia Christo cum Belial? quae portio est fideli cum infidele? quae conventio templi Dei cum idolis? Quid autem sit ido-
* I. Cor. X. 20. lum aut idolothytum, ipse definiet, nempe dicens *: quae immolant gentes, daemoniis immolant et non Deo.

Haec quidem ille qui nobis desuper perspicue revelavit divinorum oraculorum doctrinam. Nos vero ad aliam divinorum apud nos mysteriorum initiationem verba nunc transferamus. Cum dominus noster Iesus Christus Deus, relata de morte victoria, splendidoque erecto contra inferni tyrannidem trophaeo, grandi belua do-
* Matth. XXVIII. 19. mita, tertia die de mortuis surrexit, discipulis apparens mandavit *: " euntes do-,, cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. ,, Confestim illi per universam quam sol aspicit terram dispersi sunt, quò sermo eorum pervenit, et usque ad terminos mundi ipsorum verba discurrerunt. Sic isti gentium piscatores, eos qui recenter ex falsa incredulitatis unda paulisper emergebant, sagena sermonis vivos capiebant. Et primi quidem ad praedicationem et initiationem hi qui erant ex circumcisione accurrentes, gratiae benedictiones praeri-
Gr. p. 35. puerunt. Quotquot enim ex iudaica incredulitate conversi, et a paternis moribus recedentes, molesto iugo liberati fuerunt, sub quo legi serviebant quamdiu litterae adhaerebant, nunc adorationem in spiritu ac veritate pro legali praebent omnium Deo. Tum et illi, qui ab ethnica superstitione et ararum nidore retracti fuerunt, idololatricam insaniam ilico dereliquerunt. Alii a barbaris et absurdis sacris aufugientes, de praepotentis eatenus diaboli fraude liberati fuere. Ex quibus in unam fidei confessionem convenientibus, catholica Christi ecclesia formata est et congregata. Et quidem omnes ad Trinitatis cognitionem simul adducti, in ea baptizati sunt, nemine insuper se oggerente. Non enim cuiquam alii commemorare licet illud caelo terraque famigeratum nomen. Itaque ad mysteria nostra ceu profana nullo tempore accedent, neque se umquam participasse impurorum daemonum contaminationes suspicabuntur. Ideoque in spiritu Dei loquentes non dicent anathema
* I. Cor. XII. 3. Iesum *. Isti autem apprime profani et increduli, si minus in nomine Constantini (Copronymi), certe in Trinitatis nomine fuere baptizati, quod ipsos non arbitror negaturos. Secus enim haud nobis opus esset his disceptationibus ac certaminibus, neque nobis adeo negotium facesserent. Unde ipsis idolorum obtrusio, dicant ingenue. Quod si hoc professionis sigillum intactum sincerumque conservant, cur illis semper versatur in ore idolorum nomen?

28. Nam si baptizatis in Christi mortem nihil Christus prodest, quid ni sint isti Iudaeis vecordiores, et ethnicis infideliores, et barbaris irreligiosiores? Nemo enim ex his ecclesiae Dei accusatorem se facere ausus est. Hoc cuiusnam impietatis culmen non exaequat? quae verba insolentiae huius magnitudinem demonstra-

bunt? Quisnam alius existet, qui istos ex tanta culpa sanguine suo redimat? Quis hos christianos, nedum episcopos, nuncupet? Cogentur itaque aliud quaerere baptisma, quo initientur vel consummentur " crucifigentes sibimet filium Dei et osten-,, tui habentes * ,, postquam iam semel illuminati fuerant, et caeleste donum gu- * Hebr. VI. 6. staverant, sanctique Spiritus participes facti fuerant. Sic ergo nova initiatione indigentes, nova etiam unctione et ordinatione egebunt, quia priorem abnegarunt et repudiarunt. Quomodo enim initiationem conferent, quam ipsi non retinuerunt? Vel quomodo qui de sua se ordinatione demiserunt, baptizare aut dogmata docere contendent? Quî denique fieri potest, ut dogma vel baptisma ab iis traditum gratum sit aut fiducia dignum?

29. Praedictis hoc etiam addam, quod ipsi quoque concedent, quamquam omnia subvertere soliti, sententiamque facile mutare, et nullam constantiam retinere. Siquando aliquis ex fide nostra ad alium cultum sponte vel coactus transierit, et cum infidelibus ethnicis se contaminans, et abominandis escis gustatis, aut alio *Gr. p. 33.* quolibet modo a nostro ritu discesserit; venerandi ecclesiae canones, si hic peccato suo compunctus, et male actorum paenitens, ad ecclesiam mutata mente redierit, et a perversis scelestisque operibus suis se recedere profiteatur, hunc inquam canones limina sacri templi attingere vetant, sed procul coetu nostro consistere volunt, et divinorum mysteriorum communione arceri: tempusque ei rei definitum est, donec contrito corde et cum spiritus humilitate, per fervidam gemebundamque praeteritarum culparum confessionem scelus eluerit; atque ita sanctarum rerum participationi restituatur, et ceteris fidelibus consocietur. Dicant ergo nobis: qui se idola adorare aiunt, si christianis adnumerari velint, quisnam his (ab iconomachis) resipiscendi modus, quodve temporis spatium sit statutum? Quinam peccati confessionem sint excepturi? quibus canonibus obtemperare debeant? quomodo fiet illis dogmatum aut actorum ob ignorantiam vel malitiam vituperandorum correctio? ita ut sic explorentur, an digni sacro grege sint. Certe quamdiu Christum oppugnare non desinunt procul sacris septis absistant, atque ut tabida atque inutilia ovilis Christi membra abscindantur, ne forte sana quoque, et in praeclara confessione incolumiter perstantia, a contaminatore animae morbo pessum dentur.

30. Quum autem idolorum, et eorum qui errore abducti ea venerantur, duplex sit classis; una quidem illorum qui crassa materialique mente praediti, in eo tantum quod cernitur subsistentes, nihilque ulterius cogitare valentes, lapidibus tantummodo et lignis et reliquae inanimi materiae mentem intendentes, adorant. Qui vero rationabilius sapientiusque cogitare videntur, ii in statuis habitare vim quandam existimant; quam etiam deorum nomine appellant, sicuti et illa signa, imagines deorum vocitare solent. Age vero utris horum novi idolorum cultores adscribendi sunt? Si rusticorum more in deteriore classe se collocant, ad evidentem amentiam beluinamque stupiditatem se demittunt. Quod si urbanius agentes classem alteram eligant, tunc in summam impietatem ac irreligiositatem incurrunt. Quaerendumque superest, utrum masculinum malint deorum genus, et quidem sortito quosdam, veluti Saturnum, Iovem, Apollinem? An potius femininum, veluti Rheam, Iunonem, Dianam? Item ex eorundem deorum classibus, utrum primam et secundam, et utrum praeminentias quasdam, et limites, et dignitatum gradus,

attribuant? ut, siquidem ethnicismum forte profiteri debeant, praerogativas non ignorent. Mirari autem summopere oportet illorum stupiditatem, qui nolunt intelligere, si nihil aliud, certe quod unicuique religioni est peculiare, et templorum ac sacrificiorum diversitatem, denique imaginum quoque differentiam. Nam sicuti ea quae adorantur, attributa sua citra omnem comparationem habent; sunt enim
Gr. p. 37. alia quidem divina et veneranda, alia vero daemoniaca et exsecranda; ita dicendum est locos quoque, ubi cultus peragitur, nec non ritus, manifestissime inter se differre. Nam quae sunt tenebrosa, et digna tenebris, plerumque in tenebris aguntur: in subterraneis nempe adytis antrisque initiationes fiunt: nostra vero, quandoquidem in lumine vultus Domini incedimus, in illuminatione divini splendoris plenaque in luce revelantur mysteria, quia lux sunt.

31. Age vero etiam imaginum (quandoquidem multifidus est error, multique apud ethnicos dii daemonesque sunt) necesse est plures esse formas, et figuras varias atque multiplices, specieque diversas, invicemque dissimiles, et ipsum illud rude unicuique Deo positum simulacrum oportet differre. Apud nos autem Christianos quum simplex sit et indivisa veritas, quia unus est Christus, una quoque est imaginis eius species, characterque similis ex uno archetypo semper procedens. Sicut, exempli causa, ab uno anulo plura fiunt ectypa, quamquam ob aetates aliquando et locorum in quibus versantur idiotismos, habitu et forma parum quid differunt; et multiplicatur quidem, sed idem manet unumque subiectum. Sicut etiam unus manet idemque ignis, etiamsi ex una lampade multae accendantur, studio et fiducia eorum qui illa egent gratia et utilitate. Sacrificiorum vero quanta sit differentia, demonstrare pronum est; cum nostro enim incruento et sacratissimo sacrificio, quamnam habent communionem detestandae illae et profanae abominationes?

32. Quod si semel, ut isti aiunt, idola adoraverunt, cur iis cultores sui non non sint invisi, quia in alienis templis colunt? quomodo illorum iram perferent? Par est enim illos excandescere, quod possessa olim templa, hi non excitant renovantque, diutissime iam diruta soloque exaequata, quorum multorum ne vestigia quidem manent. Vellent itaque, ut illuc se conferentes adorarent necessario exornarentque simulacra eorum, et congruas illis hostias adferrent, siquidem eas uti mos fuit gustare vellent, adipem victimarum edentes, libationum vinum bibentes, inmiscentes se fumo ac nidori, et ararum cruoribus ac tabo inquinati; si tamen ferre poterunt sordium illarum foetorem, qui semper sensui molestus est. Quomodo ergo infelices hi animo et lingua non perhorrescunt, res tam valido munimento divisas, per summum scelus miscere atque connectere? Quomodo perferet Deus iniuria laesus? Denique animadvertendum est, duplicem esse illorum in hac sua adversus nos calumnia iniquitatem; primo quia contra rectum dogma decertant; iterum quia oratio illorum multum habet litis et controversiae ex falsitate ipsa manantis, utra demum utri futilitas praestet.

33. Etenim idolum appellare servatoris nostri Christi Dei venerandam imaginem hi Christomachi non erubuerunt; itemque nugis Christianos obtundere, quod
Gr. p. 38. tamquam deos sacras imagines colant; stupore tanto atque amentia hi accusatores correpti, ut neque cultarum rerum cognoscant naturam, neque colentium intelligant sententiam, quamquam haec manifestissime pateant: interim tamen ad unum

impietatis praecipitium sua illos utrimque urget blasphemia. Nobis quidem super verae pietatis fundamento tute constitutis, cuiusmodi sit huius rei sententia et qualis cultus, exploratissimum est, iis certe qui vere prudentesque sapere curaverint, et incolume ratiocinium retineant. Immo vero illi ut bruta animalia errant, impurum et sanctum perinde habentes. Nec video, quomodo hanc turpitudinem facie sua eluent, perpetuo illis inflictam et adhaerentem. Quomodo stulte adeo atque imperite Christianos accusant, quasi aeque ac illos circa rerum sacrarum cultum insaniant; id coniectantes videlicet ex sua perfidia et apostasia, atque ex semetipsis aliena aestimantes? Certe haud magis vitandi aversandique sunt ob irreligionem, quam ob fatuitatem stupiditatemque miserabiles et infelices. Vana haec ne Iudaei quidem aut ethnici ulli, qui alioqui semper irreprehensibili nostrae fidei obganniunt, effutiverunt.

34. Atque horum absurditates hactenus narratae ita se habent. Mihi vero ad falsitatis refutationem alia quoque via incedendum est, atque ex oraculis Spiritus, quibus omnimode obediendum est, quid recti quidve vitiosi in horum sermonibus sit, aestimandum. Regula ergo apostolica nobis praecipit *: " ne omni spiritui cre- * Ioh. IV. 1.
,, damus, sed probemus, utrum ex Deo sint: quoniam nunc multi pseudomagistri,
,, inquit, prodierunt. ,, Videamus itaque, an et ipsi spiritu Dei agantur, et conformia sentiant ac consona his qui in spiritu Dei sunt locuti: nam si hos diversa ab illis sentientes deprehendemus, exploratum nobis erit ipsos non Dei partes sed Antichristi sectari. Ac primo, si libet, vetustiores aetate in medium producantur; deinde qui dignitatibus per ecclesiam eminuerunt, his adiungentur. Sed cunctis praeeant illa quae universaliter proposita sunt et publicata a Spiritu oracula. Quoniam Christi Dei nostri inefficaciam infirmitatemque accusant, quasi homines ab ethnico errore liberare non valuerit, vanaque fuerit crucis passio et universa ab eo peracta incarnationis ratio, futilemque ostendere divinam praedicationem erroneo suo ratiocinio imaginantur, et falsiloquorum titulum veritatis praeconibus imposuerunt.

35. Age psallat beatus David divinam lyram pulsans, quam Spiritus ad harmoniam composuit. " Quia Deus magnus dominus, excelsus et terribilis, rex mag-
,, nus super omnem terram. Insuper: et regnavit Deus super gentes *. Et, vacate * Ps. XLVI. 3. et 9.
,, et videte, quoniam ego sum Deus, et exaltabor in gentibus, exaltabor in terra *. * Ps. XLV. 11.
,, Et, notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu omnium gentium revela-
,, vit iustitiam suam. Et, viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri *. ,, * Ps. XCVII. 2. et 3.
Quomodo ergo, et quandonam, et quibus in rebus Deus magnus super universam *Gr. p.* 39.
terram sit, qui universalis Deus agnoscitur, notumque fecit salutare suum, et in conspectu gentium revelavit iustitiam suam, hinc intelligere licet vere cordatis, rectamque et minime distortam ad tradita divinitus oracula mentem dirigentibus. Nam si uti Deus omnino universalis et creator intelligitur, iam omnium dominatur rexque est. Qui dominatur potestate sua saeculo *. Quia in manu eius sunt omnes fines * Ps. LXV. 7.
terrae *. Et omnia serviunt ei *. Sin haec forte dicuntur de singulari aliqua gente, * Ps. XCIV. 4. * Ps. LXXI. 11.
eique peculiariter addicta, quae ipsum solum verum Deum agnoscit, eique uni cultum exhibet; isthoc quoque modo Deus dicitur rex aliquorum ut Deus, et quidem ita olim a solis Israhelitis agnoscebatur, uti scriptum est *: " quando dividebat Al- *Deut. XXXII. 8.
,, tissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum

,, iuxta numerum angelorum Dei. Et fuit portio Domini populus eius Iacob, fu-
* Deut. XIV. 2. ,, niculus hereditatis eius Israhel. Et, ex omnibus gentibus elegi vos *. Et, popule
* Is. III. 12. * Ps. IC. 3. ,, meus, exactores vestri spoliant vos *. Et, nos populus tuus, et oves pascui tui *. ,, Et quaecumque huiusmodi in sacris oraculis de illis scribuntur; quos merito quispiam publicos quodammodo idiotismos dicat, Israhelem a ceterarum gentium incredulitate et irreligiositate discernentes ac separantes, Deoque familiariter admoventes. Quod sane de istis dici numquam poterit. Namque illarum gentium reges, et subiecta ipsis multitudo, animi incogitantiae cedentes, ideoque ut irrationalia animalia aberrantes, verum et naturaliter Deum ignoraverunt, qui eos creaverat, spirituque vitae donaverat, et providentia sua regebat: sibi autem imposuerunt regem Satanam, deosque, ut singulis libuit, atque exitiosos daemones, in varias sectas divisi ac dispersi adorantes, peculiares sibi religiones adsciverunt. Quoniam igitur ne hi quidem Deum omnium regem agnoverunt, neque populus eius familiaris fuerunt, qui ceteroqui iure erant, utpote creatura eius et opificium; sed neque omnes gentes, Israhel sunt; neque universa terra, Iudaea; haud sane apparet prophetica in ipsis oracula exitum habuisse.

Superest igitur ut de nobis, qui ex ethnicis ad Dei cognitionem vocati fuimus, idest de catholica et apostolica ecclesia, ad omnes terrae fines dilatata, quique Deum unum et omnium dominum regem magnum ac dominum concorditer confitemur atque adoramus, haec et intelligantur et recitentur. Quando autem haec? " Cum venit plenitudo temporis, et appropinquavit regnum caelorum, misit Deus ,, filium suum unigenitum, factum ex muliere, aeque ac nos hominem excepto
* Gal. IV. 4. ,, peccato *. ,, Vocavitque omnes gentes ad sui cognitionem, eripuitque nos de ini-
Gr. p. 40. mici dynastae amaro servitio. Tunc enimvero nos quoque ex ethnicis oriundi, ex non populo populus Dei evasimus, atque in eo nomen novum adepti sumus. Nam
* Is. LXII. 2. mihi servientes novo nomine appellabuntur, scriptum est *, quod omni aevo benedicetur, nempe ut ab eo simus dicamurque Christiani. Et quidem divinae notitiae
* Is. XLIX. 6. nobis lux oborta est; quoniam in lucem gentium te posui, inquit *. Ita nos popu-
* Ps. XLVI. 3. lus adquisitus laudamus Dominum cum Davide * dicentes. " Quia rex noster mag- ,, nus Dominus. ,, Deumque nostrum nobis inscribimus, et ecclesiae caput confitemur, quam ex gentibus sanguine suo redemit. Quia adquisivit sibi nos populum peculiarem, gentem sanctam, regale sacerdotium, ut annunciemus virtutes gloriam-
* I. Petr. II. 9. que eius *. Quia omnes gentes nunc serviunt ei, et benedicuntur in eo omnes tribus terrae, et adorant coram ipso omnes familiae gentium. Et omnes gentes veniunt et adorant coram ipso. Et adorant eum omnes reges terrae. Nempe a patriis ritibus diisque, et dominante apud ipsos irreligiositate resilientes, atque ad puram irreprehensibilemque confugientes promptissime fidem. Quid ergo de his existimant ii, qui sancto repugnant Spiritui? Si de Iudaeis quidem haec fuisse dicta, pro sua stul-
* Ps. LXXV. 2. titia adfirmaverint, at " notus in Iudaea Deus, et in Israhel magnum nomen eius *. ,, Illic enim eo tempore, tum gens, tum cultus, tum adoratio erat circumscripta.
* Ioh. IV. 20. " Hierosolymis enim oportet adorare * ,, ut olim lege iussum erat. Idcirco illi etiam qui Babylonem captivi aliquando translati fuerunt, quomodo cantabimus, aie-
* Ps. CXXXVI. 4. bant *, canticum Domini in terra aliena, mutis pendentibus de salice organis? Sin, aeque delirantes, ethnicis velint hanc gloriam tribuere; at evanuerunt in co-

gitationibus suis, et obtenebratum est insipiens illorum cor *; quia quum Deum cognovissent, non ut Deum glorificaverunt, aut grati erga eum fuerunt; sed coram suarum manuum operibus humiliter se prostraverunt, et creaturam creatoris loco adoraverunt, et abominandis impurisque daemonibus debitum Deo cultum obtulerunt. Sed in his aliae gentes glorientur. Atqui idola gentium argentum, et aurum sunt, opera manuum hominum, quae neque loquentur, neque cernent, neque ullatenus movebuntur. * Rom. I. 21.

Undique ergo conficitur, etiamsi veritatis hostes nolint, nos Christianos victrices partes tenere. Nobis enim praecipit Spiritus canere Domino canticum novum, non Hierosolymis solum neque in Iudaea, exiguis terrae sectionibus, sed in omni loco dominationis eius levantes puras manus *, servire Deo in sanctitate et iustitia. * I. Tim. II. 8. Quoniam apparuit nobis oriens ex alto, deditque nobis populo suo salutis notitiam in remissionem peccatorum nostrorum. Ita nos, utpote populus eius iubilationem agnoscimus, et in lumine vultus eius ambulamus, speramusque in eum universa congregatio populorum, neque est apud Christianos Deus recens, sed unum eundemque Deum agnoscimus. *Gr. p.* 41. Ego enim, inquit *, Deus primus, et in futurum. Et, * Is. XLI. 4. extra te alium Deum non novimus, Deo dicimus. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit iustitiam suam *. * Ps. XCVII. 2. Quaenam porro haec sit, Paulum dicentem audi *: " qui factus est nobis sapientia a Deo et iustitia et san- * I. Cor. I. 30. ,, ctificatio et redemptio. ,, Est autem hic Emmanuhel. Si ergo in ipso iustificati fide, per ipsum redempti fuimus, viderunt enim omnes termini terrae salutare Dei nostri *, exploratum est eos qui a ventre suo loquuntur non ab ore Domini, solu- * Ps. XCVII. 3. tumque habent ad blasphemias contra Unigenitum os, tamquam ab Antichristo loqui, ut magno Iohanni * ipsique veritati videtur. * I. Ioh. II. 22. Aliter enim ac divini Spiritus verba sunt, hi stultissime blaterant; qui profecto numquam canticum Domini cecinerunt, quod tamen ab agricolis, mercatoribus, nautis, et cuiuslibet dignitatis, aetatis, et conditionis hominibus canitur ac celebratur; ideoque illi prae ceteris rudes et insipientes merito credentur. Quamobrem ne sacerdotes quidem, ut par est, vocabuntur; neque ullum in eis sacerdotale vestigium, sed inscitiae potius atque insaniae; ita ut et risu digni sint, et extremas poenas daturi; si quidem divina oracula, ipsis seu sacerdotibus commissa, sano ingenio non valuerunt percipere. " Nam vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget haec *. ,, * Ps. XCI. 7. Ergo quum exploratum sit, eos a divino Spiritu instinctos non loqui, a contrario permotos loqui compertum est.

36. Canat autem nobis propheta praedictis consona, nempe in Deo fundatam ecclesiam manere immobilem *: " Deus in medio eius, et non commovebitur: ad- * Ps. XLV. 6. ,, iuvabit eam Deus mane diluculo. ,, Millies licet impiorum maleficae minae imbrium instar irruant, ventique nequitiae graviore impetu spirent, torrentesque impietatis strepente fluctu magnoque murmure volvantur. Fundata est enim supra immotam petram, qui est Christus. " Omnia enim quaecumque voluit Dominus fecit ,, in caelo et in terra *. ,, * Ps. CXIII. 3. Confundantur impii. Reliquum est ut aliorum quoque deiferorum virorum effata, vel potius loquentis per eos Spiritus, in medium disquirenda feramus; ut videlicet cognoscamus, quid de nostro proposito eloquantur; atque utrum adversariorum sermones cum eis conspirent, palam fiat. Ergo hinc ini-

tium capiamus. " Et erit, inquit, in loco ubi dictum est eis, vos non populus
* Os. I. 10. ,, meus, ibi filii Dei vivi vocabuntur *. ,, Quinam vero hi sint, et de quibusnam propheticus nobis sermo loquatur, vir qui beatitudinibus illis dignus est habitus, CUI CLAVES REGNI CAELORUM TRADITAE FUERUNT, PETRUS FIDEI NOSTRAE FUNDAMENTUM ET FUL-
* I Petr. II. 9. CRUM, docebit dicens *: " vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens san- ,, cta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vo-
Gr. p. 42. ,, cavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem po- ,, pulus Dei; qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam con- ,, secuti. ,, Consona his Paulus quoque, gratiae eiusdem gloriaeque particeps, Christique mysteriorum custos, loquatur: " ut ostenderet divitias gloriae suae in vasis
* Rom. IX. 23. ,, misericordiae, quae praeparavit in gloriam suam *. ,, Quos et vocavit non solum
Os. II. 23. gr. ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus. Sicut etiam in Osea dicit *: " vocabo non ple- ,, bem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam. Et erit in loco ubi di- ,, ctum est eis: non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi. ,,

Sic itaque hoc sapientium mundi magistrorum par praeclarissime censuit. Iam vero his invicem consona circa propheticas locutiones dicentibus, ceu uno eodemque spiritu permotis, nosque ex Iudaeis ethnicisque vocatos ad divini luminis cognitionem, Dei esse populum gentemque testantibus, et inscitiae veterisque illius infidelitatis tenebris liberatos; quisquis contraria dicere ausus fuerit, nonne contrario spiritu commotus loqui coarguetur? Deinde rursus idem hic Deo adflatus vir
* Os. II. 19. aliud in Spiritu oraculum proferat *: et sponsabo te in iustitia et in iudicio ac veritate et misericordia, et sponsabo te mihi in fide, et Dominum cognosces. ,, Quid ad haec dicent hi, qui divinae adversantur et repugnant voluntati? Nam si ut mente crassi ac materiales, litteraeque inhaerentes, de iudaico populo prophetata haec intelligant, consueto etiam nunc mendacio abutentur. Est enim hoc incredibile: nam res iudaicae in aeternum non perseverant, neque usque in hodiernum diem ipsorum libertas fuit incolumis. Ubinam quippe regia ipsorum statio, et urbs spectabilis, et templum famigeratum? Ubinam cultus, et legales ritus, et reliqua religionis pompa? ne iam singula persequamur. Desiverunt omnia et evanuerunt. Non fuit ergo desponsata Deo in aeternum Iudaeorum synagoga, neque licet prophetica dicta huic accommodare. Necessario igitur de novo populo deque Christi ecclesia haec intelligere et explicare probum prudentemque decet auditorem; quae quidem Christo proco copulata est, et contubernalem perpetuum in corde suo sponsum habet, et amatoris sui dilectione compungitur. Ab huius ergo amore in aeternum non recedet, neque alium quemvis sectabitur. In quibus verax facile comperient propheticum oraculum, ut ipsae res clamant, et testis est Paulus egregius pronu-
* II Cor. XI. 2. bus, ad Corinthiorum ecclesiam ita scribens *: " despondi vos uni viro virginem
* Ephes. V. 25. ,, castam exhibere Christo. ,, Rursusque ad Ephesios scribens *: sic Christus dile- ,, xit ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut ipsam purgaret lavacro aquae in
Gr. p. 43. ,, verbo, ut exhiberet eandem sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam ,, neque rugam neque aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. ,,

Quid aitis? Paulum abrogatis, et vaniloquum appellatis eum qui Christum habuit in se loquentem? Immo is verissime loquitur, conservaturque Christi ecclesia omni idolica abominatione carens; vosque potius mentimini mendacii amatores,

quodque magis proprium et consentaneum dicetur, Antichristum habetis in vobis loquentem. Quomodo autem in iustitia et iudicio et misericordia illud factum dicitur? " Quia eripuit nos de potestate tenebrarum *, et de corruptelae servitute „ liberavit. Quoniam Deus erat, inquit, in Christo, mundum reconcilians sibi, non „ reputans illis delicta ipsorum *. „ Quando haec? cum " * benignitas servatoris „ nostri apparuit Dei, non ex operibus quae nos in iustitia fecerimus, sed secun- „ dum suam misericordiam salvavit nos per lavacrum regenerationis et renovationis „ Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum servatorem nos- „ trum; ut iustificati gratia ipsius, heredes aeternae vitae simus. „ In tantum enim abundaverunt divitiae bonitatis eius erga nos, ut proprio sanguine nos Deo patri reconciliaverit, qui peccatis nostris subiugati eramus. Non enim legatus, neque angelus, sed ipse Dominus salvavit nos. Porro nos fidem puram et sinceram exhibentes, divinam scientiam adipiscimur, et iustitiae quae a Deo est spiritales in perpetuum carpimus fructus. Sed et alius beatorum prophetarum * clamet in spiritu dicens: " in die illa, dicit Dominus, colligam contritam, et eiectam recipiam, et eos „ quos repudiaveram. Ponamque contritam in rem superstitem, et eiectam in gen- „ tem validam, et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc et „ usque in aeternum. „ Quid vero in his rursus prophetis nobis significet sermo, exploratum fiet vere prudentibus, et divina prout Deo dignum est, non humano affectu, intelligere edoctis. Diem itaque nos, ut par est, cogitare monet, qua regnum caelorum appropiuquavit, et caelorum simul atque omnium rerum potens dominatorque rex, cum terrae incolis versatus est " ut faceret utraque unum, et re- „ conciliaret caelestia cum terrestribus per crucem suam, medium parietem ma- „ ceriae solvens, inimicitiam in carne sua „ sicut alicubi divus ait Paulus *.

* Coloss. I. 13.
* II. Cor. V. 19.
* Tit. III. 4.
* Mich. IV. 7.
* Ephes. II. 15.

Qui ergo nostram contritionem sanat, qui nostras infirmitates portavit, et propter nostra peccata languit, qui captivis remissionem praedicavit, et caecis visum, sedentibusque in tenebris et umbra mortis verae scientiae lumen inmisit, ipse contritam collegit. Consideret autem merito quaevis anima, quae humanarum manuum operibus semet humiliat atque prosternit, atque his Deo singulariter debitum honorem tribuit. Etenim creatorem suum ac dominum nesciebant hi deerrantes, nec eorum pedes recte ambulare noverant, asperitatibus atque obliquitatibus falsae religionis impediti, peccati sudibus compuncti, afflictione et aerumna in viis suis laborabant, quia pacis iter non cognoscebant. Sunt autem hi generatim universi populi infidelitate aegri atque contriti, quos quidem eiectos aliquando propter suam ignorantiam dixit. Sed postquam Deus ignorantiae tempora despiciens *, omnesque ad paenitentiam adhortans, misertus est, receptis qui ad eius cognitionem per evangelicam praedicationem redibant, eosque in filios adoptavit, propriumque populum appellavit, hinc gentem sanctam et validam efformavit: quae iam deinceps in religione non claudicabit. Nam qui fortem alligavit, is tyrannum videlicet spoliavit, et exuviarum instar detentos ab illo victor eripuit, et tamquam spoliorum primitias *, latrones, meretrices, ac publicanos sibi delegit, quominus diutius hostili iugo alligati manerent. Iugum itaque percussoris confregit, sibique sacram hereditatem, congregationem sanctam seposuit; cui etiam in aeternum dominabitur in monte Sionis, nempe in sua ecclesia, ut cuique patet. Neque enim saeculum um-

Gr. p. 44.
* Act. XVII. 30.
* Matth. XXI. 31.

quam desinet (1), neque finem aliquando capiet; immo vero qui in saeculo per singulas generationes vivent homines, non desinent ceu Deum regem suum cognoscere atque adorare Christum Deum nostrum, omnemque idolicam detestari abominationem. Nobiscum enim est cunctis diebus usque ad saeculi consummationem. Qui vero haec non intelligunt, nugentur sane aeterna ignominia perfusi; se tamen inconsulta loqui adversus Christi ecclesiam sciant.

Quod quidem de proprio corde loquantur, et contrario spiritu commoti blate-
* Is. XI. 9. rent, alius deifer testis adsit et dicat *: " repleta est universa terra scientia gloriae
" Domini, sicut sunt aquae multae maris operientes. " Exiit fama divini adventus, usque ad terminos mundi discurrens. Capta est universa gentium multitudo, repletaque fuit divina gloria et scientia; ita ut aquarum vis ceu mare inundaret, id est scaturientis gratiae affluentia et copia, in ubere effusione datorum sancti Spiritus munerum, quibus in salutari baptismate credentes ornantur. Fortasse enim divini lavacri gratiam verba haec nobis innuunt, in quo illuminati homines peccati maculas eluunt. Nam trina mersione, qua supremae Trinitatis invocatio fit, personas tres et supersubstantialis deitatis unitatem confitendo, merguntur, puraque et immaculata aqua obruti consepeliuntur, igne Spiritus purificati, qui antea marinis veluti fluctibus, propter dominantis infidelitatis salsedinem, similes erant. Sic enim veterem Adamum deponentes, novo et secundum Christum condito induuntur. Nempe
Gr. p. [illegible] horum evangelii vocationi celerrime obedientium atque accurrentium multitudinem innumerabilem denotat, quae maris quoque mensuram mystice superabit. Velut olim patriarchae Abrahamo a Deo spondente ostensum fuit, fore ut in tantam copiam
* Gen. XXII. 17. promissum ei semen excresceret, ut caeli sideribus et terrae harenis exaequaretur *. Reapse non mare tantummodo, sed et totam terram eiusque fines atque universum mundum religio nostra replet. Cuncti enim velut docibiles Dei, et lavacro regenerationis ac per sanctum Spiritum renovationis purificati, gloria et notitia eius complentur, nullumque idolicum vestigium vel umbram retinent, neque umquam memorabunt. Sequitur ergo ut adversarii, impuri spiritus operatione informati, nugari iam frustra adversus Christi ecclesiam videantur.

* Soph. II. 11. Alius adhuc nobis deifer in medium producatur et dicat *: " apparebit super
" eos Dominus, destruetque omnes deos gentium terrae, et adorabunt eum unus-
" quisque de loco suo, cunctae insulae gentium. " Quid his clarius atque limpidius, maximi nempe momenti fuisse et apprime salutarem Dei Verbi visibilem ad nos descensum? Per ipsum quippe liberati fuimus polytheismi errore quicumque ethnicis oriundi sumus, atque unum verum Deum patrem agnoscimus, et quem is misit Iesum Christum, dominum nostrum ac Deum. Sed ut videtur, qui furiosam illam Deoque odibilem doctrinam hauserunt, caeca adhuc obscuritate ignorantiae detenti, divinae scientiae splendoribus nondum sunt illustrati. Effatum hoc, iudaicae quoque impudentiae os oppilat, si forte dicere velint, quod ipsis Babylone revocatis, ethnici illi qui fidem erga Deum susceperant, ad templum quod Hierosolymis erat, legalem cultum suum deferrent. Contra enim, propheticum oraculum unumquemque de loco suo adoraturum pronunciavit. Nimirum haud de lege ibi

(1) Saeculum intelligit mundi aetatem, sive temporis periodum a Deo huic mundo adsignati. Ecce enim paulo post consummatio saeculi memoratur.

sermo est, sed de evangelica potius doctrina, quae ad omnes mundi terminos dilatata est. Nobis enim fide iustificatis * " apparuit gratia Dei salvatoris, erudiens ,, nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et iuste ac pie vivamus in praesente saeculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni ,, Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos ,, redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum praestantem, sectatorem bonorum operum. ,, Sed daemones quidem, Servatore in terris versante, et divina operante miracula, dum creaturae suae misereretur, quum iam praesentem noscerent, id quod a clade propria didicerant, vel inviti clamabant *: " quid ,, nobis tibique Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos. ,, Reapse illorum tyrannis expellebatur, potentia funditus evertebatur, et expectatae ab ipsis poenae ac gehennae sententiam iam praesentiebant, atque ut adhuc intempestivos cruciatus suos deplorabant. Isti vero inimici crucis Christi ne cum daemonibus quidem daemonum verba libenter dicere volent, quamquam illi iam suae ruinae experimentum capientes, etsi nondum affatim et perspicue, suam publicare cladem sine pudore volebant: isti autem superiores se illorum damnationi ostendunt, quasi melius quid et aequius de se, quam illi, sentiant: atque idcirco quum sint erga eos benivolentissimi, non patiuntur dicere regnum suum esse deletum, neque ab ira adversus nos desistunt.

* Tit. II 11. * Matth. VIII 29. *Gr. p. 46.*

Et quia omnino necesse est prophetica oracula exitum sortiri, unusquisque fidelium Deum adorat de loco suo, quia " omnis terra adoret te ,, scriptum est *. Sic nos vult etiam gentium apostolus orare * " in omni loco, levantes puras manus, sine ira et disceptationibus. ,, Iam enim illa uni loco definita adoratio cessavit, postquam is qui litteram dissolvit, legemque complevit, et gratiam nobis innovavit, universi demum dominus, ad nos venit. Nonne haec cum samaritana muliere locutum apparet *? " quod nimirum neque in monte hoc neque Hierosolymis adorabitis patrem: sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales quaerit, qui adorent eum. ,, Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. ,, Etenim diffuso ubique veritatis gratiaeque lumine, non est cur amplius loco circumscribatur adoratio, neque ex norma illius umbratilis praecepti perseveret. Sed sicut evangelii doctrina per universam terram dispersa sonuit, sic etiam doxologiae et adorationis ratio spatiis dilatata est. Vel etiam putandum est, Dei locum esse hominem quemque. Sic enim unusquisque animam suam inspicere debet, quam mundans moribus egregiis atque virtute, habitaculum Spiritui disponit: materiaeque factus superior, et suarum cupiditatum victor, atque his distrahentibus temporaneis curis mente liberata, incolam sic Dei Verbum habebit, sicuti dictum est *: " templum Dei estis, et Spiritus eius habitat in vobis. Et, inhabitabo cum ipsis, ,, simulque inambulabo, eruntque mihi populus, et ego illorum Deus ero *. ,, Insulae vero gentium quidnam aliud esse intelligentur, quam sicuti mysteriorum ministri nos docuerunt, gentium ecclesiae nuper constitutae, et ex infidelitatis salsedine emergentes, atque in Deo firmitatem capientes? Iure etiam dicere possumus, verbis illis describi has in maribus sparsas ac visibiles insulas, quas gentes sine Deo olim viventes incolebant. Non enim continentis terrae tantummodo habi-

* Ps. LXV. 4. * I. Tim. II. 8. * Ioh. IV. 21. sq. * I. Cor. III. 16. * II. Cor. VI. 16.

tatores, sed insulares etiam Servatoris doctrina suscepta, unusquisque universalem Deum adorat de loco suo. Quandoquidem ergo Christus ipse Deus noster, ipsa veritas, adoratores veros nos esse declarat, in spiritu ac veritate secundum evange-
Gr. p. 47. licas propheticasque voces adorantes; unus enim idemque in omnibus loquens; quid ni, eo adveniente, ab ethnica irreligiositate erepti fuimus, omnisque idolicae abominationis facti expertes, et genuini prorsus illius adoratores? Mendaces itaque sunt adversariorum sermones, atque hinc constat eos contrarii spiritus ore atque Antichristi loqui.

* Soph. III. 9. Nunc videndum quidnam in subsequentibus sibimet ac veritati consentaneus deifer homo dicat *. " Tunc igitur reddam populis linguam in generationem ipso- ,, rum, ut omnes invocent nomen Domini, ut ei uno sub iugo serviant. Usque a ,, terminis fluminum Aethiopiae mihi victimas adferent. ,, His consonet nobilissi-
* Is. XXXII. 4. mus Isaias: " linguae, inquit, balbutientes pacem loqui discent *, et muti lingua
* Is. XXXV. 6. * Marc. XVI. 17. ,, expedietur *. ,, Nam quod novis loquentur linguis, divinum tradidit oraculum *. Illorum itaque populorum linguas, quae olim impietatis plena verba eructabant, nominibusque et invocationibus impurorum daemonum adsuetae erant, tam detestabili praxi purgans, conversurum se spondet Deus, easque in cunctis generationibus immunes fore purasque omni idolica professione; ita ut mundum atque immaculatum Deoque convenientem rationalem cultum exhibeant. Porro ut ei sub uno iugo serviamus dictum est, quia constat, pluribus iugis humanam antea naturam fuisse suppositam: alii enim aliis diis secundum differentes sectas ac religiones dediti erant, impietatis loris constricti. Cum autem venit de caelo ad nos Redemptor, tunc hac iugorum molesta varietate nos expedivit, suumque iugum obtulit quod ad docilitatem atque obedientiam evangelici instituti pertrahit. " Tollite, in-
* Matth. XI. 29. ,, quit *, iugum meum, quia suave est, et onus meum leve. ,, Hoc itaque iustitiae iugum alacriter subeuntes fideles, in veritate, sinceritate fideque una servimus illi, et in hoc laetamur atque gloriamur; edocti scilicet " bonum esse viro cum
* Thren. III. 27. ,, portaverit iugum ab adolescentia sua *. ,, Par est autem magnopere admirari universalis domini magnificentiam ac benignitatem, quia copiose adeo misericordia eius ac bonitas erga nos fuerit effusa, ut usque ad extremos mundi fines salutarem voluerit praedicationem pervenire: quamobrem ex Aethiopia etiam cunctisque terrae finibus laus ipsi et perpetuus hymnus a cognoscentibus ipsum uno ore extollitur. Haec isti furiosi audiant, discantque se Spiritui sancto resistere, dum ecclesiam Dei calumniantur, sciantque se contrarii spiritus instinctu loqui.

* Zach. II. 10. Sed et alterius sancti viri verba audiamus *. " Gaude et laetare, filia Sion, ,, quia ecce venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus: sciesque quod Domi-
Gr. p. 48. ,, nus omnipotens misit me ad te. ,, Quisnam autem veniat, Iohannes magnus Ser-
* Matth. XI. 3. vatoris nostri praecursor clamet *; qui missis duobus discipulis ad interrogandum Dominum: tu es qui venis, an alium expectamus? responso accepto, publice dixit
* Ioh. I. 36. eum esse agnum et filium Dei *. Insuper David quoque ita psallens: benedictus qui
* Ps. CXVII. 26. venit in nomine Domini *. Hic autem qui venit Servator alumnis suis sic loquitur:
* Matth. XVIII. 20. ubi duo sunt vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum *. Et,
* Matth. XXVIII. 20. vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi *. Sed et alius
* Lev. XXVI. 12. succlamet propheta *: habitabo cum iis et inambulabo; eroque ipsis Deus, et ipsi

erunt mihi populus. " Confugient deinceps gentes multae, ait propheticum aliud ,, effatum ad Dominum *. ,, Quandonam haec? Sine dubio cum adventus Dei tempus aderit, et confugientes ad eum clamabunt: " Domine refugium factus es nobis ,, in generatione et generatione *. ,, Hi nimirum Domini populus vocati, in urbe Sione habitabunt, id est ecclesia; quae gaudere ac laetari iubetur, dum filiorum suorum multitudinem ac numerum cuncta excedentem miratur. His consentanea alius quoque vir sanctus tamquam ex Servatoris persona clamabit: evangelizare pauperibus misit me *. Suadet autem nobis ac praedicat, Dei filium ac Deum mitti a patre dispensative secundum humanitatem. Etenim primum apostolum atque pontificem confessionis nostrae hunc ipsum agnoscit sermo apostolicus *, nempe quod ad pereuntes oves domûs Israhelis missus sit *. Sed quia missum redemptorem ac benefactorem neque agnoverunt neque receperunt, idcirco ad gentes mittuntur discipuli; atque hinc divinae notitiae iubar mundo illucescit, ac porro desinimus mundi elementis subesse, atque daemoniaca oppressione sublevamur. Obstruatur igitur omne os, quod loquitur adversus Deum iniquitatem. Si enim loquentes in Spiritu prophetas apostolosque repellunt, plane constat illum quoque quem hi evangelizant ab iis repudiari; quod impie prorsus ab ipsis fieri compertum est. Sed ne ipsum quidem mittentem Deum patrem immunem esse sinunt, ad quem usque stulta illorum calumnia permeat; quasi is missionem a se decretam infirma ratione gesserit, antiquumque illud ac verum consilium cassum evaserit, siquidem nihil uspiam perficere magni consilii angelus valuerit. Atqui in refractariorum caput blasphemia recidat. Et si alium forte expectant redemptorem (haec est enim illorum elegans et praeclara sententia) hi cum Iudaeis collocentur. Cur enim ab his differant? si certe hunc qui venit nullo modo honorant, neque reapse advenisse, neque hominibus profuisse putant. Ad unum enim eundemque terminum blasphemiae huius vesania pergit.

* Zach. II. 11.
* Ps. LXXXIX 1.
* Is. LXI. 1.
* Hebr. III. 1.
* Matth. XV. 24.

37. Age vero mihi, o prophetarum optime ac beatissime, nunc quoque Deum invocans valida boantique voce clama; immensum, inquam, clama quicquid tibi Spiritus desuper resonans edicere iubet. Eloquere mihi, et sermonem tuum divinitus informatum profer. Nam divina sine dubio vaticinaberis *. " Erit die illa, ait Do-,, minus omnipotens: disperdam nomina idolorum de terra, neque illorum dein-,, ceps memoria supererit. ,, Sed enim tibi quidem, o vates, facillimum fuit a Deo initiari, qui corpore anima ac mente purificatus fueras, ideoque et aliis praedicare, et futuris aetatibus scriptam tradere rerum mysticarum veritatem et evidentiam. Nos autem heic demorantes, multa ut par est, perplexitas urget, quid prius sit dicendum, quid in posterum reservandum. Quid enim ad haec eloquemur? Quis pote suscepta oratione, Spiritus seu veritatis digne celebrare infinitam et inaccessam summitatem, vel manifestationis eius puram atque perspicuam imaginem exhibere? quis irreligiosorum insipientiam atque vecordiam satis coarguat? Nam quid est hac doctrina clarius atque evidentius? quid facilius vel dignius dici potest? Hae res quippe solaribus radiis splendidius elucescunt. Nihil heic opus est hermeneuticorum sermonum longa periodo, haud latentis in profundo sensus scrutari curiose atque effodere oportet obrutum obscuratumque thesaurum, neque metaphrasi aliqua egemus quae longo circuitu discurrens, dictionum ambiguitatem et latebras evolvat; neque

Gr. p. 19.
* Zach. XIII. 2.

denique excogitanda est ars quaedam et vocabulorum apta compositio, ad huius argumenti demonstrationem. Nam doctrinae huius simplicitas rectitudo atque evidentia, non sinet ut alii quidem sic, alii vero aliter curiose disquirentes haec intelligant, suumque singuli scopum sequentes, veritatem dispellant, et propositorum verborum sensui vim faciant, eumque malitiose distorqueant, atque ad propriam voluntatem violenter accommodent, quod nunc hi mundani homines, et mali daemonis arbitrio subiugati, faciunt.

Quae cum ita se habeant, quo iam sensu erunt hi qui visualem animae vim obtuderunt, auresque ad divini Spiritus voces oppilarunt? qui tanto stuporis ac stultitiae morbo premuntur? Hem caeci aspicite, et surdi audite! Quis autem ita caecutit, et visu captus est, vel ob animae corruptelam, caelestium sermonum nos illustrantium lampadem non recipit? Quis ita surdus et insensilis, qui has divinas voces tam clare nobis atque diserte idolorum maleficium antiquitus inclamantium, quis eas inquam materialis crassitudinis tenebris implicatus reiiciat, et non potius auscultare velit? Haec videlicet, etiamsi homines silere velint, lapides tamen ipsi clamabunt, rerum evidentia compulsi. Horum quippe durities animae et insensibilitas, lapidum ipsorum duritiam immitemque naturam superat. Quodnam ergo his, sive in sua sententia tacite perstare velint, defensionis genus reliquum erit? sive pugnaciter tueri malint, quaenam excogitari contradictionis ratio poterit adversus
Gr. p. 30. veritatem? Ecquis illorum mendaciis patrocinans, hoc certamen suscipiet? Ubinam iis tribunal ad hanc disceptandam causam statuetur? quaenam gravium oratorum aut causidicorum eloquentia versutam commentorum inventionem expromens? quaenam conexorum syllogismorum suasiones flexanimes et constringentes? quaenam geometricarum demonstrationum coactiones, thesibus suis ex praesumpto, inevitabiliter et sine effugio concludentes? quis arbiter aut iudex peracutus et ingeniosissimus, ipsis dicentibus sedens examinator, et intime ac sapientissime oblatorum argumentorum vim cognoscere valens, sententiam feret, quae iniquas illorum praestigias confirmet? Nemo hercle ita bardus est et insanus, qui perspicuis vocabulis, quibus invicte etiam et sine contradictione, facta ipsa splendidissime favent, adversari et obluctare nitetur. Profecto hi, ut scaevum suum irreligiosumque dogma firmetur, nullum praesidium comparare sibi queunt; qui scelestam vitae felicitatem honestae calamitati anteferentes, inconsulto et contra sacerdotii dignitatem, dedecus atque ignominiam aeternam sibimet inusserunt. Nemo certe eorum, qui pie vivere decreverunt, ita umquam sentiet aut decernet, sed ne suae menti quidem tale scelus umquam occurrere optabit.

Quomodo ergo et quando et a quibus abominabilium idolorum pestis invecta fuerit, primo quidem ab evangelicis dictis audient, si certe eis credunt. Etenim idolorum destructor, erroris depulsor, noster de potestate tenebrarum redemptor, et a corruptelae necessitate liberator, vitae nostrae auctor, quique nobis veritatis notitiam contulit Christus dominus ac Deus noster, cum universali Deo patri suo
* Ioh. XVII. 1. sic loquitur *: " pater venit hora; clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te.
,, Sicuti dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vi-
,, tam. Haec est autem vita aeterna, et cognoscant te solum verum Deum, et quem
,, misisti Iesum Christum. ,, Deinde rursus: " manifestavi nomen tuum hominibus. ,,

Et denuo: " non pro his tantum rogo, id est pro discipulis, sed etiam pro iis, qui ,, per verbum eorum, in me credituri sunt, ut omnes unum sint; sicut tu pater ,, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu ,, me misisti. ,, Quid his sacris dictis Dei notitiae efficiendae magis proprium est atque evidentius? Nonne exinde depulsus error? nonne exsufflata daemonum illusio? nonne idolorum deceptio funditus periit? nonne diaboli potentia corruit? Quis adeo bardus et insipiens, ut haec ita se habere non confiteatur? " ut cognoscant, ,, inquam, te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum. ,, Vox haec humanam naturam innovavit, haec aërem purgavit, caeli ianuas nobis patefecit, haec in sancta sanctorum nos introduxit, homines angelorum contubernales effecit, medium parietem maceriae solvit, patrem nobis ac Deum peccati causa factis hostibus reconciliavit. " Manifestavi nomen tuum hominibus. ,, Adde et reliquum *: " dis- ,, perdam nomina idolorum de terra, neque ulla ipsorum memoria supererit. ,, Si ergo vera sunt Servatoris oracula, Deique notitia et nomen manifestatum est, et de idolis triumphus reportatus; neque enim veritas mentiri potest; exploratum est hos impios contrario spiritu commotos eloqui. Deinde producatur in medium minister evangelii, divino huic prophetae consonans, utpote eodem impulsus Spiritu, qui de idolothytorum esu definiens, haec ad Corinthios scribit *: " scimus nihil ,, esse idolum in mundo, nullumque alium Deum esse, praeter unum. ,, Atque hanc sententiam ubique firmare nititur. Ne tamen videretur adversus nota et patentia aliquid dicere; erant enim simulacra apud irreligiosos et insipientes, eaque appellabantur dii, idcirco addidit: " nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in caelo ,, sive in terra ,, non tamen reapse et vere, sed nuda tantum appellatione et verbotenus dii sunt. Neque viribus ullis pollent, quia lapides sunt et ligna et daemones. Non solum enim caelestium luminarium maiestatem atque splendorem admirati sunt homines, ideoque solem ac lunam et reliquum siderum chorum tamquam deos adoraverunt, sed et in terra daemones quosdam, et nonnullos homines turpissimis cupiditatibus atque actibus famigeratos, Dei titulo honorare et glorificare stultissime voluerunt.

Gr. p. 61.

* Zach. XIII. 2.

* I. Cor. VIII. 4.

38. Sed haec quidem Graeci ac barbari. A nobis autem perfecte eruditis atque in fide firmatis, unus naturalis vereque Deus agnoscitur, qui in Patre et Filio et sancto Spiritu, veneranda et omnium vivifica Trinitate, adoratur et glorificatur; neque praeter has personas alium Deum novimus; absit. Propterea ne aliquid quidem esse idolum existimamus, neque item idolothytum in mundo. Ergo dispersa sunt, ut demonstravimus, de terra nomina idolorum; nam et quidam antiquitus magna voce ante clamaverat *: " neque ab initio idola fuerunt, neque in perpe- ,, tuum erunt. ,, Quandonam ergo haec non erunt, nisi nunc cum is advenit, qui nos de idolis liberavit? Quid igitur videtur his qui idolorum fecere mentionem? Si quidem apud Iudaeos dicant has divinas exitum habuisse locutiones, quanto magis apud Christianos? Nam quantum Iudaeorum cultus superstitionem ethnicorum superavit, tantum res nostrae supra iudaicas sese extulerunt, ac plane superstant nobilitate sua atque praestantia. Etenim inter nostram in spiritu adorationem, et vesanum infidelium erga idola studium, media est lex iudaica. Quod si de Graecis ac barbaris agitur, quibus olim divinae notitiae iubar non illuxit, quique impuro-

* Sap. XIV. 13.

rum daemonum cultores erant, ita revera vecordia atque insipientia illorum se ha-
Gr. p. 52. bebat. Quamobrem Christi martyres, veritatis pugiles victoriosi, innumera illa, quae oratione comprehendi nequeunt certamina ac labores toleraverunt, talesque agones adversus idolicum errorem sustinuerunt, quales humana natura numquam pertulisset: quibus diaboli audaciam fregerunt, et trophaea splendida, divina adiuvante gratia ac vi, de efferatis hostibus reportarunt: arasque et fana facile ac fortiter, et citra ullum laborem diruerunt: quapropter immarcescibiles quoque coronas a Deo certaminum iudice iuste admodum consequi digni fuerunt.

Quid vero et de admirandis illis ac celeberrimis viris iudicent, qui in ascetica sese exercentes palaestra, hanc sibi iucundiorem esse putarunt, quam mundi suavitates atque delicias reliqui homines; atque hinc supernaturalium quoque illorum ac maximorum extitere miraculorum operatores? Et quotquot etiam in extremos terrae angulos recesserunt, ibique mundanis his et quotidianis vitatis tumultibus, vitam exegerunt; desertorumque locorum asperitati ac molestiae intrepidi occurrentes, ceu sine carne in corpore vixerunt; et angelicos mores aemulantes, sic vitae suae stadium inculpabiliter decurrerunt; quare et mundi lumina omnes extiterunt. Nam cuiusnam ope morbos humana medela insuperabiles sanaverunt? cuiusnam ope daemonia ceu servitia facile admodum ac pro auctoritate expulerunt? Num idolis immolando? an potius Deum orando, et universalem dominum Deumque colendo, et suis actibus adiutorem invocando? Sane ut nobis et veritati ipsi videtur, virtute et gratia operantis potestatemque suppeditantis, ac discipulis di-
* Matth. X. 7. centis *: " euntes praedicate dicentes quia appropinquavit regnum caelorum. Infir-
* Marc XVI. 17. ,, mos curate, leprosos mundate, daemones eiicite. ,, Et illa insuper *: " in no-
*gr. dic καιναῖς. ,, mine meo daemonia eiicient, linguis loquentur novis *, serpentes tollent. ,, Veritati autem contradicentibus quid supersit, obscurum non est. Nam his omnia audentibus, utpote effreni ad maledicendum Filio ore praeditis, et simili ac germano pharisaeorum ingenio instructis, non est arduum denuntiare, quod in principe daemoniorum haec illos agere compertum sit. Sed quia mentem improbam gerentes,
* Matth. XII. 34. atque ad illicita procurrentes, vanis cogitationibus fluctuant, merito audient *: " progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Nam si pa-
,, trem familias Beelzebul vocaverunt, quanto magis domesticos eius? ,, sicut ait
* Matth. X. 25. Servatoris oratio *. Quì ergo fieri potest ut iidem daemones et in dominorum loco colantur, et ut mastigiae servique nequam puniantur domoque exterminentur? Sic certe in se ipsum divisus fuerit diaboli potentatus.

Sed enim exploratum est, impios hos sicuti evangelicam reiiciunt historiam,
Gr. p. 53. ita caelestis quoque sanctorum vitae et actuum veritatem, in sacris libris scriptam, minime admittere. Quod si propheticas praedictiones veraces existimant, namque eas mendaces dicere ne diabolus quidem, ut reor, audebit; ergo curae illis sit demonstrare, ubinam et quando hae exitum nactae sint. Nam si isti futurum tempus spectant, et alterum adfore Christum suspicantur, soli ipsi speratam rem negant, ideoque desperantium poenam merito referent. Quod autem adveniente ad nos universali Deo, et caeleste regnum praedicante, polytheismi error sublatus fuerit, atque unus dominus et Deus ac rex ab omnibus concorditer adoretur et glorificetur, idem hic divus propheta in sequentibus dicet, nemoque sana mente prae-

ditus ei contradicet *: " erit enim Dominus rex super omnem terram. Die illa erit [* Zach. XIV. 9.] ,, Dominus unus, et nomen eius unum, universam terram circumiens. ,, His videlicet aliisque dictis praesignificavit nobis in spiritu, non eos solum de iudaico populo qui evangelicam doctrinam admiserunt, sed etiam ethnicorum greges, qui olim communem regem ac dominum ignorabant, divinae scientiae radium recepturos, et idolorum errorem abiecturos. Nam quisnam locus divina gloria destituetur, si quidem nunc magis quam antea vere dicitur: pleni sunt caeli ac terra gloria eius *? [* Praef. miss. ex Is. VI. 3.] Nam si quis Graeciam nominet vel barbarorum terras, aut Italos, aut Germanos dicendo excurrat, vel ad Gallos, aut Britannos, aut Libes, aut ad Aegyptiorum regionem deveniat, aut si Arabes et Persas adeat, vel Aethiopes, Indos, Scythas, et quamlibet mundi sive terrestrem sive maritimam extremitatem, Christi nomen hymnis celebrari atque adorari comperiet. Cunctos enim populos evangelicae praedicationis sagena cepit: et venerandae Trinitatis notitia, voce illorum qui gentes erudiverunt, per universum orbem dilatata fuit; et ubique unius ac solius veri Dei ac domini universalis versatur * cognitio: validaque voce omnes populi cum psal- [* gr. ἐμπολιτεύεται.] mista clamant, postquam Dei potentiam et ubique providam magnitudinem fide didicerunt *: " si ascendero in caelum, tu illic es; et si descendero in infernum, [* Ps. CXXXVIII. 8.] ,, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, illuc ,, quoque manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. ,, Quid his verbis accuratius sit atque evidentius ob Dei cultum insinuandum?

39. Dicant ergo nobis idolorum cultores, ubinam forte sint, et apud quosnam idolorum fana et simulacra? ubinam initiationes et mysteria, et his initiantes atque initiati? ubinam ipsorum hierophantae, et consecrantes aut consecrati, sacerdotes horum rituum, et chameunae et aniptopodes (1)? Ubinam aedituorum ornatus circa templa deorum et decoramenti studium (2), ut bene mundatas aras atque delubra frequentius incolant daemonum globi, qui tenebrosa adyta obambulare so- [Gr. p. 54.] lent, ceu reapse tenebris digni, ac lucifugi, et nocturnarum latebrarum sectatores? Ubinam illorum cum populi frequentia festi dies, et boum pecudumque immolationes? quandoquidem daemones fuso sanguine gaudent, et cruentis delectantur aris, et quod est infelicius puerorum virorumque caedibus (3). Ubinam cultus ab ipsis Iupiter, deorum veluti consul et supremus ille Stercutius deus (4), qui tamquam stercore oblitus celebratur? Nisi forte adhuc a coprologis nostris honoratur, cuius fabulosa et incredibilis dicitur genesis a modestis, turpissima vero a stultis creditur, a matre occultatus, et supposito vice eius lapide servatus, daemoniorum orchestra sonisque inconditis et garrulitate custoditus, ut lateret parricida

(1) Sacerdotes Iovis dodonaei. Homerus in Achillis invocatione Iliad. XVI. 235. — Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι. Ubi videsis Heynii adnotationes. Mitto brevitatis causa alios auctores.

(2) Erat hoc in fanis officium καλλυντῶν, quasi *atriensium*, quorum nos libellum supplicem ex aegyptiaca papyro edidimus in AA. class. T. IV. p. 445.

(3) Cicero de rep. III. 9. *Multi, ut Tauri, Galli, Poeni, homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt.* Plura nos ibi exempla in adn. congessimus.

(4) Oblique Copronymum ferit Nicephorus vocabulo hoc κοπροφόρος. Nos Stercutium, aut Sterculum, vel Sterculium, dicendum iudicavimus. Saturnum Latini intelligunt, at Nicephorus heic Iovem denotat, cuius res gestae notiores sunt apud mythographos, quam ut aliqua enarratione egeant. Immo S. Augustinus de C. D. VII. 13. satis innuit Saturnum quandoque eundem fuisse atque Iovem. Ceteroqui nos ne in subsequentibus quidem fabulis, utpote satis notis apud graecos latinosque poëtas, demorabimur.

filius patrem filiorum voratorem. Mirabitur eum aliquis iam multiformes fraudes omittentem, cuius abominandae et illusoriae fuere praestigiae. Avis quum voluerit hic Deus ipsis fiet, cute hispida et alatus, idque ei iucundius fortasse erit, nempe ut alis pinnisque sit instructus, quo facilius hic mulierosus amata femina potiatur. Taurus aliàs corniger apparuit, decoris unguibus longisque auribus perornatus; sicut et aliàs deorum hircus factus, ut paribus vitiis convictus, et modo sic modo alius visus, praestigiis ut aiunt utens, et quidvis facile effectus, pro varietate ac multitudine cupiditatum suarum formas varians atque commutans, ut sic turpi suo atque intemperanti genio indulgeret. Utinam et vulpis formam adsumpsisset, quod ei sane licebat fraudi omni et dolis assueto! Poterat et rana nobis apparere, et luti faece implicitus, ut multis insidias struens, a nemine agnitus mutuum dolum non pateretur. Sic enim ei diligentior cultus foret adhibitus a stultis et a veritate longius errantibus, qui vanis fabulis gaudent, et daemonum fallaciis circumaguntur, mendacii auctorum, nequitiae operariorum, et in suos errores quotquot ipsis adtendunt, pertrahere solitorum.

Demonstrent nobis Martem ac Bacchum: illum quidem rebus bellicis praesidentem, ira ac furore spirantem: est enim eius officium furias atque iracundiam pugnantibus subdere: hunc tamen ipsum a mortalibus vulneratum, captum autem et aereo vase et vinculis adultero dignis ab alio fuliginoso deo constrictum. Alterum vero ebrietatis principem, absurdo partu ut fatui putant editum, fabuloso aeque et ridiculo, hunc inquam turpi atque indecoro cultu prosequantur. Maenadas autem quasdam bacchantes, Satyrosque in sui numinis festis beluino more saltantes, et quidvis aliud ebrietate dignum hi vere ebrii circa semivirum Deum furunt. Prodeat in eorum conspectum Mercurius, deorum fortasse ipsis carissimus, quia
Gr. p. 55. lucrativum existimant, et mercatorem solent effingere. Etenim hi sicuti gloriae, ita lucri studio suffocantur, magisque mercuriale illis videtur materia et ornamentis frui, quam in Dei religione sanam sententiam habere. Fabulentur atque admirentur Herculis conceptum, cuius causa appellatus fuit trinoctialis: illos etiam labores eius multos enumerent, ob quos Deus ab atheis est existimatus. Producant in medium armorum bellique studiosam Palladem, quae aegidem habet pretiosam, senii expertem, atque immortalem, ceteramque armaturam, quaeque pavoribus terroribusque undique cingitur, immensum spectantibus incutiens metum; facillime hostium phalanges invadens; illos adiuvans, quorum curam gerit; alios ulciscens, quos aversatur; magnopere graviterque adversans aliis diis, qui pro hostium partibus stant. Undenam vero istius nativitas contigisset, nisi ictu caput insani Iovis Vulcanus mirus artifex perite divisisset; quamquam divisor a significato promisso percussi excidit *. Parit autem facilius ipsa virgo Erichthonium diphyem, portentum aliud prioribus magis ridiculum et incredibile. Sapiens apud eos et magnus sit Salmoneus, contra deos superbiens, et in hac inferiore regione strepitus ciens, novo excogitato tonitruum ac fulgurum artificio. Hic tamen suae adversus deos gloriationis mercedem retulit, a Iove fulmine ictus.

* Luc. dialog. D. VIII.

Rheam nobis deorum matrem ostendant, eiusque inhonestas et turpes initiationes atque mysteria, impudicis passionibus a Phrygibus lymphaticis furiosisque celebrata. Atque horum quidem alios corpus gladiis incidere, ut cruenti daemoni-

bus suis se sistentes insigniorem cultum exhibeant: alios autem tibia eis praecinentes et mulcentes, ut sic ii qui se incidunt deliniti, facilius dolorem ferant, atque ad eam caedem incitentur, et impuris abominandisque actibus frena relaxent. Neque omittantur Cereris fabulae, ubi seminibus consecrantur mysteriorum statuta, et noctu initiationes ac caerimoniae fiunt, res prorsus nocte dignae, quae vocantur cerealia, eleusinia, atque mysteria, ne quis admissus atque initiatus arcana illa profanis revelet. Iuno spectabitur, pedibus duplici incude alligatis, manibusque insolubili catena constrictis, sic de caelo suspensa atque a Iove punita; quam poenam propter zelotypiam circa Herculem patitur, quo tempore illi marinam concitavit procellam; cui etiam ventis imperare concedunt, somnoque deum fascinatum opprimere, ne vigilans periclitanti auxilietur. Undenam nos ecataea et empusaea absurda et deformia terrebunt phantasmata? quae vel solo visu attonitos perterritosque faciunt, dum proceritate videntur ceteros excedere? Hi quidem terriculorum auctores, et serpentinis nescio quibus capitibus praediti, cum simulatione et fabula sua evanescent. Adducant et adoratum fulmen, et a fulmineo numine combustam amasiam, quo tempore rivalis Iuno Semelae consilium vel potius exitium *Gr. p. 56.* insinuavit, modum suggerens quo amatorem exciperet, ut gratiam ab eo redditam haberet necem fulmineam. Videntur hi mihi velle, si certe adhuc ipsis modestiae vestigium aliquod superest, mentionem omittere vitandae prae ceteris et abominandae, nefandiore ac turpiore ratione genitae deae, festisque absurdis et infamibus cultae, cuius veteres detestantes lasciviam, scortum merito vocitavere, vulgi prostibulum et viripetam. Fortasse nobis etiam dodonaeum numen confingent, et quercum illam vana resonantem, et vatibus quae eloquantur pro arbitrio suo suggerentem. Rursusque statuam quandam alte constitutam, vas aeneum virga percutientem musico concentu resonans, ne statua deinceps muta, sed bene immo multifariam vocalis ab ipsis existimetur. Ubinam delphici tripodis deliramenta? Undenam ipsos Pythia alloquetur, timidos stultosque decipiens? Ubinam fontis Castalii fabulosa et illusoria spectra, ab incolis daemonibus illic expirata, et aeque ac venti auraeque reapse evanescentia? Ubi Daphne latebit, quaeve hanc terra ceu mater sinu suo miserans excipiet, ut amatorem fuga vitans castitatem conservet, et arbor puellae homonyma illi subnascatur amatae rei amissae solatium? Ubinam nunc Loxiae dei vaticinantis obliqua oracula, quibus qui credunt stulte atque insipienter, imperia ipsa nescii pessumdant *. * Croesus.

40. Atque ut reliqua praetereamus; nam si plurima discurramus, nobis quoque cum spurcis eiusmodi et abominandis commaculari ac foedari continget; heic ferme sermonem de his concludemus, quandoquidem et olim haec certis limitibus circumscripta erant et silentio velata. Constat autem quomodo et unde, superveniente in mundum illo quem propheta praedixerat *: " disperdam nomina idolorum * Zach. XIII. 2. ,, de terra, neque illorum deinceps memoria erit ,, cum salutiferae crucis gratia illuxit, et divina quaqueversus diffusa doctrina est, omnia idola pulsa fuerint, eiectaque, et oblivionis abysso tradita. Nam si forte adhuc sunt, demonstrent ubinam, et apud quosnam supersint. Quod si non sunt, uti reapse non sunt, cur frustra conviciantur Christianis, imputantes eis per sycophantiam et veritatis calumniam, quae neque fecerunt neque umquam cogitaverunt? Sin contra, ipsi potius errant

et superstitione laborant, ipsi magis semet accusent, semet reprehendant hi scelesti atque derideant. Nam Dei certe ecclesia immaculata est et extra omnem vituperationem posita. Et idola quidem iam silentur, quae reapse silentio altaque oblivione digna sunt. Utinam vero et hi silentium aeque ac illa servarent! " Simi-
* Ps. CXIII. 8. ,, les quippe fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis *. ,, Etenim silere melius est atque utilius, quam impie scelesteque loqui, quae nec dicere ne-
Gr. p. 57. que mente agitare licet iis qui melioris frugis sunt studiosi. Quis enim tam confessae stultitiae est, qui istorum vanos stultosque sermones audire patiatur? Quis, inquam, ita sensu carens, et mente subversus? Nemo adeo beluinus, et omni pecudea inscitia insipientior, immo ne arreptitius quidem aliquis aut furiosus est, qui istorum balatus et deliramenta toleret. Verumtamen haec ethnici quidem luserint, tum olim, tum etiam qui apud nos ethnicorum more vivunt. A nobis autem colatur Christus noster, atque in veritate et spiritu adoretur, ceu Deus simul et homo. Colatur etiam veneranda ipsius imago, eo quo decet coli modo. Delineetur utique, quia lineare reapse est et circumscriptum et passibile quod ipse de sancta semper virgine Deipara sumpsit corpus, siquidem ipsa quoque et linearis et circumscripta erat, velint nolint hi vesani. Neque tamen corpus illud, etiamsi pingatur vel sculpatur, ab unito sibi hypostatice Dei Verbo separatur; sicuti ne tum quidem cum pro nobis passionem sustinuit, ab eodem Verbo abfuit. Nihil enim horum ad divisionem aliquid confert.

41. Sed haec quidem hactenus. Deinde mysticus alius iis, qui in lege et um-
* Malach. I. 10. bra cultum exercebant, divino percitus Spiritu ita inclamabit *. " Non est mea vo-
,, luntas erga vos, dicit Dominus omnipotens: sacrificia non recipiam de manibus
,, vestris; ab ortu enim solis usque ad occasum nomen meum glorificatur in cun-
,, ctis gentibus, et in omni loco suffitus offertur nomini meo et pura victima; quia
,, magnum est nomen meum in gentibus, ait Dominus omnipotens. ,, Nonne videtis quomodo expelluntur vetera, nova autem nobis describuntur? " Sacrificium
* Ps. XXXIX. 7. ,, et oblationem noluisti, magnus canit David *. Et, non accipiam de domo tua
* Ps. XLIX. 9. ,, vitulos, neque de gregibus tuis hircos *. Et, neomenias vestras, ac sollemnitates
* Is. I. 13. ,, vestras odit anima mea, divus exclamat Isaias *. ,, His verbis cruenta sacrificia se aversari nobis innuit, et mensium temporumque intempestivas observationes ac traditiones. Itaque hinc etiam constat, quod purum sincerumque sacrificium, cultum nempe in spiritu ac veritate, iam introduxerat universalis Deus, quo gaudet ac delectatur. Cultum hunc universus orbis, tamquam illius proprium eique gratissimum, offerre novit, velut odorem suavitatis ubique consecrans. Quinam ergo in praesenti locus erit idolorum culturae, et non potius illorum deletioni omnimodae ac destructioni? Quid dicitis? His ne sacris verbis creditis? Namque haec sufficiunt ob confundendam frangendamque incredulitatem vestram atque duritiem. An et alios vultis imploremus divinos vates ad huius doctrinae patrocinium? qui sane favebunt opemque ferent hactenus scriptis, manifestiorem autem vobis efficient vesaniam impietatemque vestram, et graviorem magisque excruciantem poenam decernent. Hi ergo sicuti communem habuerunt a Spiritu adflatam gratiam atque sapientiam, ita etiam in dictatis salutis nostrae causa a Deo oraculis, concordes parique pede decurrentes apparent.

Agesis igitur, alia quoque, praeter suprascripta, deiferorum virorum testimonia connectentes, Christi ecclesiam calumnia qualibet et reprehensione liberemus; dogmata autem adversariorum vesania omni atque errore scatentia repraesentemus. Advocetur itaque ad sacrum hunc conventum Isaias, prophetarum vocalissimus, atque eloquatur, animae oculis, utpote divino carbone purgatus, multo ante res futuras cernens, dicatque *. " Erit in novissimis diebus conspicuus mons Domini, ,, et domus Dei Iacob in montibus, et elevabitur super colles, et venient ad illum ,, omnes gentes. Et ibunt gentes multae et dicent: venite ascendamus ad montem ,, Domini, et ad domum Dei nostri, et annunciabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea. De Sion enim exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem, et ,, iudicabit in medio gentium multarum, et arguet gentes multas. ,, Quinam vero sint hi novissimi dies, manifestabit rursus beatus Paulus ad Hebraeos ita scribens *: " multifariam multisque modis olim Deus locutus patribus per prophetas, novissime diebus istis locutus est nobis per filium, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula. ,, Et iterum *: " nunc autem semel in consummatione saeculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. ,, Rursusque in epistola ad Galatas *: " cum venit plenitudo temporis, misit Deus ,, filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. ,, Et ad Ephesios similiter *: " notum faciens nobis mysterium voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione ,, plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quae in caelis et quae in ,, terra sunt. ,, Quin etiam DIVUS PETRUS, ECCLESIAE FULCRUM, sic alicubi ait *: " non ,, corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati et incontaminati ,, Christi, praecogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter nos *, qui per ipsum fideles sumus erga Deum. ,, Et qui divina fulgurat tonitrui filius *: " filioli, novissima hora est, inquit; et sicut audistis quia Antichristus venit, et nunc Antichristi multi facti sunt, unde ,, scimus quia novissima hora est. ,, Sed heic quidem finem habeant novissima. Cum ad metam quidem properante aevo, atque ad occasum iam vergente tempore, mundi finem proxime attigerimus, tunc demum illustris atque conspicuus mons Dei, domusque eius pariter, in prospectu fiet.

Gr. p. 58. — * Is. II. 2. — * Hebr. I. 1. — * Hebr. IX. 26. — * Gal. IV. 4. — * Ephes. I. 9. — * I. Petr. I. 18. — * gr. reapse ἡμᾶς — * I. Ioh. II. 18.

Quid autem vult heic significare divini huius prophetae sermo, nisi quod nos ad diviniora atque sublimiora prorsus invitat? Cuinam item credere atque obtemperare oportet potissimum eos qui Spiritum receperunt? Haud sane in littera haerere, et sensibilibus rebus abripi, sed alte potius mentem dirigere, et meliore ac perfectiore in scopo cogitationes defigere opus est; et omissis terrenis ac humi repentibus, ad ea quae apparentibus superiora sunt ceu optima tendere. Mons ergo Domini conspicuus existimandus est, ut summatim dicam, sacrae ecclesiae nobilitas, nitor atque maiestas, et quae eam inaurat atque ornat hilariter admodum splendideque, evangelicarum doctrinarum puritas, dogmatumque altitudo ac sublimitas, omnia inquam humanos fines excedentia, excelsa, et summa: quorum sonitus et praedicationes diserte clamant, et omnium auribus clarissime intonant, divini mysterii manifestationem facientes, aeternis temporibus silentio pressi, a san-

Gr. p. 59.

ctis demum scripturis notificati. Est autem haec servatoris nostri Iesu Christi incarnatio, quam benigne humani generis causa susceptam ostendit, cum bonorum inde secutorum notitia ac spe. Et siquem adibimus evangelii praeconem, haec eum
* Hebr. XII. 18. dicentem audiemus *: " non enim accessistis ad tractabilem montem, et accensi-
,, bilem ignem, et caliginem ac procellam, et tubae sonum, et vocem verborum; ,, quam qui audierunt excusaverunt se, ne eis fieret verbum; non enim tolera- ,, bant quod intimabatur; sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viven- ,, tis, Hierusalem caelestem, et multorum milium angelorum frequentiam, et ec- ,, clesiam primitivorum qui conscripti sunt in caelis, et iudicem omnium Deum, ,, et ad spiritus iustorum perfectorum, et testamenti novi mediatorem Iesum, et ,, sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. ,, Sic igitur tum propheticus sermo, tum etiam apostolica praedicatio mentem nostram ad caelestia erigunt, et quae sunt illic pulcra cogitare et contemplari, atque incolarum illorum ac felicium sanctorum spectare conventum hortantur, et evangelica nobis insinuant atque notificant divinitus fulgentia et insignia dogmata. Domus Dei, ecclesia Dei est videlicet, sicut videtur etiam divo Paulo in epistola ad Timotheum, ubi sciendum
* I. Tim. III. 15. ait * " quomodo oporteat in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei vivi. ,,
Tales sunt credentium animae, doctrina recta et optima vitae ratione purgatae, su-
* II. Cor. VI 16. premum Deum in se habentes incolam, prout dictum est *: " habitabo in vobis,
,, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. ,,

Sic nimirum admirabilis domus in vertice montium excelsorum atque in contemplatione proficiscentium fundata est, quorum mentes et cogitationes terrenis humilibusque rebus superstant, et a prophetis sanctis atque apostolis illustrantur: super quibus veluti fidei fundamentis ecclesia Dei aedificata firmiter consistit. Ad hunc itaque montem domumque de longinquo gentes concurrentes, propemodum publico consilio decernunt, ad iter hinc illuc suscipiendum invicem hortantes,
Gr. p. 60. quandoquidem iam nuncianda ipsis erat via illa, quam ingredi satagebant. Quae-
* Ioh. XIV. 6. nam porro haec via sit, ipse Dominus in evangeliis clamat *: " ego sum via et ve-
* Dan. III. 27. ,, ritas. Et, viae Domini rectae, et semitae verae *. ,, In quam viam se deduci san-
* Ps. CXVIII. 151. cti viri olim ab universali Deo precabantur *. Hanc itaque viam semitamque satis
planam et facilem gentium ecclesia terens, ex terrena sua infidelitate ad sublimem assurgit divinae scientiae ascensum et supernam urbem Hierusalem, sempiternam sanctorum metropolim; atque hinc profecta, praesenti decurso tempore, sabbatizare et requiescere fide sua expectat. Facile autem quivis cognoscet prophetici dicti veritatem ac sinceritatem. Namque et in sacris domibus, id est divinis templis, ubique terrarum sparsis, sanctificatione et gloria decenter ornatis et bene instructis, montibusque uberibus comparandis, ac profundis nemoribus densis et fruticosis, purgantur peccatis homines, anima et corpore sanctificantur, divinaque omnes gratia complentur, qui religioso cum affectu accedunt.

In his igitur ex omnibus linguis familiisque undique collectis coetibus, divina mysteria revelantur per sacras lectiones et catecheses: et per salutaris hostiae universi mundi expiatoriae sacrificium, liberationem a peccatis, hominibus qui cum fide ac mentis puritate illud participant, conlatum iri inconfesso est. A quibus multiplicatis ampliatisque, idolorum fana et arae fortiter concussae fuerunt atque pro-

stratae, ita ut fideles ne memoriam quidem idolicae abominationis retinuerint, cuilibet ethnicae mortalique sententiae impervii semper manentes. " De Sion videlicet ,, exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem *. ,, Namque ex hac materiali, quae figura est supernae Hierusalem, divina doctrina publice prodiit, cunctosque occupavit mundi fines. Illic enim cuncta salutis nostrae peracta fuere mysteria. Tantum autem umbratili illi et litterali legi, quae in monte Sina per angelos dictata fuit, praestare haec nostra creditur, quantum materialibus praestant immaterialia. Illinc sacri quoque apostoli, gentes edocturi, emissi sunt, ut planam illam rectissimam ac salutarem viam subsecuturis perpurgarent. " Et iudicabit in medio gentium multarum *. ,, Nam qui iam ad gratiae doctrinam accesserunt, et quod necessarium erat didicerunt, dominantem antea infidelitatem, ipsa rerum gestarum veritate convicti damnant; cuius rei in se ipsis argumenta habent vitam haud sancte prius actam, spontaneamque arcanorum criminum damnationem divulgant; quorum sapienter sanoque cum iudicio nocumentum et plenam periculis aleam despicientes, ad meliora et utilia ac salutifera, studio inpenso convertuntur. Quod autem manufactorum idolorum cura et fiducia abrogata sit, et adoratorum in his daemonum cultus abolitus a conspectu gloriae ac virium supervenientis Servatoris, qui confregit veluti atque contrivit terrenas ac luteas cogitationes idolis deditorum, ea quae paulo post subdit vir deifer demonstrabunt. Ait enim *: " et manufacta omnia idola ,, abscondent, deferentes in speluncas, et petrarum scissuras terraeque voragines, ,, prae timore Domini, et a conspectu gloriae et virium eius, cum ad conterendam ,, terram consurrexerit. ,, Ex his, inquam, iam fit exploratum omnibus, qui certe recta sapere volent, daemoniacorum idolorum peractum exterminium et abolitio. Item quae ibi subsequuntur, eandem sententiam exprimunt. Addit itaque *: " die ,, illa proiiciet homo abominationes suas argenteas aureasque, quas olim caras habebat, dum adoraret res vanas ac vespertiliones: durique saxi cavernas ingredietur, petrarumque scissuras, a facie formidinis Domini, et a gloria fortitudinis ,, eius, cum surrexerit conterere terram. ,,

* Is. II. 3.
* Mich. IV. 3.
Gr. p. 61.
* Is. II. 19.
* v. 20.

42. Iam si quis exquiret, quaenam demum dies sit, qua proiiciet homo abominationes suas argenteas aureasque, manifeste comperiet illam esse, qua omnium Dominus in mundum venit, suoque adventu fortem alligans, cepit atque diripuit vasa illius, id est oppressos tyrannide eiusdem homines, uti scriptum est *. Idcirco ait *: " ante quam puer sciat appellare patrem aut matrem, tollet virtutem Damasci, et spolia Samariae, coram rege Assyriorum. ,, Erant autem hae metropoles Damascus et Samaria, illa quidem Syriae tunc praesidens, et Syrorum imperio pollens; haec autem decem tribuum Israhele oriundarum sceptrum tenens. Ambae apprime idololatricae, et diaboli iugo subiectae, totis opibus viribusque omni idolorum generi deditae, superstitione diabolica prorsus implicitae, ita ut se tamquam palatium quoddam et donarium praecipuum ac proprium, diaboli potestati exhibuissent. Per has ergo urbes utpote regias, et malitia praestantes, tamquam totum ex parte propheticus nobis sermo significavit, nempe et ethnicum genus et illos qui ex circumcisione crediderunt. Sic natus nobis puer, cui puerascere nostri causa placuit, depraedatur et aufert hostis spolia atque potentatum; id est de manu eius eripit quicquid ipsi subiugatum devinctumque imperio eius erat. Hinc doctri-

* Matth. XII. 29.
* Is. VIII. 4.

nam Samaria excepit, patriis repudiatis moribus legitimisque ritibus. Sic Antiochiae incolae et esse et nominari meruerunt Christiani *, quamquam ea urbs in idolico errore famam haberet clarissimam, et aliis multis improbitate praecelleret. Namque apud ipsam et Apollinis fanum conditum erat, et illic operans inhabitantis daemonis celebrata illusio (1). Nihilominus Christiani congestum Satanae thesaurum praeclare diripuerunt, et aureas argenteasque statuas prostraverunt. Sic gentium apostolus Corinthios ad veritatis cognitionem convertit; idque ita significavit ad eos scribens *: " scitis quoniam cum gentes essetis, ad idola muta prout ,, ducebamini euntes. ,, Sic capto ex ara argumento, homines ei arae deditos et in cunctis superstitiosiores, convicit Athenis *. Alii denique alibi apostoli, gentes inter se sortiti, hostis gazas, et thesauri instar captivos homines ad Christi placitum diripuerunt, dominoque omnium tamquam praedae libamentum et primitias adtulerunt. Illo tempore, seu die, eiecerunt id est detestandos iudicarunt et conspuerunt manufactos illos deos, et mente sua proterruerunt, adeo ut ne memoriam quidem illorum ulterius pati quirent. Immo et eorum materia, etsi a multis pretiosissima aestimabatur, propter divini amoris eminentiam, abiecta ipsis et contempta fuit, unique Deo congruum sacrificium obtulerunt. Itaque illorum falsitate ac fallacia omissa, ad firmam petram necessario et tempestive in primis accurrerunt; quae quidem Christus est Deus noster, ut nostrae theologiae doctrina percallet. Ait enim qui comprehendit quatenus comprehensus fuit *: " quomodo patres nostri ,, omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim ex spiritali sequente eos petra; petra autem erat ,, Christus *. ,, Qui vero purgatum perlucidumque animae oculum habebat " ecce ,, pono, inquit *, in Sione lapidem offendiculi, et petram scandali; et omnis qui ,, credit in illum, non confundetur ,, illud quidem propter offensores, hoc autem propter credentes. Et quidem Moysem quoque scimus aliquando petra se occuluisse, vixque illinc sic latentem posteriora Dei vidisse *; ac symbolice obscura haec salutaris incarnationis indicia edoctum fuisse.

* Act. XI. 26. — Gr. p. 62. — * I. Cor. XII. 2. — * Act. XVII. 22. — * Philip. III. 12. — * I. Cor. X. 3. — * Is. XXVIII. 16. — * Exod. XXXIII. 33.

Divus quoque David in petra se ipsum nobis obtulit sublimatum *. Alia denique huiusmodi in divinis scripturis relata mystice hanc petram nobis demonstrant; cuius scissuras atque cavernas ingrediuntur ii qui ad ipsam confugiunt. Quaenam porro hae sunt existimandae? Nempe theologiae sublimitates et arcana, et Christi incarnationis intima ac recondita mysteria; quia in ipso sunt omnes thesauri scientiae ac sapientiae absconditis *; quae mysteria, primo quidem innotuerunt ipsis spectatoribus verbi ac ministris *; per ipsos autem nobis quoque, quantum fieri potest, posteris illorum revelantur sapienterque aperiuntur. Siquidem ex iis qui talia evangelizaverunt, tonitrui quidem filius superne inspiratus, atque ad contemplationis apicem purissimam suam et defaecatam mentem extollens, et divinis rebus divinitus initiatus, illinc nobis Verbi cum patre suo aeternitatem paremque maiestatem illucescere fecit, in principio esse Verbum, et esse apud Deum, et Deum esse, declarans et manifestissime docens. Qui sane divinae condescensionis, quantum gratia eum illustrabat, profunditatem penetrans, Iesu Christi generationem digne

* Ps. XXVI. 6. LX. 3. — * Coloss. II. 3. — * Luc. I. 2. — Gr. p. 63.

(1) Legesis Libanium de gentilium templis, cum nostro supplemento; nec non editam a nobis item S. Artemii martyris vitam.

Deo, prout reapse erat, enarravit. Utique haec sunt, dicet aliquis, valde recta, in quae desiderabant etiam angeli prospicere, utpote olim ipsis quoque abscondita atque impervia, sed idoneo demum tempore divino iudicio perfecta et manifestata. In has itaque sapientiae petraeque mysticas et ineffabiles rimas atque speluncas, qui per fidem intrat, meliorum sane rerum ac perfectiorum notitiam simul adquirit, et ad salutis viam deducitur, et protegitur atque custoditur, utpote incolumis abs quovis ardore et corruptela malarum potestatum, quae penetralia animae concremant eiusque vim agendi adurunt; denique varia ac multiformia gratiae dona sortitur. " Alii * enim accedentium datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae se- * I. Cor. XII. 8.
,, cundum eundem Spiritum. Alii fides, alii gratia sanitatum, alii operationes vir-
,, tutum, alii alia. ,, Ita ut summatim dicat, cuncta Spiritum operari proprie in singulis prout vult. Hinc porro ad mansiones illas multas atque diversas a patre paratas, propter eos qui consentanee vocationi suae vixerunt, perveniet.

43. Sic igitur qui olim vanitati obnoxii erant, si umquam auri splendore antea percellebantur, argentive nitorem mirari solebant, ipsamque materiam, et confecta ex his a stultis idola adorabant; (namque in tantam scaevitatem atque insaniam devenerant, ut Dei religionem perinde haberent ac vilissimorum animalium cultum; sicuti in quodam scripturae loco muscam cognoscimus Dei instar ab Accaronensibus habitam (1);) deinde a mundi magistris sacra doctrina fuerunt eruditi, crediderunique quaecumque Deus praedicans supernaturalia et maxima, magnificentiamque divinae potentiae demonstrans, dum regionem hanc circumiret, mire operatus est. Item quaecumque idem ceu homo pro nostra liberatione sponte pati voluit, humilitate ac vilitate paupertatis nostrae indutus. Ex his concepto in animabus suis timore Domini, eiusque maiestatem et magnalium eiusdem potentiam attoniti demirantes, errorem quemlibet cum fastidio irriserunt, omnique materiali vitiosoque mentis affectu animas suas servaverunt immunes. Neque iam Dei loco creaturam habere volentes, neque manuum suarum opera adorare, soli Deo cultum debitum deferre constituerunt. Non ergo iam adorant aut colunt, sed abominantur potius et repellunt daemones, atque ut piaculum aversantur, totamque idolorum religionem pessum dant. Deinceps formidabilem illum magnumque Servatoris nostri adventum expectant, cum universalis resurrectionis tempore non sine paterna gloria et sanctis angelis aderit, ut incredulos contumacesque conterat atque puniat materiae et mundanis affectibus deditos; secus vero supremi Dei voluntatibus subiectos, aeternis deliciis regnoque dignos demonstret, famulos nempe suos, et qui adventum eius dilexerunt. *Gr. p. 64*

Quod autem homines hac doctrina imbuti, atque ad divinae notitiae lucem sublati, a vanis atque insensatis prorsus essent recessuri, et vesanus inanimium idolorum amor cessaturus, idem nos docebit deifer homo, ita loquens *: " aures au- * Is. XXXII. 3. gr.
,, diendo praebebunt, et cor infirmorum auscultando adtendet, et balbutientes lin-
,, guae cito pacem loqui discent, neque ulterius dicent stulto ut imperet; neque
,, item amplius dicent, servi tui sumus, sile. Nam stultus stulta loquetur, et cor
,, eius vana cogitabit, ut prava operetur, et ad Dominum fraudulenter loquatur. ,,

(1) Res satis nota, nempe idolum Beelzebub.

Heic quidem fore ut aures infirmorum attendant, nec non et balbutientes linguae loqui expedite discant, propheticus sermo praecinit. Pariter vero, modum etiam quo confracta et luxata firmabit ac reponet, haud multo post demonstrat. Quomodo,
* Is. XXXV. 4. inquam, haec fient et exitum nanciscentur? " Quia, inquit *, Deus noster veniet, ,, et salvabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum audient. ,, Tunc saliet, sicut cervus, claudus; et balbutientium lingua solvetur. Quia sca- ,, turiit in deserto aqua, et puteus in terra sitiente; et quae erat arida, erit in
* Is. XXIX. 18. ,, stagnum, et in regione sitiente fons aquae erit. ,, Sed et alibi similia his dicit *. " Et audient die illa surdi sermones librorum, et in tenebris atque caligine oculi ,, caecorum videbunt. Et exultabunt pauperes propter Dominum in laetitia, et qui ,, sine spe erant homines, gaudio replebuntur. ,, Nonne igitur hinc cuilibet patet, his dictionibus subindicari nobis animae detrimentum, et passiones, et falsam perversamque opinionem? quam reapse in veritate claudicantes, immo vero a veritate omnino decidentes, et naturalem verumque Deum ignorantes ac negantes, beluini quondam homines et vecordes, sanae et rectissimae praetulerunt, et polytheismi errore quasi morbo laborarunt. Non enim haec intelligenda sunt de corporalium sensibiliumque membrorum detrimento, iuxta istorum vulgarem traditionem. Namque haerentem his locutionibus sensum si quis vestiget, facile admodum comperiet, his vocabulis describi animae morbos et commotiones; si quidem ea corporalibus his membris tamquam organis utens, interiora hominis, et reconditam atque invisibilem deliberationem, parat, considerat, facit, perficitque, et suos demum denudat impetus atque consilia. Sic ergo circa religiosam opinionem, si qui perversam falsamque sibi opinionem confinxerint, et ab agendi regula aberraverint, caecutire et
cr. p. 65. claudicare, vel aliquid aliud ex dictis pati non incongrue dicentur; etiamsi neque visus neque gressus, neque alia quaevis facultas laesa illis sit, vel secundum mentis perversionem inflexa.

Homines itaque incredulos et sine Deo scriptura sacra describit; postea tamen medelae gratiam sortitos; ita ut quae antea laborabant irreligione animae, convaluerint, emendatae fuerint atque purgatae, et caecutientes ex atheismo mentis illorum oculi illuminati sint. Mox pro fidei abundantia nihilo minus ipsa quoque membra fuisse sanctificata, et valetudinem optimam apprime consecuta, beneque ipsis circa religionem et erga Deum rectitudinem fuisse. Adveniente enim Servatore, ii qui veri luminis orbitate olim laborantem mentis oculum habuerant, nunc perspicue
* Ps. XXIV. 15. rectitudinem cernunt; et unusquisque illuminatorum in mentis visuali vi, dicit *: " oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. ,, Petunt itaque ut sui intellectuales oculi illuminentur, ne umquam obdormiant in morte. Deinde, qui antea cordis aures oppilatas habebant, eas iam praebent patulas et acustica vi pollentes, ad laudum Domini resonantiam apprime audiendam. Sic impeditae balborum linguae, quae inhonesta et deformia olim loqui satagebant, dum mutas et inanimatas res deos appellabant, postea expeditae beneque articulatae pacem loqui per fidem didicerunt, Trinitatis mysterium canentes, et quod
* Ephes. II. 14. dominus Iesus Christus in gloria sit Dei patris. Ipse enim est pax nostra *, et pacis
* Is. IX. 7. Deus, et pacis illius nullus est finis *. Sic meditari diu noctuque Dei oracula instituerunt, eiusque potentias loqui, et mirabilia enarrare, et rationale ipsi obse-

quium semper offerre, sicuti dictum est, nempe quod *: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ita ille etiam qui olim cordis gressu claudicabat, nunc rectas decurrens orbitas atque vias, desideratissimo Servatoris amore incensus, tamquam siti anhelans cervus summa exsilit contentione. Canit itaque *: " quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad „ Deum fortem vivum. „ Sic, ut summatim dicam, qui sitiunt, ii ad vitae et immortalitatis fontem Christum festinant, cunctos vocantem, claraque voce clamantem * " qui sitit, veniat ad me, et bibat „ et haurire aquam de fontibus Servatoris hortantem *. Hinc anima salutare Dei sitiens, rigatur et impinguatur, vigensque postmodum et ornata apparet, pietate ac iustitia et virtute omni florens, splendideque admodum venustata. Certe haec omnia de animabus incredulitate liberatis, et de tanta Deoque congrua, et digna largientis liberalitate et copia, immo potius eius erga homines benignitate, dici aequius est.

* Rom. X. 10.
* Ps. XLI. 2.
* Ioh. VII. 37.
* Is. XII. 3.

Quod autem qui advenit animarum medicus, corporibus etiam curandis paratus adfuerit, demonstrat sanatorum innumerabilis multitudo. Nam fide in benefactorem suum animo purificati, deinde simul recipiebant corporum quoque aegrotantium sanitates, quo tempore grandia illa ac multiformia operabatur miracula: caecis enim visum prodigiose largiebatur, leprosis purgationem faciebat, claudis bases instaurabat ac roborabat, paralyticos et membris dissolutos incolumes et bene valentes efficiebat, daemonum agmina obiurgando pellebat, et ab horum saeva incursione obsessos liberabat, aliisque aliter laborantibus vigorem indebat, et omnino omnem morbum omnemque languorem, uti Deus benignissimus, qui suae creaturae miseretur, in populo medicans versabatur. Peccatorum denique, quod maius perfectiusque opus est (namque in eius potestate est peccata hominibus condonare), remissionem largiens. Sic Redemptoris ac servatoris nostri discipuli, imitatores facti ineffabilis eius benignitatis, postquam Spiritus donum receperunt, similia miracula perpetrandi, illum ad speciosam uti vocabatur templi portam residentem claudum sanis pedibus effecerunt; ut in hoc ipso vaticinium haberet exitum, quod ait *: saliet, sicut cervus, claudus. Aliaque omnia per operantem in se gratiam efficiebant in populo tantopere mira, ut hunc ad veram doctrinam converterent.

Gr. p. 66.
* Is. XXXV 6.

Iam vero docilibus quidem et bonae voluntatis hominibus ita superne libertas exhibita fuit. Incredulis autem adversus veritatem quid Deus contulit? spiritum compunctionis, oculos ut non viderent, aures ut non audirent *. Nam contra sensus suos semper egerunt. Auditu enim audierunt, quin intelligerent; videntes viderunt, et nesciverunt. Crassatum est cor eorum, et auribus graviter audierunt, et oculos suos compresserunt *. Instante enim tempore, quo mendacium se intendit, ii qui antea veritatis lumine illustrati fuerant, mentis oculos sponte propria sibi excaecaverunt, et cordis aures oppilaverunt, et ad faciendam iniquitatem incubuerunt, in tantum ut ne perspicuae quidem et pervulgatae sententiae prophetica oracula audire paterentur. Nam quid supradictis vel mox dicendis manifestius atque limpidius? Etenim ita se habent *. " Haec dicit dominus Deus Israhelis: in die „ illa confidet homo factori suo, oculique eius ad sanctum Israhelis respicient. Ne„ que confident ulterius malivolis suis, neque aris, neque opificiis manuum sua„ rum, quae digitis suis fecerunt; sed confident sancto Israhelis, et succident lu-

* Rom. XI. 8.
* Is. VI. 9.
* Is. XVII. 7.

„ eos et abominationes illorum. „ Nisi ergo visualis mentis illorum vis omnino esset obtusa, et auditùs sensus non esset adfatim oppilatus, utique diceremus illis:
Gr. p. 67. cernite, et auscultate, atque adtendite veritati, et inspiratis a Deo oraculis nolite discredere. Nunc vero extrema vesania correptis, quid iis quispiam dicet? nisi illud
* Luc. XVI. 31. in evangeliis relatum *, quod si Moysem et prophetas non audiunt, ne si a mortuis quidem resurget aliquis, hunc audituri sunt.

Sed enim hos vana nugantes pudeat; sapientes autem ac sobrios aequum est non dubitare, quod iamdiu cessaverit atque abolitus fuerit absurdarum religionum error. Neque iam ulterius ii qui suum dominum creatoremque agnoverunt, vitaeque auctorem, et benefactorem ob tot tantaque mirabilia confessi sunt, haud hi inquam ad suum vomitum revertentes, dicent stupidae et insensatae mutaeque rei: Deus noster tu es; tu nos fecisti; tu vitae nostrae cursum dirigis; tu nobis dominaris; tu quid agendum, quid secus, doces. Nam quid his miserius magisque devitandum? Oportere autem existimo, et quidem admodum tempestive, ad vocationem gentium orationem nostram rursus convertere, et quid de hac re dicat theolo-
* Is. IX. 1. gus animadvertere *. “ Regio Zabulon, et terra Nephtalim, et reliqui maritimi lit„ toris incolae, et trans Iordanem, partes gentium Iudaeae (1), populus qui sedet „ in tenebris, magnam lucem aspiciat. Qui habitatis in regione et umbra mortis, „ lux vobis oborta est. „ Iam vero propheticorum horum verborum sapiens atque inspiratus interpres, clare admodum et splendidissime enucleans nobis ipsorum vim, et praedictionum exitum exponens, Matthaeus inquam divus apostolus, qui nobis evangelicam historiam composuit, ceu radicem quandam ac fundamentum fidei nos-
* Matth. V. 12. trae praciaciens, et Servatoris nostri incarnati patefaciens mysterium, haec ait *. “ Cum audisset Iesus quod Iohannes traditus esset, secessit in Galilaeam; relicta„ que Nazareth, veniens habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon „ et Nepthalim. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam: terra Za„ bulon et terra Nephtalim, via maris trans Iordanem, Galilaea gentium, populus „ qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam; et sedentibus in regione et umbra „ mortis, lux orta est. Exinde coepit Iesus praedicare et dicere: paenitentiam agite, „ appropinquavit enim regnum caelorum. „

Profecto quod propheticus sermo sive evangelicus, namque eòdem uterque recidit, his verbis gentium ad veritatis lucem conversionem significaverit, haud magnopere laborandum erit ut ii intelligant qui apprime volunt, neque oraculorum inspiratae scripturae prorsus sunt ignari. Sciunt enim horum periti, ethnicae stultitiae deditos homines in umbra mortis sedisse, profundae velut ignorantiae tenebris devinctos, et peccatorum caligine inumbratos, ceu nondum divino lumine illustratos, et idololatriae nigredine adhuc infuscatos, quod hercle dirius morte est et calamitosius. Est enim animae mors, veraeque vitae omnimoda privatio. His ita, in-
Gr. p. 68. quit, in ignorantiae tenebris habitantibus Servatoris gratia refulsit, et iustitiae sol obortus est qui atheismi noctem dispulit. Circumibat enim paenitentiam praedicans, ut potestati quidem principum tenebrarum se subducerent, infirmitatem illorum fraudulentamque efficaciam irridentes, vocati autem ad vultus Domini lumen di-

(1) Ita est in Nicephori codice, etiamsi mox idem Nicephorus consentit in Matthaei loco.

centis *: " ego lux in mundum veni. Et, ego sum lux mundi *. Et, qui ambulat in * Ioh. XII. 16. * Ioh. IX. 5.
,, lumine non offendit *. ,, Ut ad eum accedentes illuminentur, neque ipsorum * Ioh. XI. 9.
vultus confundantur. Sicut etiam divus mandat Paulus *: " ut filii lucis, inquiens, * Ephes. V. 8.
,, ambulate. Nam fructus Spiritus (1) in omni bonitate, iustitia, et veritate: ,, ut probe intelligerent, quomodo ad Deum se ab idolis converterint, ut Deo viventi veroque servirent, et expectarent filium eius de caelis, quem a mortuis suscitavit. Poterit autem is, qui sedulo in sacris oraculis mentem defixerit, cognoscere, alibi
quoque ab hoc deifero viro similia praenuntiari *. " Erit die illa radix Iessae, et qui * Is. XI. 10.
,, surget ad dominandum gentibus; in ipso gentes sperabunt (2). ,, Huius ergo tam splendidi atque omnibus patentis vaticinii, quod ad usque extremos terrae fines divulgatum est, quodque nobis manifestissime demonstrat, effulgens ante saecula ex patre Verbum Deum, extremis autem saeculi temporibus ex Davidis femore genitum secundum carnem, ne hos ipsos quidem incredulos et obtusis auribus praeditos ignaros esse puto. Quid enim his vocibus clarius, ob demonstrandum ac revelandum ipsis quoque dementibus, incarnationis Servatoris nostri mysterium? Iam enim apud nos in confesso est, purissimam Dei matrem ex radice Iessae Davidisque semine genus suum deduxisse (3); unde in carne Servator ceu flos est ortus; quae Deum simul et hominem supra naturae leges peperit; quamobrem proprie vèreque Deipara a nobis agnoscitur; idque confirmat partus virgineus, qui prorsus est ineffabilis, quatenus novo inter homines modo Christus editus partu fuit, et tamen integram virginitatem, post partum etiam, parentis suae conservavit.

44. Quantum vero potentatum sit obtenturus, qualique modo gentibus imperaturus, divino permotus Spiritu propheta idem clamabit *. " Regem in decore * Is. XXXIII. 17.
,, suo videbitis. Et * ego suscitabo illis cum iustitia regem; et omnes viae eius re- * Is. XLV. 13.
,, ctae. Ipse aedificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei ipse convertet
,, sine pretio et sine muneribus, ait Dominus exercituum. Et rursus: ego adducam
,, pacem ad principes eorum *, pacem et sanitatem ad ipsum. Magnus principatus * Is. LX. 17.
,, eius, et pacis ipsius non est terminus. Super throno Davidis patris sui sedebit,
,, ut illum recte constituat, agatque cum iustitia et iudicio abhinc et in aeternum
,, tempus. Zelus Domini exercituum haec faciet *. ,, Quod ergo rex regum, et do- * Is. IX. 7. Gr. p. 69.
minus dominantium, regnator regni sui in aeternum, per haec verba nobis denotetur, qui est Christus Deus noster, neminem qui peractum apud nos incarnationis mysterium noverit, contradicturum puto. Ipse enim evidenter est, et non alius, rex nobis suscitatus, iustus, salvificus, qui divinam iustitiam nos docuit. Ipse nobis
est factus, ut apostolice loquar *, " sapientia a Deo et iustitia et sanctificatio et * I. Cor. I. 30.
,, redemptio. ,, Qui etiam Dei civitatem aedificavit, non terrestrem aliquam aeternaque stabilitate carentem, sed illam potius fundamentis nixam, quae Deo digna

(1) Ita cod. et vulgatus textus graecus *spiritûs*, non *lucis*, ut vulg. lat., cui tamen favet in graecis aliquot codicibus varia lectio φωτός.

(2) Utitur Nicephorus, ut semper graeci patres, textu vulgato LXX. interpretum. Latinus vero vulgatus tenet hebraicam lectionem post Hieronymum. Nos quoque sequimur necessario in nostra translatione graecorum textuum graecam editionem, quam qui forte non intelligunt, habet bonum interpretem Nobilium in sixtina editione. Hoc semel tantum monere opus fuit, ne quis dissonantias, cum incidunt, admiretur.

(3) In hac re demonstranda versatur Eusebii quoque caesariensis prima quaestio evangelica a nobis ex vaticano codice edita.

intelligitur superna Hierusalem, cuius opifex conditorque Deus, in qua primogenitorum ecclesia, qui in caelis sunt conscripti, cum supernis illis potestatibus conversatur. Populi quoque sui captivitatem convertet; cuiusnam vero et quomodo, audiendum est. Eramus enim revera olim nos homines, creatoris dominique nostri ignari, nostram cum illo necessitudinem abnegantes, et ab eius obsequio longe alienati propter stuporem nostrum in peccatis, et dominantem nobis diaboli dolum: suppositi autem hostis iugo, ceu mancipia et captivi eius arbitrio dediti, qui nempe libertate amissa, servirè ipsi cogebamur.

Sed quia fieri non poterat quin Deus clementer creaturam suam respiceret, apparuit redemptor, cui neque muneribus neque pretio opus erat externo, sed semet ipsum exinanivit, pretium dans redemptionis pro nobis omnibus proprium sanguinem vivificum ac salutarem; et passione ac cruce pro nobis tolerata, in altum conscendit, et captivavit convertens captivitatem nostram; eripiens reapse nos chaldaica noxiorum daemònum potestate, barbarique intellectualis dynastae manu eruens; adquisivitque nos populum peculiarem, eos videlicet qui per illuminationem ac fidem sinceram rectamque ad eius dominatum confugerint; regnans imperansque nobis per saecula. Discredet autem nemo, nisi qui forte iudaica incredulitate et impudentia laborat, abolitum illud gerens adhuc in anima velum, litteraeque crassitiem nondum volens de corde suo abradere, ideoque in divina mysteria nondum introspicere dignus. Quod si quis dubitando dicat, propheticum sermonem affirmare, fore hominem quendam qui Iudaeorum principatum obtineat; hic a nobis, immo ab ipsa veritate audiet, secundum ipsius sacrae litterae traditionem, post Iudaeorum Babylone reditum, neminem apud eos apparere qui regium diadema, quo antea reges inaugurabantur, gestaverit, vel regalis dignitatis sceptrum tenuerit; sic nimirum universali Deo per prophetarum vocem iam praefato; sed sub populi rectoribus ac sacerdotibus deinde remp. fuisse cognoscimus. Unde constat, haud de
Gr. p. 70. hac nobis captivitate babylonica sacrum sermonem loqui: quum sit exploratum a quibus et qua ratione Iudaei babylonica calamitate liberati in Palaestinam postliminio redierint, sicut in illarum rerum historiis perspicue descriptum est. Quamobrem de temporibus illis prophetica effata intelligere, non est rationi consentaneum. Quae vero et scimus, et credimus, et patres nostri nobis narraverunt, quibus firmiter apprime innitimur, haec praedicamus, nempe nos esse illos quos Deus de gentibus sibi adunavit, qui constanter in eum sperantes, redempti a Domino fuimus, quos de invisibilium inimicorum manu eripuit, et a tenebrarum regionibus mortisque umbra collegit ex oriente et occasu, aquilone et mari, deserto et inaquoso incredulitatis loco, hostis nostri artibus, errabundos olim, et salutaribus rectae religionis fluentis privatos, quibus gratiam divinae agnitionis desuper, benignitatis suae imbribus largitus est.

Quod ergo sessurum esse super Davidis throno Servatorem a prophetico sermone praedictum fuerit, divus angelus his insanis persuadeat; nisi forte sacras quoque evangeliorum, ut alias sancti Spiritus, locutiones contemnunt. Nempe ille de caelo veniens, et immaculatae semperque virgini matri, communis totius mundi salutis nuncium significans, eum quem ipsa paritura erat Servatorem omnium, filium Altissimi vocatum iri proclamabat, et Davidis thronum occupaturum, regnumque

sine fine habiturum. Quin adeo magnum ipsum futurum cum adsumpta quoque natura portendit; sciens nimirum illum et nunc et antea et semper existentem, magnumque et super omnia Deum. Propterea rex regum, et in multas gentes dominans, etiam quatenus homo, Emmanuhel est. Aeque enim eminet, et prae omnibus potentia ac dignitate pollet tum divinitatis tum carnis attributis praeditus; quamquam pauper fuit sponte, divina condescensione utens, nostraque inopia indutus, ut nos divinitate ipsius ditaremur. Prorsus itaque necesse est, servatoris nostri Christi in cunctis adesse personam. Cumque rex tantus sit constitutus, sequitur conveniensque est principes quoque regni fieri consentaneos, et gentes esse subiectas, nec quomodolibet sed cunctas omnino gentes; est enim omnium rex ac dominus; et sicut omnium cum patre in caelo, ita et in terra omnium pariter dominus praepotensque. Ideo dictum est *: " et qui surget ad dominandum gentibus, * Is. XI. 10.
,, in ipso gentes sperabunt. ,, Velint nolint iudaici dogmatis homines; alioqui et illa quae ab omni lingua canuntur reiiciant ac deleant, quaeque nobis regis personam exhibent, dicente (psalmista) *: " ego autem constitutus sum rex ab eo super * Ps. II. 6.
,, Sion montem sanctum eius. Et *, postula a me, et dabo tibi gentes heredita- * v. 8.
,, tem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. ,, Iam vero ad alias quoque inspirati viri locutiones veniendum est. Dicit enim *: " ego Dominus, qui in iustitia * Is. XLII. 6.
,, vocavi. Et * dabo te foedus generis, et lucem gentium, ut aperias oculos caeco- * Is. XLIX. 6. Gr. p. 71.
,, rum, et captivos de vinculis eruas, et de domo carceris sedentes in tenebris *. * Is. XLII. 7.
,, Et rursus: posui te foedus generis, salutem usque ad terminos terrae *. Et de- * Is. XLIX. 6.
,, nuo *: dedi te foedus generis, lucem gentium, ut terram constituas, et heredi- * ibidem.
,, tatem deserti possideas. Ut dicas vinctis *: appropinquat cito iustitia tua, et * Is. LI. 5.
,, egredietur in lucem * salutare tuum, et in brachio meo sperabunt. Et adhuc *: * cod. εἰς φῶς, non ὡς φῶς.
,, propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non negligam; donec egredia- * Is. LXII. 1.
,, tur ut lux iustitia tua, et salutare meum ut lampas accendatur. Et videbunt ,, gentes iustitiam tuam, et reges gloriam tuam. Et vocabis nomen tuum novum, ,, prout Dominus illud appellabit, erisque corona pulcritudinis in manu Dei tui, ,, neque ulterius vocaberis derelicta: terra tua haud deserta dicetur. ,,

Videbit autem quispiam, si retro ad multo antiquiora tempora recurret, gentium repositam in omnium servatore ac redemptore Christo spem, iamdiu vaticiniis proclamatam. Sic enim et Iacob patriarcha, Iudae tribui benedicens aiebat *: " non * Gen. XLIX. 10.
,, deficiet princeps de Iuda, neque dux de femore eius, donec veniat cui repo- ,, situm est; et ipse erit expectatio gentium. ,, Constat enim ex Iuda ortum Dominum. Si ergo veriloqui sunt sanctorum sermones, sicuti reapse veriloqui sunt, temporibus singuli suis proprium exitum nacti, haud excident neque evanescent, quia munimen firmamentumque ab evangelicis effatis habent. Venit enim completurus legem ac prophetas Dominus; nihilque praeteritum iri denuntiavit, operatorem magis quam magistrum in horum consummatione semet ostendens. Ergo falsus non fuit gentium ad veram fidem concursus, ideoque nulla poterit fraus diabolica a vocantis regis amore ac fide eas retrahere. Putres itaque et invalidi sunt atque omni mendacio et impietate scatent adversariorum sermones. Quod si quis ordinem quoque requiret, qualis esse solet ubi rex et subditi, hinc videlicet discat *. " Die * Is. XIX. 24.
,, illa, inquit, erit Israhel tertius post Assyrios et Aegyptios, benedictus in terra,

,, cui Dominus sabaoth benedixerit dicens: benedictus erit populus meus in Ae-
,, gypto, et in Assyriis, et hereditas mea Israhel. ,, Nam praedictorum enumeratione, vocatarum gentium ad sacram doctrinam plenitudinem sermo propheticus significavit. Postremo loco, id est tertius, Israhel collocatur, quia etiamsi multo eminus, et ex aliena barbaraque regione profectus est, nihilominus praeoccupat eum Assyrius, praeripitque in Christum fidem, corporaliter adhuc infantulum adoratum donorumque numero, intellectualibus eius et contemplativis officiis pari, affectum. Secundus Aegyptius succedit, fugientis adventu superstitiosum errorem de-
Gr. p. 72. pellens. Post quem tertius Israhel, et quidem a praedicante vocatus, quemadmodum nobis tradiderunt qui evangelia scripsere apostoli Domini.

45. Age vero his adfinia atque aemula esse apostolica documenta, eademque veluti via insistentia, facile cognoscemus; credi videlicet Servatorem gentibus id est ecclesiae gentium praeesse, eiusque caput esse, ac sine dubio oportere eum regnare donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum, et regni heredes ef-
* I. Cor. XI. 3. ficiat qui in eum speraverint. Dicet itaque primipilaris veluti gentium apostolus *:
* Ephes. I. 17. " volo vos scire, omnis viri caput esse Christum *. Et rursus: ut Deus domini
,, nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae et revelationis in
,, agnitione eius; illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocatio-
,, nis eius, et quae divitiae gloriae hereditatis eius in sanctis. Et quae sit super-
,, eminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem
,, potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis,
,, et constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum et
,, potestatem et virtutem et dominationem, et omne nomen quod nominatur non
,, solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. Et, omnia subiecit sub pedibus eius,
,, et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, et pleni-
* Philip. II. 9. ,, tudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Et *, quia Deus eum superexalta-
,, vit, deditque ei nomen super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fle-
* Coloss. II. 9. ,, ctatur caelestium, terrestrium, et infernorum. Et *, in ipso habitat omnis ple-
* v. 10. ,, nitudo divinitatis corporaliter. Et * estis in illo repleti, qui est caput omnis prin-
* Ephes. IV. 15. ,, cipatus et potestatis. Et denuo *: veritatem autem facientes in caritate, cresca-
,, mus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum
,, et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem
,, in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificatio-
* Ephes. V. 23. ,, nem sui in caritate. Et iterum *: quia vir caput mulieris, ita et Christus ec-
,, clesiae caput. ,,

Postquam itaque caput et initium omnium ostendit esse Christum sacer apostolus, regemque universorum demonstravit, deinde inducit eundem credentibus
* Hebr. XII. 28. quoque in ipsum, largientem regnum, ubi ait *: " itaque regnum inmobile susci-
,, pientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo cum metu et re-
* Coloss. I. 12. ,, verentia. Et *, gratias agentes Deo patri, qui idoneos nos fecit in partem sortis
,, sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in
,, regnum filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem, remissionem pec-
* Ephes. III. 5. ,, catorum. ,, Ut autem filii simul et fratres et heredes, animadvertere debemus *
Gr. p. 73. " sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis et prophetis in Spiritu, gentes esse

,, coheredes et concorporales et comparticipes promissionis eius in Christo Iesu,
,, per evangelium factus minister. Audacius * autem scripsi vobis, fratres, ex parte, * Rom. XV. 15.
,, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quae data est mihi a Deo,
,, ut sim minister Iesu Christi in gentibus, sanctificans evangelium, ut fiat oblatio
,, gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto. Et deinde *: non enim accepi- * Rom. VIII. 15.
,, stis spiritum servitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis,
,, in quo clamamus abba, pater. Ipse Spiritus testificatur spiritui nostro, quod si-
,, mus filii Dei. Quod si filii, et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem
,, Christi. Et postea *: quia iam non es servus, sed filius et heres Dei per Christum. ,, * Gal. IV. 7.
Quibus verbis consonabit alius theologus *: " dedit eis potestatem filios Dei fieri, * Ioh. I. 12.
,, his qui credunt in nomine eius. ,, Addet his, evangelii quoque minister *: " quia * I. Cor. XII. 17.
,, vos estis corpus Christi, et membra ex parte. Decebat * enim eum, propter * Hebr. II. 10.
,, quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, aucto-
,, rem salutis nostrae cruciatibus consummare. Nam et qui sanctificat et qui san-
,, ctificantur, ex uno omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos nomi-
,, nare dicens: annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae lau-
,, dabo te. Et rursus *: quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagini * Rom. VIII. 29.
,, filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et praeterea *. In quo abun- * Hebr. VI. 17.
,, dantius volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui,
,, interposuit iusiurandum; ut per duas res immobiles, quibus impossibile est men-
,, tiri Deum, validum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam
,, spem. Et adhuc *. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis pro- * Rom. XV. 8.
,, pter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super
,, misericordia glorificare Deum, sicuti scriptum est: propterea confitebor tibi in
,, gentibus, Domine, et nomini tuo psallam. Et insuper ait *: laetamini gentes cum * v. 10.
,, populo eius. Item *: laudate Dominum omnes gentes, collaudate eum omnes po- * v. 11.
,, puli. Et denique Isaias *: erit radix Iessae, et qui exsurget regere gentes, in ipso * XI. 10.
,, gentes sperabunt. ,, In his porro observandum est, quod non modo de iisdem rebus sed et eadem verba, quae propheta, sacer dicit apostolus. His vero quae contradicet oratio? nam qui gratis consecuti sunt misericordiam a Domino, ex atheismo ad Dei amorem translati, firmi in fide stantes glorificant Deum, non autem idololatrae sunt, quicquid insanis ebriisque videatur. Nam quomodo hos paenitebit tot tantorumque quibus gloriantur donorum? quandoquidem digni habiti fuere qui filii heredesque Dei per fidem fierent, et corpus ac membra Christi sunt, et aeternae *Gr. p. 74.* gloriae studiosissimi; quomodo hanc omittentes gratiam atque splendorem, ad tenebras erroremque revolventur? Quod si haec ab his profanis omnino negantur, a nobis tamen creduntur, in tantum ut divinam Servatoris benignitatem admiremur, aperteque confiteamur, ipsum bonitatis excessu pro suae potentiae copia, non eos tantummodo qui praesente adhuc vita utebantur, diaboli tyrannide, per condescensionem liberasse; verum etiam iamdiu in inferno detentis, qui olim temporibus atheismi impietatisque vixerant, et nunc tenebris caecisque locis, et catenis inextricabilibus tenebantur, apparens Servator libertatem praedicans largitus est, et dominantis hostis violentiae subduxit. Atque haec a prophetica iamdiu lingua praedicta fuerant, quum persona Christi induceretur vinctis dicentis *: " exite; et te- * Is. XLIX. 9.

„ nebras incolentibus, revelemini. „ Id autem suo tempore demum accidisse, is
* I. Petr. III. 18. qui apicem in Christi discipulis tenet, narrabit dicens *: " quia Christus semel „ pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis; ut nos ad Deum adduce- „ ret; carne quidem extinctus, vivificatus autem spiritu: in quo et his, qui in „ carcere erant, spiritibus veniens praedicavit, qui increduli fuerant aliquando. „ Quos ego existimo de salutis mysterio edoctos, susceptaque redemptoris praedicatione, quamquam omni motu atque operatione carentes, et omni agendarum rerum spe deposita, attamen gratos huic tam splendido eximioque beneficio, magnopere impios obiurgasse; tamquam si una cum viventibus iniuria adficerentur; vel potius eorum qui in Redemptorem blasphemi erant, audaciam non ferentes. Prorsus enim ob impietatis suae cumulum, ne animas quidem praemortuorum ab idololatria liberabunt. Quapropter videtur mihi et illorum reatus augeri, et maiori ut par est poenae obnoxius fieri. Sed enim nos his omissis, qui vivorum aeque ac mortuorum iudicio damnantur, ad susceptum propositum revertentes, reliqua persequamur.

46. Nam quatenus est gentium rex, promissiones subditis edicit, quasi quandam remunerationem ac praemium fidei erga ipsum atque obedientiae; quam rem
* Is. XXV. 6. audire operae pretium est *. " Faciet enim, inquit, dominus Deus sabaoth cunctis „ gentibus super monte hoc: bibent laetitiam, bibent vinum, unguento linientur „ in monte isto. „ Age vero numquid horum spem fefellit? Immo manifeste his verbis, sacra mysteria divini doni gratiaeque docemur; nempe pretiosi sanguinis servatoris nostri Christi participationem, et divini lavacri sanctificationem; quibus profecto quid iucundius quidve divinius sit ad animi laetitiam et illuminationem?
* Is. LIV. 1. Hinc denuo mandat illis ut de vocantis munificentia laetentur, dicens *: " laetare „ sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis; quia plures filii
Gr. p. 75. „ desertae, quam eius quae habet virum. „ Iam et quaenam bona hi qui ad vo-
* Is. XVIII. 7. cationis gratiam concurrerint sint relaturi, facile cognoscens quilibet dicet *: " tem- „ pore illo adferentur dona Domino sabaoth tam a populo adflicto et misero, quam „ a populo magno; ex hoc et usque in aeternum tempus. „ Dona autem quaenam intelligantur, nisi omnino laudis spiritale sacrificium, et rationalis cultus a cunctis qui sunt in ecclesia populis Deo adhibitus; quem ille veluti odorem suavitatis excipit? Quod autem ipsis gratiam redditurus, donisque eos remuneraturus sit, rur-
* Is. LVI. 7. sus dicit *: " adducam illos in montem sanctum meum, et iucundabo eos in domo „ orationis meae: holocausta eorum acceptabilia erunt altari meo. Nam domus mea, „ domus orationis vocabitur cunctis gentibus. „ Porro haud arbitror in tantam venisse insaniam novorum iudaizantium aliquos, ut putent praedictis verbis localem tantummodo apud Hierosolyma cultum denotari. Nam quis ita sit contumax, postquam ex persona universalis Dei iamdiu prophetae clamaverunt, illa immolatorum animalium et carnium abolita esse ac repudiata sacrificia, hisque substitutum cultum hominum Deum invocantium et in spiritu sacrificantium? " Quid mihi,
* Is. I. 11. „ inquit * sacrificiorum vestrorum multitudo, ait Dominus? plenus sum; holocausta „ arietum, et adipem agnorum, et sanguinem taurorum atque hircorum renuo.
v. 13. „ Quis enim haec de manibus vestris requisivit? Neomenias vero et sabbata se iam
* Ps. XXXIX. 7. „ non pati declarat. „ Sicut etiam psalmista spiritu praeveniens scripsit *: " sacri-
* Ps. XLIX. 9. „ ficium et oblationem noluisti, holocausta pro peccato non postulasti. „ Itemque *:

" et non accipiam de domo tua vitulos, neque ex gregibus tuis hircos. Et, si vo-
,, luisses sacrificium dedissem utique, holocaustis non delectaberis *. ,, Spiritalia * Ps. L. 18.
vero proponit sacrificia, adhortando: immola Deo sacrificia, immola Deo sacrificium
laudis, et redde Altissimo vota tua *. Manifestius vero hoc sistitur in sequentibus. * Ps. XLIX 14.
Dum enim ait " cunctis gentibus ,, haud partialem illam et regione quadam defi-
nitam Israhelitarum synagogam, sed catholicam et omni numero maiorem his verbis
designat ecclesiam.

Quod autem regis gentium congregationes pure puro adhaereant, viaque illa-
rum pura sit, quandoquidem nulla peste aut macula idolicorum sacrificiorum foe-
dantur, animadvertere oportet dum ait *: " non transibit illuc impurus, neque * Is. XXXV. 8.
,, erit ibi impurorum semita; dispersi autem ibunt per illam. ,, Tantopere autem
ipsam esse purificatam et sanctificatam gentium praeco adfirmat, ut ipsam et tem-
plum Dei esse et domum Dei, huiusque Spiritum in ea habitare dicat *. " Ita Chri- * Ephes. V. 25.
,, stus dilexit ecclesiam, seque pro illa tradidit, ut eam sanctificaret, mundans la-
,, vacro aquae in verbo, ut exhiberet ipsam sibi gloriosam, non habentem macu-
,, lam neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. ,,
Et alibi *. " Et dedit semet ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, * Tit. II. 14.
,, et emundaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum. Et *, qui Gr. p. 76 * Rom. VIII. 11.
,, suscitavit Christum a mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra per inha-
,, bitantem in vobis Spiritum. Et *, Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius * Hebr. III. 5.
,, tamquam famulus in testimonium eorum quae dicenda erant: Christus vero tam-
,, quam filius in domo eius, quae domus sumus nos. Et alibi *: nescitis quod tem- * I. Cor. III. 16.
,, plum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violave-
,, rit, disperdet illum Deus. Nam Dei templum sanctum est, quod estis vos. Et
,, iterum *: nescitis quoniam corpora vestra templum sunt eius qui in vobis est * I. Cor. VI. 19.
,, sancti Spiritus, quod a Deo habetis, et non estis vestri, quia pretio redempti?
,, Glorificate utique Deum in corpore vestro et in spiritu vestro, quae sunt Dei. ,,
Exploratum itaque ex his omnibus est, eos qui Christo crediderunt, Spiritumque
gratiae receperunt per divini lavacri regenerationem, templum Dei et esse, et ita
appellari dignos: consequenterque illos qui hos idololatras dicere instituerunt: dae-
monum esse templa apparet. Quod si non est communio Dei cum idolis, constat
hodiernos inobedientiae filios, in quibus contrarius spiritus operatur, veritatem al-
latrare sancto resistentes Spiritui, dum aiunt Christianos idola colere; eosdemque
factos esse daemonum templum, criminari audent. Ad quorum refutationem divina
extant oracula, terribilem ipsis a Deo vindictam decernentia. Sic ergo ecclesiae pa-
ranymphus, hanc coniungens copulansque mirabiliter Christo sponso, idque vincu-
lum et copulam adstringens, corpus esse Christi et membra ex parte, unumque
corpus esse multos definit; quandoquidem unum eundemque panem mysteriorum
benedictionis participamus, unitatem cum ipso per fidem adepti. Moxque sublimi
eximiaque doctrina declarans illuminansque mysterium, sub humani coniugii ima-
gine, haec pergit dicere *: " ita viri debent uxores suas diligere, ut corpora sua. * Ephes. V. 28.
,, Qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam
,, odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam; quia membra
,, sumus corporis eius, et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem et

,, matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Sacramen-
,, tum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in ecclesia. ,,

47. Veniant nunc iniquitatis operatores atque demonstrent quomodo et quibusnam inspiratis oraculis ecclesiam ab unione cum Christo scelesle divellant? quomodo coheredes et concorporales Christi, simulacra ab infidelibus culta adorant? Quomodo ergo verum dicant, qui falsitati patrocinantur? Videant igitur, nisi forte
Gr. p. 77. ipsum Christum profanum quid et impurum propter vocatos in eiusdem sortem et concorporalem communionem, existimant; videant inquam, ne blasphemiae culmen attingant. Verum hi neque se obrui, neque ut ita dicam defodi sentiunt propria ignominia, dum loquentes in Spiritu Dei sanctos prophetas atque apostolos abrogant, eosque profanos veluti atque impios vates clamitant et magistros ex proprio ventre loquentes. Quorum vitandos spurcosque sermones, ad sui erroris confirmationem pertrahunt: " particeps idolorum Ephraim posuit sibi scandala, irritavit
* Os. IV. 17. ,, Chananaeos ,, legimus *; at Christianos idolorum participes iisque communicantes nusquam usque ad hanc diem a quopiam dici audivimus, nisi ab iis tantum, qui adversus Christi gloriam et contra recte eum colentes atque adorantes, rabie insaniunt. Neque id mirum. Mos est enim impiorum adversandi melioribus, et veritatem depravandi, ut sententiae suae improbitatem velare queant. Dictumque a sanctis viris recte fuit, latentem malitiam proclamata esse noxiorem.

48. Hi quippe palam propriam impietatem numquam ostentare audentes, gravem suam adversus cultum nostrum iniuriam subverentes, multosque latere putantes, quasi Christum non offendant dum eius divinae imagini contumeliam faciunt, quid moliuntur? Quia sciunt natura comparatum non esse, ut res ipsae mutentur, nomina autem saepe indifferentiam prae se ferre, ad denominationis differentiam procurrunt, et diabolicis religionibus addictam nomenclaturam, venerandae servatoris nostri Christi ac Dei imagini, hi qui revera sunt idolorum amatores, accommodare haud perhorrescunt, idolum hanc appellantes; et colentes eam rite Christianos, idololatras vocitantes: ut, ceu si perversam abhinc fidem nostram invenerint, stabilitatem huius atque constantiam, quantum in ipsis est, evertant; manifestam hinc parientes iniquitatem, nempe et in Christum irreverenter blasphemiam conflantes, et rectum sincerumque dogma nostrum temere impudenterque accusantes. Atqui gentes quidem misericordiam Dei collaudant, quamquam nuper ex infidelitate exilierunt, gratiaeque doctrinam receperunt. Isti autem qui nunc dicuntur Christiani, maximeque ii quibus sacerdotii tradita videtur dignitas, non horrent animo, non lingua rigescunt, blasphemiae excessum non verentur, dum se aliosque Christianos omnes, Dei portionem et Christi hereditatem, daemonum impurorum hereditatem appellant? Iam etiamsi sibi solis apostasiae et irreligionis famam imponerent, omnium sane hominum miserrimi et apprime detestabiles existimarentur. Nunc vero quum adversus omnes omnino admirandae nostrae veraeque religionis consortes, impias linguas commoverint, qui fieri potest ut divinam iram non expe-
Gr. p. 78. riantur suppliciis acerbissimis addicti? Sed enim ad prophetica oracula convertendus sermo est. Igitur homines ex cunctis gentibus ac linguis cunctisque stirpibus, mortales ex universo terrarum orbe insulis atque mari sub uno rege constitutos, unumque dominum ac Deum et principem agnoscentes invocantes atque colentes,

consentaneum utique erit unico nomine et quidem ab illo principe derivato appellari atque denotari. Idcirco propheta ait *: servis meis vocabitur nomen novum, quod erit in terra benedictum; benedicent enim Deum verum. * Is. LXV. 15.

Quid isti ad haec stolidi dicent? Quid autem nos? Nempe quod Christus dominus ac Deus noster, factus homo, nomine appellatus sit quod utramque unitam naturam pariter significaret, nempe et deitatem ungentem et unctam humanitatem; ita ut uno vocabulo et concurrentium substantiarum duplicitas, et facta ex his unicae personae hypostatica unio, sine dubitatione dignosceretur. Consentaneum itaque erat, ut qui in hoc nomine baptizati erant et consignati, ab eodem cognomen suum derivarent, et Christiani dicerentur, uno eodemque titulo distincti omnes atque appellati, velut ii qui pacti alicuius certissima signa prae se ferunt. Atque hoc nobis maxime proprium ac peculiare signaculum nomenque est, quantumvis hi irreligionis crapula mersi audire non patiantur. Huius rei causa mirabiliter admodum Christi ecclesia et est et dicitur, populusque adquisitionis, gens sancta, genus electum, regale sacerdotium, hereditas inclyta Dei, portio Domini, funiculus hereditatis eius, vitis Domini sabaoth, filii dilecti, fratres germani, servi familiarissimi, templum Dei, regni heredes, vocationis caelestis participes, rationales oves summi pastoris. Quare et virtutes eius annunciamus, qui vocavit nos de tenebris in admirabile lumen suum, Deumque et regem et dominum creatorem, servatorem redemptoremque nominamus et confitemur, et quicquid praeterea a nobis in hymnis dicitur. Sic veri Trinitatis adoratores agniti, diabolicam omnem fraudem proterimus ac despuimus, omnem idolicum errorem odimus atque abominamur, et qui non ita se habent et confitentur, anathematibus subiicimus. Nostra itaque confessio eiusmodi est. Sed iam ad illam contra irreligiosos orationem a qua discessimus revertamur.

49. Quid ergo dicitis? Rex hic magnus magnificus, cuius magnificentia caelos exsuperat, cui omnium rerum potestas est, quique imperium sempiternum obtinet; regno enim eius nullum esse finem confitemur quotidie; angelorum dominus, caelestium, terrestrium, atque infernorum imperator, universae creaturae auctor, quique omnia ex non extantibus ad existendum produxit; quomodo iam vel saltem aliquibus dominabitur? Defecit a tanto rege populus, quem de perduellionis crimine merito quis accusabit, vacua sunt iam regia palatia et deserta, alterius regis partes sequuntur. Huiuscemodi est seditiosorum horum oratio, qui Christi regno ideo fortasse non subiacent, quia regem habent Mamonam. Age nobis dicant defectionis huius modum; quaeratur quaenam fuerit conversionis istius causa. Si sponte quidem a dominantis manu populus se subduxit, utrum ne quia ille dominari nesciret, an quia tueri eos non posset? Atqui is est qui in regno suo dominatur a saeculo, qui caelum terramque implet, cuius in manu omnes fines terrae; qui Deus ad salvandum dicitur; et Deus salutarium nostrorum; et ipse natus est nobis Servator dominus; et qui salvet, praeter illum, nemo est. An quia non providet, nec Deo digne nostra haec administrat, hunc recusant? Atqui ipse est qui oriri facit solem suum supra malos et bonos, et pluit super iustos atque iniustos; qui dat terrae imbrem matutinum et serotinum, qui dat escam omni carni. Et, pater meus, inquit, usque modo operatur, et ego operor. Quibus verbis curam Dei de

Gr. p. 79.

nobis providentiamque suadet. An rursus ceu non magnum negant admittere? Atqui rex magnus super universam terram est, et magnitudinis eius non est finis. An demum quasi partiale et circumscriptum habeat imperium, vel aliquo tempore definitum? Atqui regno eius non erit finis; et ipsi flectitur omne genu caelestium terrestrium et infernorum. An postremo, quia intellectu indigeat! Atqui intelligentiae eius non est numerus; nec quisquam novit mentem Domini. Quod si forte Deum minime exorabilem nec nostri sollicitum existimant, quis inquam, praeter illum, sanctorum voce loquitur sic: nolo ut homo morte moriatur, sed convertatur potius a via sua, vivatque anima eius. Egoque ipse qui aio impio morte morieris; idem dico, quod si convertetur a via sua, recteque et iuste aget, et in vitae mandatis ambulabit, vita vivet et non morietur: omnium peccatorum eius obliviscar. Superest ut Deum parte aliqua sapientiae vel iustitiae destitutum arbitrentur. Atqui abyssum sapientiae eius vel connaturalis potius scientiae quis metietur? Etenim sapientià caelum extendit, terram fundavit, cunctaque omnino in sapientia fecit. Quodque bonus sit, et omnia habeat, ob quae ab omnibus celebratur hymnis et glorificatur, cur opus est supra mentis atque orationis vim Dei magnalia attingere, et impossibilia audere? Ne forte incauti stulto consilio et insania, aeque ac isti impii, in insipientiae foveam incidamus?

Hic ergo repudiatus Deus quanam re sit imminutus aut egeat, hi blaterones dicant; ut hic ignarus et languidus ad officium, abiiciat imperium. Quin potius, ut nos dicimus, quibusnam non est superior et excelsior Deus? Quae oratio culmen demonstrabit magnitudinis eius, virtutisque finem interminum, vel potestatem immensurabilem, et adversus omnes fortitudinis vim infinitam? Et ne his humilibus *Gr. p. 80.* verbis exornare excelsum putantes, extenuemus potius universalis dominatus potentatusque ineffabilem dignitatem, quae incomparabiliter et absque ulla paritate omnia transilit et excedit, cunctisque inaccessa et incomprehensibilis est, omnique menti ac sermoni impervia, ceu quae extra omnem visibilem invisibilemque rem est atque omne nomen sive in praesenti sive in futuro saeculo nominandum: his inquam dicendis, ceu facultate nostra maioribus, abstineamus. Quod si haud sponte gradu suo cedens, dicto audiens factus est, utique vis ei illata fuit; et qui princeps erat, sub tyrannidem decidit. Quis porro hanc tyrannidem arripuit, et imperium illi abstulit? Sine dubio qui tyrannus est factus, fortior feliciorque est, quatenus quidem victor praevaluit, et comparandae victoriae vires habuit. Nam certe in his visibilibus et humanis, cum ad pugnam aciemque res belli devenit, et manus conseruntur, fructum armorum atque laborum hi qui superiores discedunt referunt, dum hostem proelio victum in captivitatem redigunt; unde sequitur praedae et manubiarum copiosa adeptio, armorum quoque plurima accessio, vel hostilis regionis depopulatio atque in propriam ditionem reductio, stipendiorum in posterum tempus violenta indictio tamquam victis et in servitutem redactis. Quod autem ab invisibilibus potestatibus commotum bellum est, a quibus nobis haec contra fidem procella permiscetur, nihil horum sperat sibi bene eventurum. Non enim par est illius atque huius belli motus: neque ut aliquam rem externam nostram hostis adquirat, adversus nos consurgit, sed ut nos penitus totos, id est rationales animas et rectricem hominis mentem depopuletur sibique subiiciat, persuadeatque ut re-

gem appellemus, Deumque confiteamur illum qui Dei adversarius est, eiusque abominandis animaeque exitiosis iussibus obtemperemus; et ne ipse solus gehennae sit addictus, sed etiam consortes suos in aeternum ignem secum coniiciat. Id enim officium ab initio fuit invidi daemonis et flagitiosi, nempe ut nos paratis generi nostro bonis cum livore irruens spoliet, et suae ruinae socios faciat. Iamvero is cui subditi erepti sunt, iam principatu spoliatus est, et dignitate privatus, atque omnino potestate seclusus. Nudum illi superest nomen; vel hoc ipsum, ut par est, prorsus evanescet. Ergo huius gloria ad miseriam * deformitatemque recidet. Ubi enim non est subditus, ibi ne regem quidem consistere necesse est. Cur? quia hic quibus imperet non habebit. Sic isti calamitosi daemoni largiter faventes, putant adversus Christi regnum fortiter gerere, nostramque fidem viriliter oppugnare, nosque a divinis depellere dogmatibus. Attamen divinitus inspiratas audiant voces *: " stultus stulta loquetur, et cor eius vana cogitabit. ,,

* gr. πενιχρὸν.

* Is. XXXII. 6.

50. Quid autem hoc insanius aut stultius? Vana vere adversus Christum meditati sunt, stultaque ipsorum consilia fuerunt et cogitationes, mentisque ratione carentis et absurdae partus, veraeque fatuitatis, immo malitia atheismo summaque impietate maior: quorum nullam partem, ne in mentem quidem homini, recipere licet, ita ut stultissime putet, et scelestissime committat, ad tantam infirmitatem et dedecus supremum Dei dominatum deprimere. Qua quidem re quid absurdius esse potest atque irreligiosius? Sed nova quaedam, ut videtur, adversus Christi regnum ab his iniquis oritur accusatio. Quum enim in Christum oporteret celsiores quosque congerere honores, in extremam potius ignominiam ac vilitatem eundem detrahere non erubescunt, ut ei detracta quae Deo congruit dignitate, minorem demonstrent, divinisque qualitatibus spolient, simplicemque hominem unumque de nobis esse statuant, atque universali quae ipsi inest potestate depellant. In tantam scilicet improbitatem atque irreligiositatem istorum dogmata consectaneo cursu devenerunt! Sed hi rudes atque stolidi non cogitarunt, quomodo haec ille sit passurus, qui fortem alligavit, eiusque vasa diripuit, atque a furore contra nos compescuit. Quomodo qui invisibilem captivavit tyrannum, et formidabilem delevit potentiam, spoliatus fuerit vicissimque devictus? Num debilitate sua id passus, aut adquisitae rei negligentia, et quidem post tot sudores atque cruciatus? Patietur, inquam, spoliari se cum potentia, sua quoque erga nos cura ac providentia? Vanum itaque fuit eius certamen, frustra contra adversarium pugnam suam consummavit. Fortasse et aliis opus ei erit certaminibus, et negotium ei facessetur, neque a sollicitudinibus ob hostem suum cessabit; et de alia cogitabit aliquando incarnatione, et crucem aliam ac passionem excipiet; ex quo continget, ut his analogum quoque cultum sit habiturus. Nam si destruxit idololatriam Christus, idque nobis fuit animarum medicamen; postea vero haec pestis rursus spiritum sumpsit, alia denuo medicina opus erit; id quod in corporalibus morbis compertum est; cum si quis medicus praesentem morbum aegrotantis sanare velit, consentanea morbo pharmaca propinat; deinde accidit, ut quod remedium videbatur, aliquando perversum fiat atque mortiferum, quia nempe nihilo melior immo peior sit aegri status; necessario itaque aestuabit medicus et satis aget, aliis molitionibus studens componere medicinam. Quod si ne ita quidem scopo potiatur, addet alia, atque in infinitum ex-

Gr. p. 81.

hauriet experimenta. Sed iam dehinc quod fit, non est medela, sed ambiguitas et aberratio et aegri doloribus incrementum. Pari modo servatoris quoque nostri Christi incarnationem irridentes hi miseri definire volunt, nihil omnino efficax aut stabile habere ipsam existimantes. Ludibrio itaque habentur ipsis nostra mysteria, nihilque a scenicis rebus ut videtur distantia.

At enim nos, veritatis usum habentes, et rerum gestarum fidei ac virtuti adGr. p. 82. haerentes, dicimus: adeo sua constat victoria tyranni mortisque victori Christo, ut iam exitiosus draco, insatiabilem suam voracitatem in Christum ipsum intendens, et in praesentem irruens, postquam veluti esca ipsi obiecta est humanitas, isque cupide ceu praedam quandam nactus vorare putavit, in hamum deitatis deceptus incurrit; et quos olim liguriens ingurgitaverat, difficultate cibi praefocatus, invitus evomuit. Propterea homines, qui antea praeda erant obvia et gratissimus cibus draconi, potestatem acceperunt, ab eo qui mundum devicit, superbamque et saevam diaboli potentiam destruxit, calcandi serpentes et scorpiones omnemque inimici vim. Sed et hamo draconem attrahent, capistrum fibulamque naribus eius iniicient, armillaque labium eius perfodient; quantumlibet hi erroris sui laqueis capti captivo et perforato et mastigiae cultum, ut ipsi aiunt, stolide exhibeant. Vere non cogitaverunt sapere et intelligere infelices hi. Ideo adversus veritatem insolescunt, audentque quae nec barbaris neque graecis audenda forent. Quid dicent, ubi au-
* Ioh. X. 27. dierint quae in evangeliis noster diserte rex et pastor clamavit *: oves meae vocem meam audiunt, et nemo rapit ea de manu mea? Et quod pater dederit ei potesta-
* Ioh. XVII. 2. * Ioh. XVI. 15. tem in omnem carnem *. Et, omnia quae habet pater, habet et filius *. Nam mea
* Ioh. XVII. 10. omnia, inquit, tua sunt; et tua, mea, et in his clarificatus sum *. Namque Unigenitum cuncta sui patris participare credimus. Quomodo ergo clarificatus est, si victus ac minoratus? Quomodo potestate spoliatus fuerit, qui patris maiestate ornatur, consorsque est universae potentiae eius? Haec Domini hostes non considerant, quia sub alio degunt saeculi huius principe. Hoc enim ipsis valet idolorum adoratio, nempe iam inde ab initio suscepta evangelicae doctrinae contradictio. Nos vero numquam defatigemur ipsorum vesaniam atque stoliditatem debellare.

* Ioh. X. 2. Quid ergo ait Servator *? " Qui per ianuam intrat, pastor est. Et cum oves ,, proprias emiserit, ante ipsas vadit, et oves eum sequuntur, quia sciunt vocem ,, eius. Alienum autem non sequuntur, quia vocem illius non noverunt; ideo alie- ,, num non sectantur, sed ab eo fugiunt, quia non noverunt vocem alienorum. ,,
* v. 9. Dein rursus *. " Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur, et proce- ,, det, et pascua inveniet. ,, Quid autem hi vesani? Pastorem huiusmodi, aegrotum ac debilem, et pastoralis artis imperitum esse volunt, vel infirmis ad dirigendas oves viribus, et vel eo invito aut etiam prodente gregem a lupo discerptum fuisse. Frustra autem opponi ostium videtur, quod nullam praestet securitatem;
Gr. p. 83. sive quis intret sive exeat, nihil eiusdem saluti conferens. Atqui ita nugari et lo-
* v. 14. qui, qualem poenam suppliciumve non meretur? Deinde *: " ego sum pastor bo- ,, nus, et cognosco oves meas, et recognoscunt me meae, et animam meam pono ,, pro ovibus. ,, His autem utrimque blasphemiae defoditur fovea, qui et Christi pastoris simul, et ovium ignorantiam, stulte accusant. Discredent enim prorsus illi, animam pro ovibus ponere se dicenti; ut vel omnino nullam fuisse passionem eius

statuant, vel simulatam et phantasticam; vanumque drama ab evangeliorum auctoribus compositum adfirmabunt. Hi autem nonnisi illorum dementiae atque impietatis fructus sunt. Et Christus quidem ait *: " et alias oves habeo, quae non sunt * Ioh. X. 16.
„ ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum
„ ovile et unus pastor. „ Hi contra, illas etiam quae ei cognitae et congregatae sunt, ab eiusdem ditione et familiaritate arcere nituntur, et ad erroris sui ducem diabolum traducere. Diceret autem his quoque Christus, qui Iudaeorum vesania laborant *: " vos non creditis, quia non estis de ovibus meis. Oves meae vocem * v. 26.
„ meam audiunt, et cognosco eas, et sequuntur me *. Et ego vitam aeternam dabo * v. 28.
„ eis, et in aeternum non peribunt; neque eas quisquam rapiet de manu mea *. * v. 29.
„ Pater meus qui mihi dedit, maior omnibus est, et nemo rapere de manu patris
„ mei potest. Ego et pater unum sumus *. „ Hi vero Iudaeorum dogmata et opera * v. 30.
reapse habentes, blasphemiarum suarum tamquam lapidibus Christum impetunt. Sic enim, quantum in ipsis est, Christum deminuunt, et universali potestate spoliant, et iam gradu deiectum decernunt, evangelica quoque, inter alia, mendacii insimulantes oracula: patri autem ipsorum Antichristo gloriam tribuunt et victoriam, trophaei instar splendidi, proprium ei statuentes exitium.

51. Sed iam ipsi quoque patri et omnium Deo, prout verisimile est, vim inferre cernentur, eumque generali potentatu velle deiicere, dum una cum filio spoliatum potentia adserent. Si quidem filius ait *: " ego et pater unum sumus; „ * v. 30.
regnatque cum patre in saecula. Dicent etiam Spiritum sanctum mendaciter apostolis esse locutum; dum alii quidem inspiravit dicere *: " quoniam eripuit nos de * Coloss. I. 13.
„ potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae, in quo ha-
„ bemus redemptionem et remissionem peccatorum; qui est imago Dei invisibilis,
„ primogenitus omnis creaturae. „ Alterius autem auribus insonuit dicens *: " vos * I. Petr. II. 9.
„ genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis, ut vir-
„ tutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.
„ Qui olim non populus, nunc autem populus Dei. Et, qui olim extra misericor- *Gr. p. 81.*
„ diam, nunc autem misericordiam adepti. „ Quibus consonat evangelicus sermo clamans *: " quia lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. „ * Ioh. I. 5.
Verum hi qui tenebris digni sunt, lucem fugatam fuisse putant et comprehensam. Frustra haec dicta fuere, aiunt: et nugatur qui dicit, eos qui in tenebris erant, in admirabile lumen fuisse vocatos; et illum qui populus non erat, nunc populum esse Dei; et qui longe erant a misericordia, factos ei proximos. Frustra, ut videtur, Christi sanguis fusus est, et pretium pro nobis datum, sicuti credimus et praedicamus. Sic eos in perditionis barathrum blasphema et irreligiosa doctrina praecipites dat. Praeterea deiloquorum alter, huic item labori interveniens, ita praedictis opem feret *: " erit diebus illis et tempore illo, vocabunt Hierusalem solium Do- * Hier. III. 17.
„ mini, et congregabuntur adhuc post desideria pravi cordis ipsorum. „ Haec divus propheta. Sed quum saepenumero iam eiusmodi locutiones explanaverimus, haud existimo ad easdem explicationes esse redeundum. Quamquam ea quae inferius ab eo dicentur, haud praeterire velim; si quidem ea nobis multam pariunt veritatem proposito argumento idoneam, nec non naturalem cognationem et concordiam demonstrant, quae quidem subtiliter animadvertendo cognoscemus: quatenus nempe

Deus, et quibusnam per tempora curam suam peculiarem impenderit, et quaenam novitas seu instauratio ferendarum deinceps legum, quae veteribus firmiores erant futurae, multoque potiorem laturae utilitatem, et ubinam aliquando hae leges significandae forent, qualique virtute magisterium ipsarum esset peragendum.

* Hier. XXXI. 31. 52. Sic autem se habet locus propheticus *. " Ecce dies veniunt, ait Domi-,, nus, et feriam domui Israhelis et domui Iudae foedus novum; non secundum ,, foedus quod pepigi cum patribus eorum, die qua apprehendi manum eorum, ,, ut educerem eos de terra Aegypti. Et ipsi non permanserunt in foedere meo; ,, et ego eos neglexi, ait Dominus. Quia hoc est foedus quod feriam cum domo ,, Israhelis post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in mentem eorum, et ,, in corde eorumdem scribam illas: et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in po-,, pulum. Neque suum quisque civem docebit, neque item quisque fratrem suum, ,, dicens: cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, a parvo ad magnum. ,, Quia propitiabor iniquitatibus eorum, et peccati ipsorum ulterius non recor-,, dabor. ,, Hactenus Spiritus sancti interpres. Quis porro haec inspirata non audiit oracula? Ubique terrarum ac pelagi deiferorum virorum cernitur praedicatio diffusa. Quis ita insipiens et stolidus, ut Spiritus oracula pensi non habeat, artis autem diabolicae inventis adtendat? Quanta reprehensione ac punitione digni sint, *Gr. p. 85.* dicat aliquis eorum qui recte loquendi sunt studiosi. Quid his dictis rectius aut evidentius? Nonne hinc coarguitur stultorum vanitas? Nonne doctrina nostra, ut rectae pietati consona, hinc demonstratur? Nonne novum foedus nobis ante proclamavit, quod salutare Verbum visibiliter apparens tradidit? Nonne vitae secundum Deum agendae rationem in antecessum exposuit; et quod eam suscipientium illustrandae mentes forent et illuminandae; et quod denique ad fidem accedentium corda vetere peccati macula mundanda essent? in quibus etiam divinam legem scriptum iri praenuntiavit. Nonne veterem hominem depositum iri, spirituque renovandum praescripsit? Nonne nostram cum Deo familiaritatem propinquitatemque delineat? ita ut simus eius populus et sancta hereditas, liberam et per semet ipsam oblatam Dei cognitionem habituri? Nonne exhibet Deum gratis indulgentem peccatis nostris, et iniquitatum nostrarum oblivionem demonstraturum? Nonne misericordiam et benignitatem quam in nos gerit, proclamavit? Nonne, quod rei omnis caput est, ut summatim dicam, sacrae nostrae fidei fundamenta et fulcra stabilivit? His plaudere, et felicibus eadem coronare suffragiis, iustissimum sit. Namque haec impietatis deprimunt supercilium, et impudentium ora obstruunt. Vere decuit oraculorum horum mediatorem esse atque ministrum, eum qui recte digneque prophetarum dictus est miserantissimus propter suam ad luctum lacrymasque proclivitatem; qui Deo agnitus fuit ante etiam conceptionem, et in ipsa vulva sanctificatus. Quid enim sacra illa anima clementius et purius?

* Hier. XXXI. 31. Sed ad propositorum dictorum explanationem tempus est ut convertamur *. " Ecce dies veniunt, ait Dominus, et feriam domui Israhelis, et domui Iudae foe-,, dus novum. ,, Dies nulli alii intelligi debent, nisi quos ceteri prophetae extremos fore docent (etiamsi indefinite heic dictum est) quibus Dei Verbum inter homines cum carne versatum est. In saeculorum enim fine, Christi mysterium manifestatum est, legesque ab eo nobis cum novo foedere adlatae fuere. Alioqui ostendant

nobis adversarii tum nostri tum veritatis, tempus aliud, et hoc prophetico oraculo posterius, et foedus aliud ostendant; quo facto, nos tacebimus. Sed quamdiu id demonstrare nequeunt (neque sane umquam poterunt) sententia nostra stet, et veritatis doctrina sese alacriter attollat. Domus vero Israhelis atque Iudae, quinam alii erunt, quam qui mente purissima Deum pervidere, quantum homini licet, poterunt, et cum pura sinceraque fidei confessione ad eum accedere? Sic enim proprie Israhel atque Iudas designabuntur; etiamsi hominum nudis tantum appellationibus addictorum, hoc loco sermo fecit mentionem: ne forte promissiones patribus factae excidisse viderentur iis qui adhuc carnales erant, et circumcisionis gloriabantur tessera. Sicut etiam Servator phoenissae mulieri dixit *: " non sum ,, missus nisi ad oves quae perierunt domus Israhelis. ,, Quibus detrectantibus, postea ad gentes, ad quas patrum promissio et benedictio spectabat, transiit.

* Matth. XV. 24.
Gr. p. 86.

Sed, si placet, rursus novi foederis minister, qui Christi nomen coram gentibus regibusque tulit, quique egregie oppido et tempestive et ex rei usu, his ipsis oraculis, dum ad Hebraeos scriberet, ad litteram usus est; is inquam nunc quoque opportunissime invocetur, atque in medium adducatur, dum utriusque foederis vim inter se comparat et diiudicat, dicens *: " nam si prius illud culpa va-,, casset, non utique secundi locus inquireretur. ,, Quid ni vero culpabile illud prius? quia, inquit *, nihil ad perfectum adduxit lex: introductio * vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Igitur secundo foedere, et quidem meliore, opus fuit; cuius praecipua utilitas et necessitas est ad salvandum hominem, et illum iustificandum qui cum fide accedit, et veterum delictorum donandam emundationem. Erat autem haec evangelicae legislationis nuper gratia efflorescens. Porro rerum his intervenientium quanta est diversitas! Illic enim sacerdotes munera offerebant, cruentasque pro se ipsis et pro ignorantiis populi victimas, quae peccata dolere nequibant: namque in exemplo adhuc et umbris ministrabant caelestium rerum, sicuti Moysi oraculum fuit editum. Heic autem diversum ministerium intervenit, atque incomparabiliter melius, tanto melioribus cum promissionibus, quanto ab umbra veritas distat. Etenim noster pontifex, auctor apostolusque confessionis nostrae Christus Deus noster, semel pro peccantium salute se ipsum offerens sacrificatum immolatumque in carne, manet in aeternum pontifex, sedetque ad Dei dexteram; deinceps expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum ipsius. Unica enim oblatione perfecit in perpetuum sanctificatos. Testis porro nobis, inquit, Spiritus sanctus.

* Hebr. VIII. 7.
* Hebr. VII. 19.
* cod. ἐπεισαγωγῇ.

Sed hi impuri atque profani, Spiritus oracula audire non sustinent, multamque immunditiam atque foetorem ex abominando corde suo eructantes, veritati occentant, ne Christum quidem quicquam perfecisse, neque eos esse sanctificatos qui gratia digni fuerunt. Sic sane iudicent, et quidem admodum recte, dum ex suo impuro spiritu eloquuntur " non iuxta foedus quod pepigi cum illorum patribus, ,, quo tempore manu apprehensos eduxi, inquit, eos de terra Aegypti *. ,, Haec antiquitus, tacite veluti, veteris foederis cessationem innuebant *, quod ipsum tabularum quoque contritio significavit. Quo tempore enim aegyptiaca tyrannide Israhel ereptus fuerat, lapideis tabulis lex incidebatur, mons fumans apparebat, terroresque maximi desuper obiiciebantur; cuiusmodi opus erat erga rudem populum et his ter-

* Hier. XXXI. 32.
* gr. corr. προῦπηνίσσετο.

riculamentorum elementis indigentem: ita ut qui nuper peregrina regione excesserant, a barbarica morum perversitate averterentur, atque ad Dei cognitionem diri-
Gr. p. 87. gerentur, ethnica superstitione deposita. Et tabularum quidem lapidearum usu, saxei illorum cordis sacer sermo duritiem rigoremque denotabat. Idcirco enim et durae cervicis populus, nervique ferrei instar cor habens, atque omni contumaciae et pervicaciae deditus increpatur.

Cum autem nos dominus ac Deus de potestate tyranni improbi liberaturus advenit, et peccatorum nostrorum iugum depulsurus, nihil huiusmodi terriculorum intervenit. Salutis quippe nostrae operator, terram obambulans, mitis ille et humilis corde, sine ullo tumultu ac pavore, mansuetudinem immo prae se ferens et adfabilitatem, salutarem in synagogis doctrinam dictabat, omnique beneficiorum genere eos qui se audire vellent cumulabat, non leges scriptas tradebat, non terrae huius visibilis pedibusque calcatae portiones funiculis dividebat, nihil temporale et fluxum ad possidendum tradebat, sed caeleste praedicabat regnum, et inamissibiles opes largiebatur, gaudium ineffabile annunciabat, omnemque morbum atque languorem in populo curabat; omnia demum praestabat quaecumque a divina benignitate iis qui ad fidem accessissent praeberi dignum erat. Quid dicam Spiritus copiosam subministrationem ab eo datam? quibus ex omnibus gratia virtusque operantis atque donantis demonstrabatur. Idcirco etiam praedicebat: " non iuxta foedus quod „ pepigi cum illorum patribus. „ Namque evangelicam legislationem deinde subinfert: " dans leges meas in mentem eorum, et in corde eorumdem scribam illas. „ Gratiae leges non sunt in charta atque atramento, sicut etiam apostolus innuit di-
* II. Cor. III. 2. cens *: " epistola nostra vos estis, scripta in cordibus vestris; manifestati quod sitis „ Christi epistola, ministrata a nobis, scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, „ non in tabulis lapideis, sed in tabulis (1) cordis carneis. „ Non enim in inanimi materia scribuntur, sed Dei digito, et Spiritus calamo imprimuntur, in rationalium hominum mentibus, veritate ac sinceritate imbutorum; eaeque animam ac mentem purificant. Nihil enim scriptum legislator noster tradidit; nam factis, non litteris, virtutibus non characteribus, divinae leges ceu ad ostensionem Spiritus in animabus stabiliuntur. Sic in illis evangelica praesignificabantur charismata.

Nonne haec est pulcra et fertilis terra, pubescens et fructuosum arvum, quod divinum excepit semen, cum sator exiit ad proiiciendum doctrinae semina? terra haec triginta et sexaginta, immo et centum reddit, qui est maximus et summus fructus. Harum accurati legum scriptores ac ministri extiterunt divi apostoli, ad potiorem quam Moyses Dei contemplationem et ministerium elati; qui etiam ani-
* I. Cor. III. 9. mosa sententia gloriantur dicere *: " Dei sumus adiutores apud credentes: Dei
Gr. p. 88. „ agricultura, Dei aedificatio estis. „ Quod si haec vera sunt, sicuti reapse sunt, quomodo non erubescunt adversus apostolicas propheticasque voces nugari hi vesani, quasi Dei aedificium Antichristus subfossum occupaverit, praedium vastaverit, victoriam cum illis operans retulerit? Deinde: " in corde eorum scribam illas. „ Heic illorum, qui evangelica praecepta receperunt, pro tabulis lapideis, corda ceu splendidos quosdam limpidosque cippos proposuit, in quibus divinae leges haud in

(1) Exciderunt a graeco textu verba λιθίναις ἀλλ' ἐν πλαξί.

superficie charaxantur, sed alte penetrant, ad usque intimas cordis plicaturas meantes, ut indelebiles diuturnaeque conserventur, et in omne aevum incolumes maneant. Hinc unicuique, si modo velit, intelligere licet quanta est legum diversitas, tantum adseclarum distare dignitatem. In hoc igitur nos foedere constituti, atque in ipso confirmari et custodiri fiducialiter credentes, Dei populus esse gloriamur, et Deum tamquam reapse Deum nostrum nobis inscribere et fidenter fateri, et revelata facie *, puro corde, non nutante sententia, palam proclamamus. * gr. corr. προσώπῳ.

Si ergo prius illud foedus non caruit ob dictas causas reprehensione, profecto oportet irreprehensibile et omnino inculpabile, immo illustri fama ac nobilitate, summaeque gloriae corona ornatum, novum foedus post illud vetus videri, ceu quod omnia innovaverit ac perfecerit, quodque bonorum caput est, iustitiam atque salutem nobis adseruerit. Facessant itaque hi qui frustra peccant, atque ab omni blasphemia ineptiisque desinant, osque obstruatur illorum qui adversus salutem nostram iniusta loquuntur. Quod si a calumnia non cessant pietatis hostes, quaerant huic sectam contrariam, et secum capita conferant, atque huius inventorem ac legislatorem sibi cernant, a quo erroris arcanis initientur, qui fere est huiusmodi *: " qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. ,, Cuius est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, signis atque ,, prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt. Quem ,, Dominus interficiet spiritu oris sui, et adventu suo destruet. ,, Nos autem adeo abundanter, immo redundanter, divina scientia gratis ditavit, ita ut fiducialiter, sicuti praedictum est, dicamus *: " non docebunt unusquisque civem suum, nec ,, singuli fratrem suum, dicentes: cognosce Dominum. ,, Et unde hoc scient? " quia ,, cuncti, inquit, erunt docibiles Dei *. Et, quaecumque facitis, omnia ad Dei glo- ,, riam facite *. ,, Et en causa: " quia scient a parvo ipsorum usque ad magnum *. ,,

* II. Thess. II. 4 ad 9.
* Hier. XXXI. 31.
* Ioh. VI. 45.
* I. Cor X. 31.
* Hier. loc. cit.

Edormite crapulam ebrii a vino impietatis vestrae, et auscultate prophetae valide clareque clamanti: quia non unus aut duo, vel servus aut liber, vel dives aut pauper, vel princeps aut subditus, vel rex aut privatus, vel omnino hic aut ille, *Gr. p. 89.* sed omnes, inquit, cognoscent me, a parvo usque ad magnum. Quem vero cognoscent? Creatorem dominumque omnium, qui dedit ipsis spiritum vitae, curatorem conservatoremque omnium, benefactorem, qui sapientia sua gubernat omnia ac dirigit, qui omnibus existentiam et incolumitatem suppeditat. Nequaquam alienos deos cognoscent, manuum suarum opificia non adorabunt, non dicent lapidi aut ligno: tu nos creasti: sed me omnes cognoscent; a parvo ad magnum me cognoscent, non autem ignorabunt: neque diabolum adorabunt, neque creaturae loco creatoris cultum exhibebunt: sed qui per ministros suos operatur, is loquetur; ut tam splendidis limpidisque veritatis sermonibus falsitatem suam atque errorem opponant. Quì enim fieri posset, ut qui novum hoc foedus multo excelsius priore admiserunt, ad vanitatum revolvantur cultum? Omnes itaque me cognoscent, inquit. Sicut enim sensibilis hic sol universam quam spectat terram illuminat, ita iustitiae sol Christus Deus noster cunctis divinae notitiae radios per evangelium incendit, nostrumque omnium mentes illuminavit, et divina scientia gratiaque complevit.

Quinam vero sint hi, dicant ipsi. Nam si in partes nostras concedent, cum veritate nobisque simul consentient, quippe qui Christi Dei nostri sigillo signati,

eiusque nomine appellati sumus. Si vero in contrariam partem abeant, haec est manifesta impuri spiritus operatio. Doceant hos ignaros rudesque in templo pueri, naturaliter veluti eruditi, dum ea fierent " osanna in excelsis, clamantes; bene-
* Matth. XXI. 9. ,, dictus qui venit in nomine Domini *. ,, Pudorem ipsis incutiant ethnicorum pueri, qui mirum est quantum studium prae se tulerint loquentem Iesum audiendi, ita ut discipulos quoque eius rogarent ut se ad illum deducerent. Iudaicum itaque
* Is. I. 3. populum universalis Deus gravissime accusabat dicens *: " cognovit bos possesso- ,, rem suum, et asinus praesepe domini sui; Israhel autem me non cognovit, et ,, populus me nescivit; ,, quasi nimirum cerneret irrationalium animantium beluino ingenio, inscitiam horum atque vecordiam esse graviorem. Nos autem, quibus superne donum scientiae supervenit, in beata sorte ac benedictione reponens, quia stultitiam illorum mentisque aberrationem repulimus, nos inquam ipsum cognituros, perspicue praedixit. Firmat autem verborum indelebilis veritas quae facta ipsa comitatur. Pudeat deinceps illos qui falsitati innituntur, impieque atque inscienter Christianorum allatrant rectam sententiam. " Plena enim est universa terra cogni-
* Is. VI. 3. * Habac. III. 3. ,, tione Domini *. Et plenum est caelum ac terra gloria eius *. ,, Ubique enim in mundo sancta nostra celebratur fides.

Age vero quae praedictis propheta adiicit, ea ineffabilem Dei benignitatem, et
Gr. p. 90. * Hier. XXXI. 34. inscrutabiles divitias bonitatis eius significant. " Propitiabor iniquitatibus eorum *. ,, Quid his verbis excelsius aut venerabilius? Quid dulcius aut gratiosius? Nam cum possit punire, et gehennae os dilatare, plurimasque et intolerabiles plagas imponere, mortes horrendas atque improvisas, propter sexcenta immo innumerabilia peccata; attamen non est comminatus, non punivit, non imperavit terrae ut dehisceret cunctosque omnino absorberet; sed eius erga homines benignitas praevaluit. " Propi- ,, tiabor enim, inquit, iniquitatibus eorum. ,, Nos vero qui talia experti sumus et credimus, victoriale simul et eucharisticum hymnum Servatori nostro canimus, et gratiarum actionem quotidie offerimus, cantantes atque psallentes: " quis loquetur
* Ps. CV. 2. ,, potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius *? ,, Quis annunciare misericordias eius ac mirabilia satis valeat? Quae lingua magnitudinem beneficiorum eius digne eloquatur? quae oratio excogitari possit magnitudini datorum ab eo bonorum par? Atqui non solum non punivit neque gehennae tradidit, sed indulgens fuit iniquitatibus nostris; immo quod cuncta excedit, et orationem omnem exsuperat, mysterium salutaris incarnationis nobis operatus est. Cur autem vel quomodo? Non punivit, sed punitus est; non plagam intulit, sed plagatus est ipse in dilecta domo. Dorsum suum dedit in verbera, et genas suas ad alapas. Postremo turpissimam crucis necem excepit, ignominia contempta, secum cruci configens scriptum adversus nos chirographum, ut nos peccato eriperet, et de potestate tenebrarum liberaret. Idem itaque sacerdos et victima, idem immolans nostri causa, sacrificatus simul et offerens Deo patri populum peculiarem. Hinc nos de dominatu inimici redempti fuimus, patremque per filium agnovimus, et genuini Trinitatis adoratores extitimus. At enim qui ab eiusmodi gratia sunt alieni, horum omnium obliti, auresque et cordis oculos ad tam venerandas amabilesque res claudentes, quicquid demum volunt adorent et colant. Quod deinceps deifer propheta subiicit, quale
* Hier. loc. cit. quantumque est! " Et peccatorum eorum ulterius non recordabor *. ,, Hoc loco

mens vacillat, multaque perplexitate laborat, mutumque potius silentium praeoptat, quia ad inextricabilem divinorum iudiciorum labyrinthum devenit. Unicum vero perplexitati suae exitum reperit, ut nempe cum ineffabilium rerum spectatore et mysta dicat *: " o altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei! quam inscru- * Rom. XI. 33.
,, tabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius! ,,

53. Haec nobis Servator per divinam sacri lavacri generationem largitus est, in quo plena purgatio lustratioque animarum fit, et a peccatis liberatio. Has ego voces plurimi facio, has amplector et amo; quia mihi dulce est atque iucundum has mente revolvere, et his cogitandis alacritate repleri, et consolatorium peccatorum invenire pharmacum, et ad bonam spem erigi, et desperationem abiicere, *Gr. p.* 91. Deique benignitatem ac misericordiam cognoscere. Etenim delictorum oblivionem nobis repraesentant, et misericordem atque indulgentem dominum creatoremque demonstrant; atque ut breviter dicam, salutis nobis datorem suadent esse nostrum legislatorem. Haec sunt legis nostrae ac legislatoris praecepta et doctrinae. Quod si forte oportet poëtico prope more orationem colorare et plurimum variare, multisque deiloquorum virorum ornare vocibus, veluti pulcram decoramque imaginem peritissimi pictores exhibere curant, materiis quantum fieri potest splendidis, coloribus clarissimis egregie tabulam animantes, venustantque et exhilarant, ut similitudo accuratior fiat; etenim ex imaginibus archetypa nobis innotescunt; alius itaque inspiratorum virorum advocetur, qui praedictis consonans fiat, veniat scilicet in sacrum deiferorum horum coetum, et hoc divinum stadium ingrediatur, simulque agonem peragat, conficiatque pietatis diaulon ille mysticarum mirarumque visionum et caelestium potestatum spectator ac mysta, fiatque additamentum iis quae antea in sapientiae domo elaborata fuere, deque horum detestandorum impietate ac nequitia triumphet, ut ne ipse quidem in hoc sacro collegio desideretur, immo adsonet, plectro veluti utens divino Spiritu, suaviter admodum ceteris parem gratiam sortitis vatibus, atque dicat *. " Haec ait Dominus: ecce ego capio universam do- * Ezech. XXXVII. 21.
,, mum Israhelis ex medio gentium, ad quas venerant, et congregabo eos ex cun-
,, ctis finitimis ipsorum, et in regionem Israhelis reducam, faciamque eos populum
,, in terra mea et in montibus Israhelis. ,, Quod itaque divus hic propheta, divina permotus gratia, communis nostri servatoris Christi incarnationis his verbis perspicue mysterium describat, neminem mente praeditum contradicturum puto. Conspirant enim cum praecedentibus, neque opus erit multa rei propositae declaratione et continua per commentarios explanatione, quia multa alia huiusmodi in superioribus diffusius exposita sunt. Sed quia haec secundum historicum sensum accepta, carnali Israheli congruunt, nequi forte eorum, qui nunc iudaicae mentis crassitiem adoptarunt, adversus praedicta impudenter se attollant, officii nostri esse iudicavimus, vestigia ubique sacrorum ecclesiae magistrorum calcantes, contra insanas stultasque vecordium quaestiones insurgere ac dicere, quod haec umbratilia ipsis et figuraliter scripta fuerint. Namque et ipsis divinae providentiae cura semet revelabat. Reapse autem vereque haec in salutari Christi domini ad res humanas demissione complebantur. Abundanter enim in nos suae erga homines benignitatis *Gr. p.* 92. scatebras effudit.

54. Congregavit quippe nos, id est intellectualem Israhelem, et promissionis

Abrahamo patriarchae factae filios, perque suam crucem de inimici manu cripuit, et evangelii praedicatione ex diversis regionibus collegit, atque in Israhelis terra, quae Christi ecclesia prout Deo dignum est intelligetur, coadunavit, montibusque alte structis ac mysticis, dogmatibus scilicet theologiae sublimibus, communivit. Quae

* v. 22. clarius in sequentibus docebit *: " et princeps unus, inquit, erit illorum omnium ,, rex; neque erunt diutius duae gentes, neque deinceps scindentur in regna duo. ,,

55. Quis adeo rudis et insipiens, qui non consensurus sit et confessurus, perspicue haec et limpide in statu nostro christiano elucescere? Neque Zorobabeli propheticam accommodabit quisquam dictionem, si modo meliorum sectari volet suffragium. Ille enim post captivorum, id est Iudaeorum, Babylone reditum, non fuit liberati nuper servitute populi constitutus rex, sed dux populi tantum genti suae praeerat ac moderabatur. Quamobrem ei dictionem hanc accommodare, non erit rationabile. Rex porro verus principaliter vereque est omnium nostrùm regnator ac dominator Christus Deus noster, qui incommutabilem habet principatum, et glo-

* Baruch III. 3. riam quae auferri non potest; sicut prophetica vox ait *: " tu in sempiternum ,, sedes, nos autem perimus in aevo. ,, Sumus autem ei nos subiecti, et sub unico rege cuncti degimus; solum ipsum revelata facie, et constante corde Deum ac dominum confitentes praedicantesque. Propterea ne distinctio quidem aut diversitas subiectorum ei ulla est; iam enim haud alius alii regi obtemperat; ne hinc forte in plures diversasque sententias et irreligiosas opiniones divisi, ad absurdos detestandosque cultus discorditer dissecentur, atque ad idolorum scandala inclinentur. Quì enim id fieret? siquidem unum solumque natura suapte Deum ac regem agnoverunt et adorare edocti sunt. Manifestabit autem haec nobis evidentius subsequens

* v. 23. dictio * " et mundabo eos, eruntque mihi populus, et ego illis Deus. ,,

Quis porro mundans, et quinam mundati, facile cognoscemus, si apostolicas

* Hebr. I. 3. voces audiemus, quibus res servatoris nostri Christi docemur: quia * " purgatio-

Ephes. V. 25. ,, nem per se ipsum fecit peccatorum nostrorum. Et, quia * sic dilexit ecclesiam, ,, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in

* Tit. II. 13. ,, verbo. ,, Et alibi *: " expectantes beatam spem et manifestationem gloriae magni

Gr. p. 93. ,, Dei et servatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos ,, redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectato-

* Hebr. IX. 13. ,, rem bonorum operum. Et rursus *: si enim sanguis taurorum atque hircorum, ,, et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto ,, magis sanguis Christi, qui per aeternum Spiritum semet ipsum obtulit immacu- ,, latum Deo, emundabit conscientiam nostram a mortuis operibus, ad serviendum

* I. Ioh. I. 7. ,, Deo viventi ac vero? Et *, sanguis Iesu filii Dei emundat nos ab omni peccato ,, discipulus Servatoris scripsit; quo nos purificati a fermento vetere, nova in ipso

* Ezech. XXXVII. 24. massa existimus. Deinde *: " et servus meus David, princeps in medio illorum; ,, et pastor unus erit omnium; Davidque servus meus princeps eorum in perpe- ,, tuum erit. ,,

Sic divo propheta diserte proclamante, Christumque Deum nostrum, ex Davide secundum carnem ortum demonstrante, ne Iudaeos quidem, quamquam corde incircumcisos et peccare solitos, in tantam moris scaevitatem, mentisque perversitatem devenire oporteret, ut caecutirent contra tam clarum limpidumque veritatis

fulgorem. Coguntur enim ex duobus alterum eligere; nempe vel propheticis impudenter resistere dictis, vel regem ac Deum omnium fateri Christum, et servam ei cervicem supponere, ac nobiscum adorationem suscipere: nedum frustra Christi sibi nomen inscribere, iniusteque ab eo denominari velle; qui profecto a recta via aberrant, et per abrupta atque aspera falsitatis incedere gaudent. Quasi vero non sic videantur increduliores Iudaeis et ingratiores, dum has sacras audire voces renuunt, et contra apostolicam praedicationem sensum animae obstruunt, ac prophetica delere nituntur oracula, ab ipsa nihilominus veritate iugulati. Infrenem sero igitur et christomacham vincient linguam, et pudore suffundentur, atque a sacrae nostrae confessionis obtrectatione recedent.

Dicant enim nobis quisnam hic sit a propheta proclamatus rex? Quod si respondere nolint, verentes ne forte veritatem attingentes in extremum periculum se coniiciant, ceu in regem ac Deum incurrentes; confidentes nos loquenti per divum prophetam Spiritui, et divinitus inspiratae scripturae sensibus ubique recte obsequentes dicemus, quod gloriae rex, unigenitus Deus patris filius, in propria deitatis fulgens dignitate, nulloque modo divina excelsitate deminutus, neque quod erat abiiciens, sed in suis naturalibus bonis constanter consistens, clementia ineffabili demisit se ad exinanitionem, servi forma indutus, ut ad ruinam proclive *Gr. p. 94.* fraude inimici humanum genus, in antiquam restitueret decoris prosperitatem, conservaretque haerentem ei dignitatem, et facta unione cum divina, res nostrae gloriosae evaderent. Postquam igitur factus est homo nobis similis, de femore atque radice patriarchae Davidis procedit ordine nativitatis; et quoniam David rex erat, idcirco et Christus, quamquam idem esset naturaliter Deus, et una cum carne eodem decore potestatis universalis dominatusque exornatus, rex omnium iustissime appellabitur. Nam rex est revera et ita nominatur. Quamobrem Davidis filius, quatenus homo est ac servus, non quatenus Deus denominatur; est enim omnium princeps ac dominus; sed ob adsumptam humanam naturam, quam sponte ob suam erga homines caritatem adscivit; hic de Davidis semine secundum carnem genus ducens, princeps noster est et erit in saecula; ipseque aeternus est rex, cuius exacutae et ardentes sagittae in corde inimicorum horum infigentur.

Nam etiamsi hi contumaces resistant, attamen David eos convincat ita psallens: " et sedebit dominus rex in aeternum *. Et, regnabit Dominus in saecula. *Ps. XXVIII. 10.*
„ Deus tuus, Sion, in generationem et generationem *. Et, dixit Dominus Do- *Ps. CXLV. 10.*
„ mino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
„ tuorum *. „ Non est ergo probabile, vel potius est impossibile, ut haec Sala- *Ps. CIX. 1.*
thielis filio conveniant. Quippe hic neque insignia regni adsumpsit, neque diadema adeptus est, sed ducatum tantummodo seu praefecturam populi gessit: idemque hic, utpote par nobis homo, morte interceptus fuit, eiusque ducatus finem nactus est. Neque regnum itaque apud Iudaeos extitit, neque Davidis genus in eo manifestum fuit. Secus vero regnat ille qui de Davidis semine secundum carnem est, filius autem Dei patris unigenitus idem secundum divinitatem. Nonne his paria divus quoque Gabrihel sanctissimae purissimaeque Virgini, quum ei animos adderet, loquebatur? " Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Et, conci-
„ pies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus,

„ et filius Altissimi vocabitur; et dabit illi Dominus thronum Davidis patris eius, „ et regnabit super domum Iacob in saecula, et regni eius non erit finis. „ Est itaque omnino verius, ut ad dominum ac Deum nostrum haec referantur, cuius principatus atque potentatus sempiternus, gloria incessabilis, nullo tempore aut quomodolibet intercidenda aut minuenda, sed in infinitum mansura. Sicut itaque regem dominumque omnium hi miseri non agnoscunt, ita ne pastorem quidem eundem scient, quia abs regno simul et ovili semet separarunt, Christianosque calumniantur eandem cum ipsis sententiam fovere.

Sed inobedientiae filii, ne forte de contradicendo cogitent, neque ulla ipsis ansa remaneat, satis est ut Christum audiant in evangeliis dicentem *: " ego sum „ pastor bonus, qui animam pono pro ovibus. Et cognosco meas, et a meis cognoscor. Et alias oves habeo, quae non sunt de hoc ovili; et illas me oportet adducere. Et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor. „ Quis adeo veritatis hostis? Quis tantopere Christi eiusque sermonum adversarius atque inimicus, ut impudenter velit adversus evangelicam doctrinam invehi ac decertare? Ex dictis certe palam fit, nequaquam ab his contra homines, sed contra creatorem ipsum et rerum omnium auctorem bellum esse susceptum. Praeterea dicit *: " disponam ipsis pacis foedus, et sempiternum pactum cum eis erit. „ Res carissima et apprime Deo congrua est pacis donum. Idque manifeste ostendit Servator, cum ad voluntariam passionem proprio instinctu abiit, necem pro nobis cruentam in cruce subiens, cum Iudaeorum furens multitudo dolos impie contra illum struxit. Quando igitur hinc ad patrem abiturus erat, dabatque discipulis mandata, ut fieri a testatore solet, videbatque eos super his turbatos, et perplexitatibus pulsatos, iamque etiam interrogantes, quonam heic ipsis forent evasura, tristitiae solamen promissione Paracleti sapienter suggerebat; mox autem pacis optimo et eximio dono ditabat. Namque addidit *: " pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. „ Hoc pacto ipsis spe meliore proposita tumultum animae sedabat, non sinens ad pavorem consternationemque deflectere, sed excitabat confortabatque ipsorum mentes, atque ad fiduciam fortitudinemque vertebat, in fide erga se stabiliens, ne passionis futurae tristitia et ignominia scandalizarentur, sed invictam firmamque circa ipsum fidem haberent, qui miraculis multis atque virtutibus, suam deitatis potentiam ac magnitudinem saepenumero palam fecerat.

Gr. p. 95. * Ioh. X. 11. seq. — * Ezech. XXXVII. 26. — * Ioh. XIV. 27.

56. Sic itaque proprio sanguine, quem protinus in salutari passione fusurus erat, novum nobis testamentum pacis disposuit. Quia ubi testamentum, inquit *, ibi mors intercedat testatoris necesse est. Simul gratiam per testamentum renovans, et scaturientia de cruce suoque latere, quasi vitae fonte, hominibus aeterna et numquam minuenda bona promittens. Sic enim etiam novi testamenti ministro videtur. Nam quum quibusdam precis normam condere adgrederetur, sic aiebat *: " Deus „ pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti „ aeterni, dominum nostrum Iesum, aptet vos in omni opere bono. „ Nonne est ipse potius pax nostra? mediator Dei et hominum, per quem reconciliationem habuimus cum patre, quum hostes essemus ob peccatum? Si quid dicenti credendum est: " Christus est pax nostra *, qui fecit utraque unum; et medium parietem maceriae solvens, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans,

* Hebr. IX. 16. — * Hebr. XIII. 20. — *Gr. p.* [illegible] * Ephes. II. 14. seq.

,, ut duos condat in semet in unum novum hominem, pacem faciens, et ambos
,, reconcilians Deo in uno corpore per crucem, perimens inimicitiam in semet
,, ipso. Et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem iis qui
,, prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad patrem. ,,
Tum et alibi ait *: " in quo complacuit omnem plenitudinem inhabitare; et per * Coloss. I. 19.
,, eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive
,, quae in terra, sive quae in caelis. ,,

Nos igitur eum qui pacem nobis composuit, et orientia inde bona donavit, et cognovimus et semper sciemus, regemque ac dominum nostrum adorantes glorificamus; qua in re et nunc deliciamur et sanctificamur, et spe efferimur meliora et perfectiora ipsius gratia consequendi. Hi autem qui hoc testamentum nihil profuisse nugantur, recentius aliud expectent, et huius futuro auctori (diabolo) adhaereant: quandoquidem et nunc ei suum tribuunt cultum, ut item in futuro saeculo, sortis ei paratae et apostaticis simul potestatibus ipsi fiant participes. Si enim aures ad audiendum, oculosque ad videndum haberent, et sobriam ad intelligendum mentem, utique comprehenderent, quod ubi Deus mediator et reconciliator est, ibi ab eo stabilita pax bona, aeterna, et indissolubilis est; neque frustranea, neque imminuta umquam erit. Propterea neque discidium, neque seditio, neque regni divisio; neque ii qui tam eximiis digni donis fuerunt, ad dominationem aliam se perfugae transferent. Pugnae enim et belli ac tumultus id opus est. Ergo hinc quoque coarguuntur vaniloqui et Christianorum religioni nugaciter obloquentes. Sileant deinceps seque occulant hi, qui stultissima et ab omni ratione abhorrentia cogitant. Quid enim iam dicere ausint, si certe audierint quae postea deifer homo dicit *: " ponam enim, inquit, sancta mea in medio eorum in perpetuum, et erit * Ezech. XXXVII. 26.
,, habitatio mea cum ipsis, et ero ipsis Deus, et ipsi mihi populus. ,,

Quorumnam causa haec dicta fuerunt? Scrutamini scripturas. Olim Iudaeorum populo dixit Deus *: haec sunt quae testimonium perhibent de me. Quamobrem si forte hi vesani vellent etiamnum Hebraeorum sententiam tenere, iisque propheticas voces accommodare, statim audient iam desertas esse Iudaeorum res sacras. Non enim erant aeternae, sed umbra potius ac figura nostrarum vere sanctarum rerum; illae autem subintrante veritate, finem nactae sunt; nostrae in aeternum stant, firmam immobilemque stationem habentes; sunt enim supra inconcussam petram fundatae. Dicant itaque nobis hi qui Spiritus dictis repugnant, quomodo, rebus sanctis in medio nostri in perpetuum a Deo positis, daemonum impurorum fieri possit adoratio. " Nam quae communio lucis cum tenebris *? aut
,, quae conventio templi Dei cum idolis? ,, Sed gentes quidem sanctificantem agnoverunt, quoniam divinam notitiam participarunt cum consentanea huic sanctificatione, ut palam fit in sequentibus quae ita se habent: " cognoscent enim gentes,
,, quia ego Dominus sanctificans eas *. ,, Hi vero divina expertes sanctificatione, piaculo autem quolibet atque impuritate plenas animas habentes, ratiocinio etiam eversi, cum sanctificantem Deum blasphemant, tum et ipsos sanctificatos, pro sua impura conscientia, stulte et impie immundos esse similiter dictitant.

* Ioh. V. 36.

Gr. p. 97.
* II. Cor. VI. 14.

* Ezech. XXXVII. 28.

57. Modum autem quo participes gratiae sanctificantur, sapiens nobis definit Paulus *: " qui enim sanctificat et qui sanctificantur, ex uno omnes. ,, Et ille * Hebr. II. 11.

quidem, ceu caput, sanctificat, et salutis auctor, et omnis sanctitatis praebitor ac dominus; hi autem sanctificantur participatione gratiae renovati, per divini lavacri regenerationem ipsum sibi induentes: " quoniam quotquot in Christo baptizati sunt,
* Gal. III. 27. „ Christum sibi induerunt *. „ Quod autem ex uno pendere contingat, et quatenus felicitate ac beatitate quis proficiat, causam eius rei quodammodo ponens, ut
* Hebr. II. 11. innuat necessitudinem quamdam, eosque fraternitate esse donatos, addit *: " quamobrem non erubescit eos appellare fratres, dicens: nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. „ Ita eos honorans, et superioribus hominis conditioni honoribus eos coronans. Quid enim hoc divinius vel beatius? Cur autem sint fratres, constat. Nam quia Deus quum esset, nostra circumdari humilitate non est dedignatus propter infinitam suam clementiam ac bonitatem, ut nos paupertate sua extolleret, hinc adepti sumus ut et fratres et filii dicamur; ut
* v. 13. actutum dicet *: " ecce ego et pueri quos mihi Deus dedit. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem. „ Hos itaque Christo indutos, ab eoque praedicta ratione sanctificatos, quomodo non perhorrescunt infelices hi, idolorum adoratores appellare? Ex his porro pervidere licet, quonam haec contumelia evaserit, propter fraternitatis communionem atque adoptionis; quod sane dicere non licet, timentibus adversus primogenitum simul atque patrem blasphemiam, si certe Deum agnoscunt, neque sensu ac mente prorsus destituuntur. Nam silentio potius pleraque quae a Christomachorum lingua scatent, ceu nequissima et absurdissima praetereunda sunt. Nam qui negant fraterni-
Gr. p. 98. tatis cum Christo vinculum, et a dignitate adoptionis exciderunt, neque Christum sibi umquam induerunt, prout ipsi semet produnt, undenam haec discere vel experiri possint, vel sanctificationis consequi gratiam? Nam si ad harum rerum negationem incumbunt, haud meliora sane nec utiliora reperient. Haec sunt vecordiae illorum ac vanitatis deliramenta et quasi balatus.

58. Nos vero ad rem nostram veniamus, et qui adhuc ex hierophantarum numero nominandus superest, is sacrum hunc et bene ordinatum introducat chorum, et coronidis instar imponatur divinitus aedificatae domui, et sapientiae aedem perficiat, decore admodum et mire structam, pulcreque a Spiritu compaginatam atque exornatam. Consudet itaque cum antea decertantibus hic quoque sacros labores excipiens, ac sigilli instar praedictis apponatur, homo inquam Dei, desideriorum vir, gratiarum Spiritûs thesaurus, altorum arcanorum revelator, reconditarum rerum scrutator, barbarorum magister, ferarum temperator: fortasse hic hodiernorum quoque impiorum beluinam et efferatam incredulitatis molliet sententiam. Adesto itaque o prophetarum pervidentissime, Babylone et ex barbarica ora prodiens, et prout prudentia sapientiaque superna inspiraris, narra nobis quae tibi nocturnae divinarum visionum haud fallaces contemplationes, defaecata in mente, limpidoque intellectu impresserunt, patentemque praebuerunt verarum rerum revelationem; tum expedita lingua, claraque voce, nostrum vaticinare regem ac dominum, imperium sine fine gloriamque tenentem aeternam; atque ita impiorum et contumacium vecordiam infringe. Disertis enim verbis, ut scio, clamabis cum somnianti Chaldaeo dilapsas oblivione somnii visiones exposuisti, et dubiorum solutiones fecisti, haec
* Dan. II. 48. pronuncians *. " Et erit in diebus regum illorum, suscitabit Deus caeli regnum,

„ quod in aeternum non dissipabitur; regnumque eius alteri populo non relinque-
„ tur. Et comminuet frangetque omnia regna, et ipsum in aeternum perstabit. Et
„ postea *. Videbam in visione noctis, et ecce in nubibus caeli veniens quidam, * Dan. VII. 13.
„ qui usque ad antiquum dierum pervenit, et coram oblatus est, et ipsi datus
„ est principatus, et honor, et regnum; et omnes populi, tribus, linguae ipsi ser-
„ vient. Potentia eius potentia aeterna, quae non praeteribit, et regnum eius non
„ destruetur. „

Et haec quidem propheta. Horum vero detestandorum qualia? Primum quidem mendacii traducunt divini Spiritus oracula. Deinde patrem quoque Deum in propriis operibus scientia ac praevisione destitutum inducunt. Insuper Unigeniti regnum dissolutum aiunt, ceu quod perpetuum manere non potuerit; quod ne ab initio quidem ipsi traditum fuerit, neque ipse a linguis ac tribubus adoratus fuerit (Gr. p. 99.) ipsique servitum, neque populum possederit tyranno priori ereptum, atque ut breviter dicam, contraria omnia prophetae censent. Haec omnia paucis verbis comprehendentes, maximam blasphemiam adversus divinam gloriam instruxerunt, idololatriam impie ac scelesto Christianorum religionem appellare audentes, hancque opinionem sibi et aliis contrahentes. Quid ni vero cohorruerunt atque animo attonito fuerunt, dum his tam manifestis et indubiis temere sese opponerent? qui sane impudente facie et caeco corde perstantes, contra Servatoris gloriam semet audacter extulerunt. Sed undenam ipsis pro hoc Deo odibili absurdoque dogmate fiducia? Nam si simpliciter principatum ac regnum universalis Dei propheticus sermo fuisset vaticinatus sine peculiari definitione, insurgerent sane ferocius atque audacius contra rectorum religionis dogmatum sectatores, curiosa garrulitate vanitatem et fatuitatem sermonum suorum exaggerantes; ac veluti ii qui in praedam involant, dictorum verborum simplicitatem occupantes, demensum ac limitatum Christo regnum adsignassent. Sed enim quia regno additum est epithetum aeternum et incorruptibile, et quod non sit transitorium; quid ni iam imponetur loquacitati eorum frenum, ut obstruatur omne os adversus regem saeculorum iniqua loquens? Nam qui regnat a saeculo et in saeculum et ultra, numquam sane principatu gloriaque sua spoliabitur, neque populus ei subiectus eiusque notitia imbutus, regi alteri semet addicet. Neque enim melior, cui adhaereant, uspiam est vel omnino erit. Ergo neque ulla tyrannide oppressus fuit, neque direptus, neque potestate deiectus. Propterea nec quisquam in eius ditione degens, ad idola accedit, aut daemoni primas attribuit. Nam Deum dominumque omnium rerum Christum servatorem agnoscit, eumque veneratur *. “ Ipsi enim flectitur omne genu caelestium terrestrium et (* Philip. II. 10.)
„ infernorum, et omnis lingua confitetur quod dominus Iesus Christus in gloria
„ est Dei patris, amen. „ Hinc etiam fit ergo exploratum Christomachos contrario spiritu afflatos fari, quia contraria scilicet et repugnantia divini Spiritus oraculis eloquuntur.

59. Illud quoque considerent contumaces, nomen “ rex „ non esse de vocabulorum numero quae absolute et laxo sensu dicuntur, sed ad peculiare aliquid referri, et cum relatione spectari. Non enim intelligitur rex sine regnato populo, neque praeses sine praefectura. Necesse quippe est, alterutro ex his vocabulis posito, comprehendi et alterum; quo perempto, aliud simul perit. Namque haec nomina

id genus sunt, ut invicem familiaria plerumque sint et copulata; ita ut neque hoc sine illo cogitetur, neque illud vicissim sine hoc consistere queat. Si ergo veraces sunt prophetis sanctis factae a sancto Spiritu revelationes, sicuti reapse veraces Gr. p. 100. sunt, Christus Deus noster in ipsis rex appellatus, prorsus aliquorum rex est, nempe eorum qui in ipsius ditione sunt. Namque uti Deus et omnium creator, omnium rex est: ipse enim regnat in ditione sua sempiterna, et omnia ei serviunt. " Regnum eius regnum omnium saeculorum, et dominatio ipsius in omni genera- * Ps. CXLIV. 13. ,, tione et generatione *. ,, Quatenus autem nos ei credimus eumque agnoscimus ob sinceram de ipso confessionem, noster quidem qui Christiani sumus, rex est: nos enim populus eius peculiaris, regale sacerdotium, hereditas aeterna, atque ut compendio dicam, electa veluti et specialissima eius possessio. Nostrae res ergo, qui divina gratia orthodoxi sumus, ita se habent; ideoque opportune admodum et congruenter tradita divina oracula, tantam nobis testimoniorum nubem suppeditarunt, fide dignorum usquequaque, et arrham praebentium: quae nobis quidem veritatis amatoribus, et qui divini Spiritus illustramur ac manuducimur charismatibus, bene temperatam et harmonicam ac iucundam sacrorum ac divinitus inspiratorum dogmatum nostrorum symphoniam concinunt: secus vero, istorum qui apostatico impulsu moventur, vesaniam atque stuporem et impias ac fraudulentas nugas dispellunt, ex adulterinis cogitatibus ortas; et quasi scripta in cippo irreligionem ipsorum manifestissime exponunt. Sic deinde quaqueversus convicti, ceu ab erroris spiritu exagitati, longe a divino coetu atque nostra Christianorum aula pellantur.

Age vero quia omne malum inquietum est et infrene, et in suo statu permanere nequit; sed longius semper procedens, cursus sui requiem non invenit; veluti fluviale fluentum fervens et exundans ripasque superans, cum declivem curvumque locum nactum fuerit, nullatenus impetus eius effusus continetur, et ob- * gr. προστυχόν. vium quidlibet * facile abripit secumque fert: ita postquam in aliquam obrepserit animam, quae semel bono (spiritui) nuncium remiserit, haud ante a depascendo consumendoque desinet, donec in extremum exitium proiecerit. Sicut in hac quoque re usuvenit. Ecce enim postquam haec pestis hodiernorum impiorum celerrime animas pervasit, ad incredulitatis quoque atque a Deo alienationis praecipitium impulit. Nam dolosas primum linguas adversus Christum exacuentes, nullam vesaniae suae satietatem sentiunt; neque a calumnianda Christianorum pietate cessant, immo quotidie incrementum malitiae capiunt, ita ut peiora prioribus posteriora sint, multam sycophantiam contra animata Spiritus templa contexentes, neque eatenus subsistunt: sed iam contra inanimata quoque templa, et tamen divina, manus armarunt; qui revera daemoniorum templa animas suas esse demonstrant, dum existimant ad idola tamquam ad deos accedere; ut id etiam ipsorum a recta religione Gr. p. 101. alienationem testetur. Neque enim est communio lucis cum tenebris, nec consortium templi Dei cum idolis. Adeo ut non verborum tenus blasphemia illorum serpat, sed iam operibus quoque peragi nequitia illorum spectetur; neque auribus tantummodo infamia illorum insonet, sed et omnium oculis conspicienda prostet.

60. Ergone negant et incusant divinam arcanamque maiestatem atque potentiam, et tum inspiratorum tum etiam theologorum aspernantur doctrinas, faciunt tamen minora dictis, aut negligunt demonstrare paria blasphemiis facta, vel non

oppido maiora? Nihil minus. Sed quod a patre mendacii diabolo omissum olim, vel tenue fuisse scimus, nunc demum adiectum videmus et cumulatum. Nam cum antea ad bellum contra ecclesiam, nonnisi verbis gerendum, impios comparasset, plurimasque haereses inter Christianos sevisset, hoc demum tempore non verbis tantum, sed quod deerat adiecto, factis quoque ipsis contra divinas aedes atque alia sacra donaria bacchatur, illorum ornatum atque splendorem pessum dare studens: ita ut utraque re malitia istorum coarguatur. Furunt igitur hi nefandi contra sacros divinosque typos ac symbola salutaris Dei Verbi oeconomiae et incarnationis, et sacra in templis ornamenta nituntur deturpare, impressas in altari historias delent, sculptilia sancta stultissime abradunt. O furorem! o audaciam, et impudentem animi sententiam! Quas Christianorum pientissimi et religiosissimi, superiores inquam sacerdotes ac reges, et quicumque dignitate fulgebant, ceterique quotquot pietate ferventiores erant et studiosiores, inflammato amore calidaque in Christum fide sanctosque succensi, elaborarunt atque historiis ornarunt, imagunculas inquam pias sacrasque, et omnium Deo in delubris a se aedificatis sculpserunt, prout ratio cuiusque rei repraesentatae ferebat, non perhorrescunt hi miseri subfodere et illudere. Et vix quisquam pravas esse tantopere impiasque illorum opiniones crederet, et intolerabilem potius verborum quibus utuntur pravitatem aversaretur, nisi ipso opere haec scelera patrantes cerneret; unde sequitur ut ii verborum nefandorum testem habeant operum improbitatem. Quid ni enim evidenter convincuntur esse idololatrae? dum ita impudenter contra Dei templa furunt, quasi ipsi alteri religioni sint initiati immo consecrati, quae cuiusmodi sit ipsi noverint; et quasi dominum nostrum Iesum Christum supremum Deum abnegaverint, ut ex his consequentia existimare suadent; quasi denique frustra Christianorum nomen retineant: falsitate enim innituntur, sola ipsis superstite et quasi appicta appellatione, quia syllabarum formam servant, significatus vim negarunt; spurii enim sunt, et alieni a vera re suis ipsorum operibus demonstrantur. Augebunt autem pessimum illorum *Gr. p. 102.*
facinus, quae ex eorumdem ausibus consequi solent.

61. Quia enim in Christi imaginibus figura quoque vivificae crucis simul pingitur, destruunt hanc etiam isti qui nihilominus circa id simulanter se gerunt, et se crucem venerari mentiuntur; quum revera contra utrumque (tum imaginem tum etiam crucem) rabies illorum exardescat. Cur enim alteri tantum irasci videantur, quum utraque ab eodem Christo sanctificata dependeat? Similiter violant sacra quoque cimelia, quibus sancta atque vivifica Christi perficiuntur mysteria. Insuper et vestimenta quotquot eiusmodi sanctis historiis decore exornantur. Item evangelicorum voluminum veneranda opercula; itaque et ipsum evangelium pessumdant. Quid enim aliud videre est, nisi evacuatum ab ipsis et dissolutum evangelium? Nam in quo different intus scripta, ab exterius historialiter effictis, quum mens (1) eadem idemque argumentum in utraque re spectetur? Unde fit, ut si unum venerabile sit, alterum aeque sit venerabile; vel utrumque deperire necesse est. Ecce enim multa cernimus veneranda huiuscemodi volumina, et quidem perantiqua, quae longo iam tempore a religiosis piisque hominibus elaborata esse constat, quae

(1) In codice εὐνοίας, sed malo scribere ἐννοίας.

explicita partim quidem calligraphica peritia, divinae nos historiae doctrinas edocent; partim vero pictoria arte easdem nobis res repraesentant. Neque tamen illud magis quam istud propositum argumentum demonstrat. Unus quippe est utriusque rei sermo, et ab utraque salutaris Dei Verbi incarnati magisterium et memoria fit. Nam quae verbis in scripta praedicantur lectione, eadem etiam oculus ex pictarum historiarum inspectione colligit. Ergo si quis partem auferet, totum destruxerit. Nam ex partibus totum conflatur. Quod si quid horum perturbat insanos, ipsorumque attonitam pulsat mentem, esto scandalum ipsis, quod illa quidem levioribus scripturis coloribusque charaxantur, haec autem crassioribus lineis figurisque pinguntur; multaque materiae in his diversitas est.

62. Quod si curiosius indagandum est, haec potius quam illa praevalere videbuntur; quia illa auditum tantummodo pulsant, haec autem visum quoque attrahunt; et illa quidem celeriter, haec autem ocius propositarum rerum notitiam exhibent: immo vero visus promptior est et persuasu facilior; quandoquidem et ipse auditus a visu praeveniri solet. Porro quae audiendo didicimus, oblivio tempore inducta plerumque intercipit et obscurat; quae autem visui sunt obiecta, ea stabilius animis imprimuntur, quia ad patheticas partes adiuvantibus sensibus transmit-
Gr. p. 103. tuntur. Praeterea haec illis plus habent, quod sapientes simul et idiotas percellendo, aeque omnibus prosunt; et sive quis rusticus sive urbanus, parem notitiam participat. Certe haec ad benigni Servatoris nostri humilitatis mysterium magis magisque admovent. Quippe rudes homines saepe praetereunt lectiones, quia carent eruditione, et litterarum sunt expertes. Sicut ergo audito sermone, haud aurium tenus auditarum rerum vis sistit, sed dictorum significatio in actus prodire facit; ita etiam spectatae in picturis historiae, haud in vi visuali tantum permanent; sed transfert mox et manuducit conspectarum rerum obiectio mentem aspicientis ad sublimiora et principalia, quae non sinunt in symbolis sacram demorari efficaciam; sed a sensibilibus his et naturalibus ac quotidianis, ad intellectualia ab ipsis manifestata deducunt et conferunt. Quare homo haud secus quam si res ipsas spectaret, ab his attrahitur, et tamquam praesentibus per symbola adest, et compungitur, atque ad bonitatem inflectitur, et suavitate repletur, et suam animam recreat, meliusque quam antea et habere se existimat et esse adfectum.

63. Haec ars itaque ad evangelicae doctrinae subsidium iam inde ab initio tradita fuit ab eiusdem religionis ac fidei adseclis, Christianis scilicet; sic divino operante instinctu et gratia, ut alterum altero vehementius firmaretur. Invicem enim cohaerent, et quia ex uno principio prodeunt, suam vicissim opem utilitatemque impertiuntur. Videtur itaque sermo evangelicus nihil his insanis prodesse. Alioqui docilitatis atque intelligentiae fructum aliquem percepissent. Sed enim ceu nudus sermo ipsorum aures praeteriens, parumque vellicans, una cum aëre percusso dissolvitur, haud in penetralia cordis receptus et abditus, neque mentis tabulis impressus. Hinc fit ut frustra ipsi evangelium teneant et famigerent; nam violatorum potius evangelii dogmatum rei fiunt, consequenterque impendens supplicium non effugient: convincuntur enim undique evangelii esse corruptores; quo quid scelestius esse potest aut irreligiosius? Sic ergo agentes, produnt se Christi et sanctorum osores, dirumque et implacabile bellum adversum hos suscepisse. Quam rem, quis-

que volet paulisper sapere, confitebitur. Illi quippe aegre ferunt et excandescunt, si quam vident Christi et sanctorum picturam aut imaginem; quoniam sciunt, quae his honorifice fiunt, ad ipsos repraesentatos devenire; sicut etiam spectantium mens, ad significatam rem incumbit. Prorsus hi neque abominarentur imagines neque destruerent, nisi hostili in archetypa animo essent, et hanc illis utilitatem inviderent. Pro viribus enim decertant, omnem lapidem ut dici solet moventes, et viam quamlibet tentantes, ut cultum hunc evertant: re enim vera gravis est ipsis Christus in imagine etiam spectatus. Nam prae oculis habere et spectare rem odiosam, et in memoriam revocare quod oculis demonstratur, grave sine dubio est; ideoque sedula datur opera, ut res molesta removeatur. Gr. p. 104.

Atque horum verba sunt, propemodum diserte clamantium *. " Insidiemur ,, iusto, quia incommodus nobis est, et operibus nostris contrarius, et improperat ,, nobis peccata legis; diffamat delicta disciplinae nostrae. Nunciat se scientiam ,, habere Dei, et filium Domini se nominat. Factus est nobis in coargutionem co- ,, gitationum nostrarum: gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est ,, aliis vita ipsius, et diversae sunt viae eius. Tamquam nugae aestimati sumus ab ,, illo, et abstinet se a viis nostris tamquam ab immunditiis. Beatum dicit finem ,, iustorum, et gloriatur patrem se habere Deum. Videamus an sermones eius ve- ,, races sint, et tentemus quae ventura sint illi. Nam si iustus filius Dei est, su- ,, scipiet illum et liberabit de manibus contrariorum. Contumelia et tormento ex- ,, ploremus illum, ut mansuetudinem eius cognoscamus, et eiusdem patientiam ,, probemus. Turpi morte damnemus eum; erit enim inspectio eius ex eiusdem ,, sermonibus. Haec cogitaverunt et erraverunt, neque sacramenta Dei sciverunt, ,, neque mercedem iustitiae adamarunt, neque aestimaverunt praemium irrepre- ,, hensibilium animarum. Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad ,, imaginem sempiternitatis suae fecit illum. ,, Haec aliquot novi ethnicismi asseclae, et iudaicae impietatis aemulatores, eum iisque certantes congerendis iniustissime contra iustum asperrimis et molestissimis contumeliis, odio adversus illum tumentes, immo vero putos Iudaeos operibus suis semet comprobantes. Quoniam igitur iustus et sanctus est Dominus, aequius est dicere, haec ad Christum merito, et non aliter, referri debere. Ipse enim est iustorum fulcrum, uti scriptum est, caput et primitiae cuiusvis iusti, iustitiae omnis fons, et totius sanctificationis praebitor; " qui manifestatus est nobis ex Deo patre, iustitia, sanctificatio et redemptio *. .. Haec olim sapiens quidam, qui futuram adversus dominum nostrum ac Deum ab istis invidiam et rabiem eminus praevidebat, ceu providentissimus, et ad intelligendum atque sapiendum facilitate superne instructus, praecinebat recte et liquido, summam istorum malitiam divulgans. Quid enim non erant acturi hi miseri, cum in tantum vanitatis malitiaeque venissent, divini timoris et religionis in Deum inconsiderate prorsus obliti; ita ut ex praesentibus evidens fiat, quod si ipsis vivere contigisset quo tempore Christus humanatus, terrae incolis secundum carnem visibilis conversabatur, multo absurdiora adversus eum commisissent atque indigniora. Sed quia contra ipsum ita agere, tempore prohibente, non potuerunt, nunc contra eius imaginem iras effundunt atque furorem, in quam saevientes facinora impia patrant. Et mihi videntur audacter clamitare, quod si patrum tempora Gr. p. 105.

* Sap. II. 12.

* 1. Cor. I. 30.

occupassemus, explessemus utique quidquid ipsi omiserunt, nostram simul strenuitatem roburque in opprimendo fortiter iusto demonstrantes, et illorum debilitatem et timiditatem coarguentes; nempe asperioribus cruciatibus atque iniuriis Christum adficientes, atque ita patribus imbecillitatis atque ignaviae crimen impingentes, quasi nihil omnino vel parum adversus Christum egerint. Quare iam tempus est, ut flagellatus ab his et contumeliis adfectus Christus dicat eis *: " filii estis homicida-,, rum; et vos implete mensuram patrum vestrorum. ,,

* Matth. XXIII. 31.

64. Ipsos autem dicentes audimus, dum suum in Christum odium pariunt: gravis est nobis Christus in imagine etiam spectatus. Quibusnam hi comparandi sunt? Aiunt pantheras, naturalem quamdam adversus hominem gerere iram, et in hominum praecipue oculos insilire. Qui ergo volunt ferae furori illudere, in charta obiiciunt ei hominis veluti figuram; illa autem magno cum impetu ceu hominem chartam dilacerat, ibique suum hominis odium demonstrat. Sic et hi Christi odium adversus eius imaginem expromunt. Quia enim eum attingere corporaliter praesentem nequeunt, odio eius instincti, contra ipsius imaginem pantherae instar insiliunt, lacerantes atque corrumpentes. Quo fit, ut furor adversus eius simulacra, ostendat hos esse theomachos, et Christoque bellum indixisse. Adeo Christi Christianorumque res ab his spernuntur pessumque dantur, mores legesque et sacramenta, et altius recepta ac retenta apud Christianos traditio, antiquitate sua nobilis, ideoque apud recta mente praeditos venerabilis. Iam quisnam pius, Dei amans, et recta religione innutritus, non graviter ingemiscat et lugeat, cum sacras aedes divinaque altaria violata videat et suffossa, suoque ornatu spoliata? Altaria, inquam, dehonestata et deiecta, profanisque manibus impiata, et Deo hostilibus linguis turpiter maledicta. Veluti si quis cernat in germinante et virente venustaque herba floridam eius gratamque comam desectam; vel in floridis hortis surgentium calicum coloratam variamque speciem a decerpentibus demessam: sic his etiam una cum ornatu aestimationem quoque et memoriam subtractam. " Etenim ,, nulla templi ratio habetur quod simulacro non ornatur ,, ut quidam * e sacris religiosisque hominibus dixit. Quare non absurde aliquis dicat, haec instar mentis esse sacris templis, et maxime propria, non secus ac sacrificia et preces, et reliqua in ipsis fieri solita. Sed contra hos profanos nemo melius quam sacer psalmista precabitur *: " Domine in civitate tua (supernam innuens Hierusalem) imaginem il-,, lorum, id est memoriam ipsorum, ad nihilum rediges ,, quandoquidem imaginem tuam atque memoriam ex aedibus tuis ac vitae consuetudine delere studuerunt. Insuper idem adhuc canat *, praesentes has nostras deplorans calamitates. O Deus, non venerunt gentes in hereditatem tuam, sed gentibus vecordiores et infensiores, et qui adversus sanctos tuos maleficio superare illas contendunt: qui habitum quidem sacerdotalem gerentes, sed tamen lupum sub vellere celantes, contaminaverunt sanctum tuum; et altaria tua, Domine virtutum, deformitate ac dedecore repleverunt.

* Isidor. pelus. ep. lib. IV. 73.

* Ps. LXXII. 20.

Gr. p. 106.

*Ps. LXXVIII. 1.

65. Sed videamus, si placet, quisnam hac in re sit istis scopus, quaeve causa, cur in tantum maleficii atque irreligionis devenerint. Aiunt ipsi alienos deos se adoravisse, suam damnantes idololatriam. Deinde palinodiam veluti canentes ne videantur sibi contradicere in iis quae antea male egerant, atque ita ignominiam

damnumque a se removeant, audent. quod ne amentes quidem, dicere; gloriam nempe atque honorem potius sacris aedibus hinc conciliari, ceu si idolis ipsas purgaverint, horumque ignominiam abraserint et eluerint, morbum morbo revera sanantes, et maiore quam antea nequitiae lapsu ruentes. Namque ut quisque peccans, ad defensionem promptus est, ita quisque irreligiosus ad se iustificandum paratus. Etenim pietatis subeuntes personam, impietatis nihilominus faciem denudant, dum sanctum nostrum cultum oppugnant. Nam latere multos moliuntur, quo noxae opinionem propulsent, nescientes graviores se atque acerbiores incurrere poenas. Dicet fortasse aliquis inter hos moderatior ad impietatem, facilem atque speciosam praetendens excusationem. ꟹ Nos de medio tollendas curamus imagines, ꟹ ne qui fortasse simpliciores ac rusticiores, id quod opus est nescientes utpote ꟹ ineruditi, circa inanimem materiam errent, in hac mentem sistentes, nihilque ꟹ praeter rem visam imaginantes. ꟹ Cui rectae religionis defensores dicent: si tu pie temet gereres, et conveniente ratione incolumia sancta servares, haberet credibilitatem aliquam sermo tuus. Namque oporteret docere ignaros ac manuducere, ita ut debitum exhiberent honorem, neque extra honesti officii dignitatisque fines excurrerent. Sed nihil horum a te fit. Nam si cerneres haud convenienter honorari imagines, oporteret rectiore modo eas honorare. Non enim quia rudes male, ut hoc concedamus, rebus sacris utuntur, idcirco eas contemni aequum est. Nam neque quia caelum nonnulli et caelestia male venerati sunt, creatori opponentes creaturam, propterea depretianda sunt Dei opera. At enim tu turpiter violas, conterens confringensque et pedibus calcans sacras res. Nonne tibi uritur anima, dum sacra cremas? non tibi inflammatur et colliquescit mens? et dum impie manus altari infers, non obstupescis? Hinc fit exploratum, te vitioso circulo in temet recidere, atque ut canem ad proprium vomitum reverti. Et illorum quidem im- *Gr. p. 107.* probitas ac stultitia ita se habet.

66. Interim porro veritatis ratio, ceu lux, cordatis hominibus explendescit. Nam sanctae imagines, quibus sanctorum memoria nobis refricatur, et sacrae sunt, et eos qui sanctas has res colunt iuvant gratiaque cumulant. Sicut e contrario impurorum res impurae sunt, et impuritate homines obruunt. Par enim rei utriusque effectus. Honorant itaque sacras aedes imagines, non ignominia inquinant, sicut quidam theologorum patrum sublimiter divinitusque philosophatus est (1). Quam vero sit impia atque absurda istorum oratio, hinc quoque patefaciemus; illud ante omnia dicentes, quod ne ipsi quidem, ut puto negabunt, nisi forte corde ac mente a recto prorsus officio recesserunt. Dicimus itaque mosaicam legem a Deo datam fuisse hominibus, ut esset tamquam paries interpositus secernens atque distinguens quae quaqueversus sparsa erant et infinite distantia; atque a deterioribus, noxiis, falsique nominis diis abominationis et vanitatis avertens, transferens autem atque convertens ad meliora et incomparabiliter excelsiora, verique Dei notitiam edocens. Et permittens quidem Hebraeis interim irrationalium animalium sacrificia, propter legi subditorum infirmitatem, et continuam ad peius proclivitatem, nec non propter veterem victimas immolandi morem: sed tamen ea ratione conformans ad obedien-

(1) Fortasse intelligitur idem Isidorus pelusiota paulo ante laudatus.

tiam ac docilitatem, ut pedetemptim ad perfectiora profitenda excitati, ad meliorem diviniorem que vivendi rationem immutarentur.

Sed quoniam lex nihil absolutum effecit, sed iram potius ob transgressiones operata est, non propter mandatorum gravitatem, sed ob transgressorum malitiam; infirma enim erat, quia omnes sub peccato erant, ipsa autem ad peccatum dignoscendum ducebat, unde naturae infirmitas coarguebatur, et ad peccandum proclivitas; ideoque egebat homo perficiente se, et ad meliora traducente; propterea quod erat impossibile legi, in quo infirmabatur, Deus filium suum mittens, pec-
* Rom. VIII. 3. catum condemnavit *: iustificati enim fuimus in Christo per fidem. Id enim perfecit gratia, Verbo in terras adveniente, et per carnem cum hominibus conversante. Hinc de peccato redempti fuimus, et omni diabolico errore ac fraude expediti, atque ab adoranda creatoris loco creatura retracti, et ipsum solum omnium Deum venerari edocti, eique congruum cultum famulatumque exhibere. Igitur Christi gratia religiosam in nobis perfectionem et cumulum innovavit, legis defectum sup-
* Matth. V. 17. plens. " Non veni, inquit Christus, solvere legem sed adimplere *. ,, Iam id quod perficit, quantum superet id quod perficitur, nemo non videt. Sine dubio enim quod est deterius a meliore benedicitur, et illo quod ministrat excellentius est id
Gr. p. 108. quod dignitate praeeminet, quantum scilicet praestat operi auctor, et domui architectus, et luto figulus. Quia " lex per Moysem data est, gratia et veritas per Ie-,, sum Christum facta est; qui nos sibi filios fecit, non ex sanguinibus neque ex ,, voluntate carnis, sed ex Deo genitos in Spiritu ,, clamat Iohannes magna ve-
* Ioh. I. 13. 17. ritatis vox *.

67. Cur porro haec dicimus? Quia nempe si lex est sancta, iuxta Pauli di-
* Rom. VII. 12. vinam locutionem *, et mandatum sanctum, quae alioqui multo gratiae inferiora videmus, gratia ipsa quanta est! Et si lex praestat idololatriae, gratia quae legem longe superat, quomodo nunc ad idololatriam revolvetur? Quomodo qui potestatem acceperunt filios Dei fieri, idololatriae criminationem perferent? Noluerunt stulti intelligere ut bene agerent. Isti mihi videntur simile quid agere homini, qui de mundanis tractans elementis, vera quidem esse fateretur tum ignem tum aquam, extrema cuiusque rei, et qualitatibus invicem contraria ponens. Et aquae quidem calorem ariditatemque tribueret: igni autem frigiditatem atque humiditatem adsignaret; medium inter haec aërem introduceret calidum simul et humidum. Deinde putans se horum qualitates examinare, secundum quod invicem congruunt vel dissident, ratiocinaretur inscite et insipienter, non suum cuique proprium tribuens, sed in unum idemque congerens res repugnantes et insociabiles, et quae alterutri extremo sunt propria, ad alterum trahens, ultra fines rei intermediae excurrens, ignis qualitates aquae attribuens, calorem et ariditatem aquam esse existimans. Quia igitur qui talia ageret risu dignissimus foret, manifesta in re sensibilique errans: hi qui divinae gratiae idololatriam oggerunt, quanto magis sunt ridiculi, vel potius quanta impietate atque atheismo scatere merito credentur, dum haud in parte aliqua, sed in re potissima, quaque nulla est sublimior, sanctam nostram et immaculatam religionem laedunt? Sed o divina ultio quam nihil latet, nihil corrumpit, quaeque omnia pervidet, omnia observans visibilia et intellectualia! o abyssus divinorum iudiciorum inenarrabilis! o Dei patientia et longanimitas inscrutabilis!

Quousque, quaeso, iram tuam adversus impios cohibens, praesentia tolerabis? quandonam peccantium in te facinora merito iudicio persequêris?

68. Audi, caelum; auribus percipe, terra; et universa creatura, adtende. Lex sancta, et mandatum sanctum iustum bonumque. Recte. Atqui si haec sancta sunt, quae obscurius et arctius, et tamquam sub velo littera et umbris divinam notitiam nobis aegre ostendunt, quanto sanctior diviniorque erit gratia, quae nobis a Deo Verbo confertur? incomparabiliter legi superior, evidentiusque et sublimius Trinitatis nobis manifestationem in spiritu ac veritate faciens, et unius tantummodo Dei veram sinceramque tradens edisserensque notitiam atque cultum, atque in meliorem regenerans per Spiritum adoptionem, regnique caelorum spem aperte annuncians. Sed gratiae hostes cuncta haec idololatriae instar traducunt. Tanta quippe est improbitatis illorum absurditas! Sic in inconsiderata et vana ex infelicibus consiliis delapsi, a debito ratiocinio deerrant! Insuper lex umbram futurorum bonorum gerens, non propriam rerum imaginem, annuis ipsis sacrificiis, quae perpetua offerebantur, numquam potuit oblatores perfectos efficere; quare et incessanter fiebant. Sed tamen lex sancta erat, etiamsi adseclas suos haud perficere poterat. Et mandatum sanctum, etsi umbram tantum tenebat futurorum, non propriam rerum imaginem. Res vero ipsae, quarum lex umbra erat, id est gratia et veritas, quae per Iesum Christum contigere, quid sint, novi ethnici blaterent. Deinde lex nihil perfecit, sed sancta tamen erat; Christus autem qui una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos * (is enim fidei nostrae est consummator, in quem respicimus), Christus, inquam, quid? Hunc novi Iudaei crucifigant.

Gr. p. 109.

* Hebr. X. 14.

Cetera quae sint videamus. Sed enim ad Pauli locutiones redeundum est; et legis sacerdotibus eorumque ministeriis quanto sublimior sit et excellentior cultus noster, quantum licet, accurate contemplemur *. " Nam constituti sub lege sacer-,, dotes, quoniam et ipsi circumdati erant, utpote homines, infirmitate, non pro ,, populo solo sed etiam pro se ipsis legalia sacrificia offerebant *. Noster vero pon-,, tifex et confessionis nostrae apostolus, non habet necessitatem sicut illi, prius ,, quotidie pro suis peccatis hoc facere, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel ,, se ipsum offerendo, seditque ad dexteram maiestatis in caelis, praecursor pro ,, nobis ingressus in interius tabernaculum, pontifex aeternus factus secundum or-,, dinem Melchisedec. Et illi quidem plures erant, quia morte prohibebantur per-,, manere; ipse autem quia manet in aeternum, intransitivum habet sacerdotium, ,, unde salvare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum *. Et illi qui-,, dem exemplari et umbrae deserviebant caelestium, et per annum introibant in ,, sancta cum sanguine alieno; hic autem melius sortitus est ministerium, quanto ,, melioris testamenti mediator est, bonorumque futurorum pontifex, propter maius ,, et perfectius tabernaculum non manufactum: neque per sanguinem hircorum et ,, vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta sanctorum, ,, aeterna redemptione inventa. ,, Idem enim erat et sacerdos et victima. Atque ita nobis revelavit sancta, caelestes ianuas cunctis aperiens, gradibiles, facile adibiles, immo et penetrabiles efficiens.

* Hebr. V. 2.

* Hebr. VII. 27.

* Hebr. VIII. 5.

Quanta est itaque personarum differentia, Christi scilicet et Aaronis, qui invicem prorsus distant! et inter quos immensum infinitumque est intervallum! Ibi

Gr. p. 110.

animalium irrationalium sanguis offerebatur, heic agni immaculati, qui tollit mundi peccatum, sanguis offertur. Insuper foederum quoque et tabernaculi differentia est: illa enim erant temporalia et manufacta et aevo consumenda, nec ullam stabilitatem habentia, atque ut nihil taceam, iam antiquata sunt et vieta, ideoque etiam abolita: haec autem neque manufacta nec temporalia, sed perpetua ac sempiterna, renovata semper et recentia, cessantia numquam, neque minuenda vel corrumpenda. Superest ut differant cultus etiam et victimae: namque illae crassiores erant et carnales, et tamquam in figuris res futuras et ipsam veritatem in antecessum charaxantes describentesque, needum perfectionem adeptae. Nostra autem sacra in spiritu ac veritate peracta, perficiunt eos qui offerunt Deo sacrificium laudis, per quae sine pausa clamant abba pater. " Nam si fuisset, inquit, perfectio in levitico sacer-
,, dotio, populus enim ab eo legem accipiebat, iam opus non erat alium iuxta or-
,, dinem Melchisedec exsurgere sacerdotem. Quoniam lex nihil perfecit, sed intro-
* Hebr. VII. 19. ,, ductio est melioris spei, per quam Deo appropinquamus *. ,, Neque sacrificia vel oblationes poterant secundum conscientiam adoratorem perficere. " Deinde, san-
,, guis quidem taurorum et hircorum, et cinis vitulae inquinatis aspersus, sancti-
* Hebr. IX. 13. ,, ficant quod adtinet ad carnis emundationem *. ,, Sed Christi sanguis purgans a mortuis operibus conscientiam, ob serviendum Deo viventi ac vero, quid demum ab inimicis esse existimabitur? Num neque sanctificans neque purgans? Prorsus audebunt dicere hi impuram conscientiam gerentes, et in mortis operibus versantes: sanguis eius super nos et super filios nostros. Haec isti dicant et agant; nos autem ad reliquam sermonis partem pergamus.

69. Habebat itaque, inquit, prius quoque testamentum cultus iustificationes. Quaenam vero hae et quales? Lucernam habebat et mensam, et panum propositionem. Quomodo autem appellabantur? nimirum sancta. Nostrum vero tabernaculum quodnam est? quomodo ab inimicis gratiae Christi denominatur? Nempe longe melius illo et sacratius. Quid enim aliud dicere oportet, nisi quantum figuris et umbris veritas, et illis qui sunt intermedii ille qui dividit, dignitate praestat? Atqui ab his tabernaculum nostrum quomodo appellatur? Profecto haud sanctum, proh blasphemia! sed piaculare atque impurum; neque iustificationes cultus habere, sed idololatriae speciem. Hi sunt Deo hostilium linguarum ausus, quae ne pari quidem cum lege honore gratiam adficiunt, sed inter turpissima atque abominanda reputant. Atqui illic quidem mediator et minister erat famulusque et servus Moyses, heic autem Moysis herus, et omnium dominus, et sanctarum rerum minister verique tabernaculi, quod Dominus, non homo, statuit: qui et illic legem tulit, et heic
Gr. p. III. mediator est idem factus nostri similis homo. Et illic pontifex Aaron et Aaronis stipatores, heic autem ipse dominus Iesus Christus, primus magnusque pontifex prout nos confitemur et credimus. Et illic quidem lucerna ex auro confecta hominibus in umbra ac lege versantibus praelucens; heic autem lux vera quae in mundum advenit, quam tenebrae quidem persequuntur, non tamen comprehendunt, sed illuminat omnem hominem venientem in mundum, splendetque ambulantibus in luce ac splendore gratiae. Mensa illic ex lignis imputribilibus confecta, auroque puro illita: heic ex materia quidem apud nos pretiosiore, sed quae ab ipsa divina victima sanctificatur, et sancto irradiatur Spiritu, in qua mysteria adorationis in spiritu

ac veritate consiunt. Porro et unusquisque fidelium facere potest spiritalem mensam cor suum, si modo accuratissime everrat ac purget, ut superveniens Verbum pure recipiat; quod intellectualiter in ipsa requiescat, et mystice manducetur. Et panis quidem illic azymus cum lactucis sumebatur ab iis qui herbam edere in typico paschate iubebantur, ceu opsonio quodam herba conditus. Heic autem descendens e caelo Verbum cibum immortalitatis datorem hominibus suppeditans, per quem vitam aeternam participant. Idem massam nostram fermentavit, et ad proprium divinitatis splendorem immutabiliter transtulit. Et illic quidem brutorum animalium immolatio et caedes, quorum sanguis adstantibus irrorabatur, atque ad corporis purificationem et emundationem adpergi solebat, et sacrificantibus boves aut oves, partes quae iustificationum officio fungerentur, dari iubebatur. Heic autem immolata apud nos praeclara victima, cuius purissimo pretiosoque sanguine consignamur, et omni ruga ac macula animae corporisque purgamur. Si ergo symbola sancta, quid ni res ipsae, quarum illa sunt symbola, non sint omnino sacratiores atque sanctiores? Sed quoniam non intellexerunt insipientes, neque dicere sciunt quaenam communio Christo cum Belial, aut luci cum tenebris, vel quae conventio templi Dei cum idolis (nondum enim sincerae nostrae fidei, traditaeque nobis a patribus dogmatum rectitudinis, et inspiratae scripturae scrutandae cura ipsis fuit) idcirco idolium non verentur nostram medelae officinam appellare. Sed pedem referentes rursus ad tabernaculum veniamus.

Post alterum, inquit, velum tabernaculum erat: in quo, praeter cetera, erant etiam arca, et propitiatorium, ipsa quoque de imputribilibus lignis fabricata. Auro autem purissimo erant cooperta, et sancta sanctorum appellabantur. Nostrum vero tabernaculum sanctis illis sanctorum sanctius est et divinius, et arcae quidem loco SANCTISSIMAM ET VIVIFICAM SERVATORIS NOSTRI CHRISTI CARNEM CONTINET (1); quae ab arca illa veluti lignis imputribilibus denotabatur, quibus nobis impeccantia tamquam in umbra significatur, et quod ad immortalitatem impassibilitatemque translati sumus; *Gr. p. 112.*
quandoquidem uniti Verbi virtute, quod mortem destruxit, et corruptelam abstulit, ad inferorum regiones semet conferens, apparuit morti superior; et in corruptivis locis posita, incorruptibilitatis gloriam inde retulit: et auro veluti splendidissimo, divinitate substantialiter unita, cooperta atque illustrata. Propitiatorium item nobis ipsum Christum Deus pater posuit; ipse enim est propitiatio nostra. Sic enim pater nos dilexit, misitque filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Sed quid haec, apud mente corruptos, et animam peccato mortuam gerentes? Reverentia ac metu, et de rebus sanctis silentio, honor saepe praestandus est. Ipsi tamen pro consueta sua loquantur audacia. Age vero nobis ad hunc locum provectis, non alienum, visum est addere huic sermoni, etsi id nonnulli paulo extra propositum fieri putabunt, pauca quaedam videlicet de iis quae in tabernaculo erant disserere: quae insipientium vecordiam et impietatem coarguent, fidelibus autem et veritatis suppetias ferre apparebit.

70. Dictum est igitur ab apostolo *, supra arcam Cherubinos extitisse gloriae, propitiatorium obumbrantes. Cui contradicens alicuius oratio ita dicet. Quid ais, * Hebr. IX. 5.

(1) En carnem Christi dicit Nicephorus, quam adhuc hodierni haeretici dicunt panem esse, et carnis figuram.

o Paule? hi sunt Cherubini? Quosnam hos esse audimus? Num illos, qui principem et Deo proximum, beatorumque et supercaelestium gubernatorum sortiti sunt a Deo gradum et ordinem; ut iuste admodum egregium gloriae tributum illis reddatur, ceu Deo proximis, et principaliter inde fulgentibus et immateriali illo et eximio splendore ornatis? Minime gentium dices. Quid ergo erunt? Si tibi volenti est, dic aperte et horum fac nobis accuratam expositionem, crassam nostram mentem ac materialem ac deorsum vergentem, ad simplices divinasque, quantum nobis licet, deducens contemplationes, a quibus tibi usque ad tertium caelum raptus et ascensio initiato contigit. An fortasse etiam divinius aliquid quam ipsi Moysi ac sublimius ostensum fuit, quod et divinitus edoctis discipulis tuis irradians reliquisti ad excellentius * magisterium illorum, qui tantarum rerum cognitionem capere valent? Dices enim hoc fermc modo, ut non dubitamus, nempe sacros Cherubinos, ideo quod sine specie sunt, humanae minime naturae esse conspicabiles. Et tamen potentiae sunt incorporeae, sanctissimae, Deum circumstantes, et primitus ex Deo effulgentes, primae lucis ministri, intellectuales spiritus, vel * ignis veluti immaterialis et incorporeus: " qui facis, inquit psalmista, angelos tuos, spiritus; et mi- ,, nistros tuos, ignem urentem *. ,, Communiter enim hoc parique modo de caelestibus cunctis potentiis dicitur, quae natura propria ut immortales sint et interitui non obnoxiae, a creatoris beneficio habent. Illi autem quae arcae supervolant, et alarum suarum umbra propitiatorium obvelant, materialis utique sunt substantiae et corporis. Namque auro purissimo constant, malleo tornoque et humanis manibus, superna sapientia atque arte adiuvante, optime elaborati, egregiis et bene deductis laminis fabricati. Ideo variis quoque formis praediti creduntur.

* gr. ἐνδεεστέραν.
* gr. ἢ.
* Ps. CIII. 4.
Cr. p. 113.

Addes etiam, ut orationem eleganter farcias, Cherubinos illos, quibus proprie hoc nomen inhaeret, substantias esse intellectuales et intelligibiles, quae ex suprema et omnium auctrice causa, sempiternam et intellectualem vitam habent, substantialiter hanc ipso intelligendi actu accipientes, virtutes intellectuales, vires enhypostaticas, mentes supramundanas, quae immateriales, impassibiles, et incorporeae esse intelliguntur, quaeque ultra mundanos fines intelligunt omnia simpliciter et sub una specie cuncta, quae ex Deo effulgent, eodem tempore unoque mentis intuitu. Sed et multis oculis instructi traduntur, quia nempe ad Deum respiciunt, et quae ipsis continenter inde revelantur, immediate contemplantur. Cum autem simplices sint et absque specie, cuilibet formae ac figurae superiores sunt eiusque incapaces. Quatenus autem immateriales incorporeique intelliguntur, dimensione carent et sunt impalpabiles, quantitatem, magnitudinem, qualitatem nullam habent, ideoque corruptibilitatis expertes, et omni mutabilitate immunes. At illi qui constituti sunt in tabernaculo Cherubini auro elaborati, neque mentes sunt, neque intellectuales, neque cogitant, neque sensum habebant, nihilque horum sunt. Item vita et vi quavis atque efficacia carent; sed corpora sunt materialia, etiamsi illorum lamina de purissima splendidaque materia est. Ili ergo cum sint corpora, materiaque et forma constent, merito et conformantur et figurantur, unde fit ut neque absque corruptibilitate et mutabilitate sint. Cumque triplicem habeant dimensionem, quantitate praedita sunt, et mole ac qualitate comprehenduntur.

Praeterea in sanctissimis Cherubinis etiam motus est; moventur enim dum

intellectum exercent, et in amando Deo continenter constanterque sine pausa agitantur, et ad Deum indeclinabiliter tendunt, et divini radii splendores absque intermedio et ex primigenio fonte suscipiunt: tum etiam quia invicem concurrunt et recedunt, atque ad res sibi subiectas prodeunt, providendi causa et benefaciendi. Namque et egentes sui respiciunt, et manuducunt diriguntque ad divina ac sublimiora. Ceteroquin et stabiles in semet ipsis sunt, quatenus constituti sunt in immobili ad Deum respectu, et a suo eximio habitu constantiaque non discedunt, sed in eodem semper manent invariabili bono atque versantur. At vero his materialibus neque motus inest, neque processus sive intellectualis sive sensibilis, neque inclinatio ad aliquid, vel impetus aut voluntas; sed intransitivi sunt et immobiles; atque ut moveantur, alienis viribus indigent. Stant igitur ubi constituti fuerunt et collocati: neque hanc ipsam stationem ipsi sibi curarunt; sunt enim inanimes et *Gr. p.* 114. sine sensu, et homine indigent qui se statuat et firmet, ubicumque is demum volet. Iam veris Cherubinis sermo quoque inest: nam reapse sunt sermonales, non quomodo noster sermo est, physico vitali spiritu, per vocis organa prodiens articulatus, et aëris percussione formatus, atque ad audientium sensum ac susceptionem delatus; sed quia ipsi immateriales, incompositi, simplices, incorporei, inter se invicem circumaguntur, et mutuo cogitationes agnoscunt, et sermone tacito inter se intelligibilius communicant quam alio quoque exteriore sermone fit.

At isti nostri quia sunt ex aurea lamina, et exanimi materia irrationalique constant, irrationales sunt; et si de his ratiocinari velimus, irrationabiles nos videamur. Illi divinam lucem affluenter participantes, ad divinam speciem et imitationem quantum licet conformantur, atque ad similitudinem divini archetypi intellectualiter sublimique modo se intendunt. Isti vero splendorem illum tantummodo participant, quem ipsorum habet materia, dissimilem tamen habent ab archetypo formam. Et in illis nomen ipsum, eminentiam scientiae nulli creatae secundam demonstrat, nec non redundantem sapientiam (1), propter uberem ex divino fonte luminis diffusionem; unde vis contemplandi confit, quae ad omnimodae theoriae ac scientiae altitudinem mirifice extenditur, divinaque pulcherrima luce completur. Hinc ipsis etiam illucet primitus initiatio a divina potentia, ad praecognitionem procedentium illinc sapientium doctrinarum, ac theurgicae scientiae participes prout fas est effecti, divina multa et excelsa sublimiter cognoscunt; cibusque illis est simplicium beatarumque illuminationum splendor, qui proxime ipsis et primitus ex superno radio illucescit: atque ita excelsum supermundialium mentium, ceu Deo plurimum similes, gradum tenent. Unde et theologicae scientiae a sublimi Dei essentia participes in primis facti, eandem ad infra se positos deferunt. Sunt ergo divini silentii manifestatores, dum in se ipsis patefaciunt supremi omnium arcani ineffabilem naturam; divinamque bonitatem incessanter resonanterque sacro illo celebrant theologiae trisagio hymno. At enim hi nostri ceu manu facti, nudam so-

(1) S. Augustinus de diversis quaest. lib. II. 3. explanans illud Pauli I. Cor. XII. 8: *alii datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae*, ait: *in hominibus solet discerni a sapientia scientia; in Deo autem non sunt haec duo, sed unum. Et in hominibus quidem haec ita discerni probabiliter solent, ut sapientia pertineat ad intellectum aeternorum, scientia vero ad ea quae sensibus corporis experimur. Sed licet alius aliam differentiam proferat, nisi tamen diversa essent, non sic ab apostolo distinguerentur.*

lamque habent appellationem, nullaque consecratione aut scientia aliisve, quae dictae sunt, dotibus pollent. Insuper illi, supremae potestatis imagines sunt, arcanam et invisibilem lucem in se demonstrantes, et divinae illi quoad fieri potest assimilati, totumque divini fulgoris radium mire in se recipientes: idque fiunt consequenter per imitationem, quod ille est principaliter atque essentialiter qui communicat: nimirum sunt lumina secunda, hominum amantissima, speciei optimae, primariae lucis splendores puri immaculati, similitudinem cum prima splendentissima specie egregie prae se ferentes. Et quidem etiam agnoscunt, se non sua solum in-
Gr. p. 115. tellectualia, verum etiam sensibilia etsi non sensibiliter comprehendere, pro haerente sibi divinae virtutis scientia, immaterialiter et intellectualiter rebus agnitis. At hi ex auro facti, imagines sunt imaginum evanidae prorsus et dissimiles, multumque ab exemplari causa dissidentes. Nihil itaque sciunt. Qui enim possent, cum tales sint, atque ita se habeant? Etiamsi valde sunt elaborati atque politi, lucidosque splendores et fulgores scintillantibus radiis emittunt. Unde igitur et quam ob rem hi dicti sunt a te Cherubini, siquidem nullo substantiali modo supermundiales illas potentias participant?

Non est meus hic sermo, neque a me primo talis appellatio his excogitata fuit atque imposita. Moysis est Deum videntis et legis latoris haec vox, olim inventa, et a sacris litteris testimonium antiquitatis habens, quae fidem ei facile faciunt. Quod si verius dicendum est, Dei vox est proprio famulo mandantis, quo tempore prisci illius tabernaculi delineabat ei atque demonstrabat aedificium. Nam quia caelestium aliquot ordinum evanidas quasdam imitationes ac umbratiles similitudines figuris expressas tabernaculum habebat; " cura enim, inquit, ut omnia facias iuxta
* Exod. XXV. 40. ,, exemplar tibi in monte ostensum *; ,, ut se Cherubinorum quoque dominum communis Deus demonstraret; et quemadmodum absque ullo intermedio ac primitus illuminati, ministeria in caelestibus famulanter exhibent, et beneficos divinae providentiae fluxus ceteris infra se positis communicant, eodem modo in his quoque terrestribus per imitationem illorum quibus assimilantur, divina indulgentia factitatum comperitur. Hoc a legislatore curatum fuit, hac ratione opificium illud fuit ordinatum. Illinc enim visiones is excipiebat, qui Dei videndi compos fiebat. Iam enim ei commissa erat administrandi populi cura, ducatumque gentis et principatum gerebat. Scriptum est itaque in editis post arcam conditam mandatis, apud sacrum librum cui exodi (egressus) filiorum Israhelis titulus est, sic praecipiente
* Exod. XXV. 17. Deo *. " Facies et propitiatorium de auro mundo: duos cubitos et dimidium habebit longitudo eius, et cubitum ac semissem latitudo. Duos quoque Cherubinos ,, aureos productiles facies, eosque impones utrique lateri propitiatorii. Fiet Cherubinus unus in hoc latere, et Cherubinus item unus in altero latere propitiatorii. Facies, inquam ambos Cherubinos super latera illius. Et extendent Cherubini alas suas desuper, obumbrantes propitiatorium; et ipsorum vultus mutuo ,, respicient. Pones autem propitiatorium super arcam, et in arca testimonia quae ,, tibi dabo. Illinc ego tibi innotescam, tibique loquar de propitiatorio, de medio
Gr. p. 116. ,, Cherubinorum duorum qui super arcam testimonii erunt, iuxta omnia quae mandabo per te filiis Israhelis. ,,

Aures pandant surdi, mentem advertant amentes. Dei hae sunt voces atque

mandata. Neque est quod dicant: Moysis hoc fuit opus, humanus cogitatus, artis nostrae opificium; nam Deo volente ac praecipiente id actum fuit. Quis dubitet? Videant sane nullum heic esse aenigma, nihil obscurum, nihil obliquum vel in allegoriis positum. Hi inanimes, sensu vacui, prorsus immobiles, ex inanimi atque irrationali materia compacti, caelatura tantum et splendore materiaeque puritate et artificis sapientia praestantes, hi inquam eadem qua sanctissimi Cherubini, vivae scilicet, activae et perpetuo se moventes potentiae, appellatione ab universali Deo donati fuere: non Cherubinorum icones, non similitudines, non expressas figuras appellavit, sed eodem prorsus nomine usus est dum praeciperet Deus, puroque et diserto vocabulo Cherubinos nominavit. Pudorem incutiat incredulis, recusantibusque veritatem dictorum sectari, Cherubinorum nomen septies hoc loco usurpatum et pronunciatum, et honorabili apud inspiratam scripturam numero (1) insignitum; ut tum pronunciantis summa auctoritate, tum numeri nobilitate, res haec utrimque sit inviolabilis. Si ergo Christianorum instituta hi miseri respuunt, Iudaeos saltem imitentur, ne forte his quoque increduliores appareant et contumaciores. Numquam enim ausi sunt Iudaei Cherubinos idolorum nomine dehonestare, etiamsi divinae religionis saepe obliti, idola errore decepti coluerunt. Hi, inquam, honorabiles omnino apud eos venerandique fuerunt; immo adeo venerabiles, ut mortalium nemo metu ac religione ad haec sancta accederet; namque in priorem quidem tabernaculi partem ingrediebantur semper sacerdotes ad sacra facienda, quia pars haec adibilis erat multis ac facile patens. Veruntamen penetralia post illam, nullo pede calcari poterant, nisi quod pontifici maximo semel in anno ad legales ritus illic exsequendos ingredi licebat.

Ideo sanctissimae hae potentiae divino mandato figurantur. Idcirco eodem sanctorum archetyporum nomine appellantur, hi qui super propitiatorium constituti sunt aurei Cherubini; meritoque nobis exhibentur rerum forma carentium formae, et non figuratarum figurae. Ita ut recte dicendum sit, secundum edoctos a Deo patres nostros, inclytosque ecclesiae duces, quod cum sit impotens proportio nostra ad intellectuales theorias absque intermedio comprehendendas, egeatque propriis et naturalibus introductionibus, quae comprehensibiles nobis exhibent formas obiectorum sine figura ac supernaturalium; est utique hoc divinae bonitatis paternaeque erga nos providentiae beneficium, ut supercaelestium potestatum figuratis in symbolis mentem nostram sustollentibus demonstret beatitudines, materiali manuductione utendo ad suarum proprietatum imitationem et contemplationem. ꝯ At enim, *Gr. p. 117.* ꝯ inquiunt adversarii, concedatur sane tabernaculi Cherubinos a Deo suam acꝯ cepisse appellationem; undenam tamen ipsis gloriae maiestas adtribuetur? ꝯ Primo scilicet, quia Dei praeceptum est; quicquid autem mandat Deus vel facit, id est venerabile: nihil enim frustra aut vanum ab eo procedit. Hoc comperire quivis potest in ipsa cosmogonia expressum: " vidit enim, inquit, Deus; et ecce ,, omnia erant valde bona *. ,, Deinde quid ni sint hi gloriosi, unde Deus et ap- * Gen. I. 31. paret et agnoscitur? Quid enim divina statione gloriosius? vel quid illustrius locis, in quibus ipse ea qua vult ratione residet? Undenam Sinai monti gloria, et reve-

(1) Dicit *septenarium*, in sacris bibliis celebre, de quo peculiariter scripsit Philo.

rentia, atque accedendi interdictio conflata fuit? Cur Moyses dum terram a Deo
* Exod. III. 5. calcatam contingeret, audiit " locus in quo consistis, terra sancta est *? ,, iussus simul terrenis carnalibusque semet exspoliare; quod inter alia ostendit, calceamentorum detractio.

71. Cur, ut alia praetermittamus, Hierosolymorum veneranda sunt loca, in quibus diversans Servator et illa magna divina opera fecit, et passionem pro nobis pertulit, cur inquam omnibus amabilia et exoptatissima sunt? Quod autem nomen quoque quibusdam rebus impositum, nobilitatem impertiri queat et gratiam, au-
* Matth. X. 41. 42. diamus Dominum in evangeliis dicentem *: " qui recipit prophetam in nomine pro-,, phetae, mercedem prophetae accipiet. Et quicumque propinaverit uni ex his pu-,, sillis frigidae poculum, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non amit-,, tet mercedem suam. ,, Ergo etiam Cherubini dum idem ac illi caelestes nomen gerunt, gloriam quoque eorumdem participant. Discant hi profani et rudes contractam ex vi nominis gratiam atque efficaciam. Sic enim etiam sacra apud nos templa atque aedificia gloriosa sunt et venerabilia, quia Deo dicata, et quia nomen eius in his invocatur, simul illic comitante sanctorum reposita in iis memoria. Illud quoque animadvertendum, quod si illa quoque deteriore loco posita, nempe in priore tabernaculi parte, sancta nihilominus dicebantur, quum alia interius recondita sancta sanctorum vocitarentur, haec quae illis coëxistebant et connumerabantur, quanto meliore loco habebuntur et in gloria erunt? Quod si ignominiae heredes his contradicent, iam superest illis ut ne Moysis quidem faciem glorificatam existiment.

Cuinam ergo credendum? Moysi ne ac Paulo qui Dei videndi digni habiti sunt, et quibus sublimis theologiae mysteria concredita fuerunt, an istis qui ex fimo loquuntur adulterina et male olentia deliramenta, et ex spuria mente proiectos insanorum crepituum temerarios abortus? Si ergo Paulo non credunt, ita de his disserenti, utpote Christiani; si ne Moysi quidem, tamquam Hebraei; si denique nec ipsi Deo, ut Graeci aut barbari; multo his omnibus irreligiosiores et sine Deo sunt. Haec autem ceu per compendium disseruimus. Iam enim nonnulli ex his a fide apostatis, postquam haec ad exemplum imaginis Servatoris nostri a
Gr. p. 118. piis adsumpta fuerunt, conviciari simul et despicere hi Deo odibiles non distulerunt, maledicta multa effutientes, et omni irrisionum et contumeliarum genere res a Deo mandatas obruentes. Si ergo famulorum figurae, divinorum inquam Cherubinorum, nam et hi Dei famuli et creaturae apud magnum apostolum cunctosque recta religione imbutos habentur; si inquam hi praedictis modis gloriosi sunt et dicuntur; dicant nobis amentes isti cur omnium regnatoris, qui etiam Cherubinorum dominus est, et universae creatae rei dominator, sacra imago reprobabitur aut contemnetur? immo potius cur in honore summo ac gloria non habebitur? Profecto qui debitum maiori obiecto honorem subtrahit, neque illum saltem qui minori convenit exhibet, quantam meretur reprehensionem? Quid ni is summa nequitia plenus sit? Haec neque animo imbecillis et lingua impeditis, neque recte valentibus loqui, in mentem venit. Verum enimvero contumelia quoque omni haec adficere, id ne manifestae quidem insaniae morbo laborantes facerent. Attamen sacri Cherubini, cum simplices sint et inmateriales, sine specie ulla aut figura, ideoque

incorporei, loco sensibili circumscribi suapte natura nequeunt, sicut antea iam diximus. Nam si quandoque in corpore divos angelos apparuisse aliquis audierit, nihil aliud arbitretur, nisi quatenus tali cum specie ad sibi commissum ministerium incumbebant, terrae incolis consulendo; propterea quod invisibili natura praediti, symbolica sub figura conspiciendos se dabant. Qua ratione etiam in loco, quatenus non alibi oraculum reddunt atque operantur, existere dicuntur; nam ubique esse, solius divinae et omni notitiae imperviae Dei naturae proprium est (1). Id tamen, quominus angeli sint incorporei, non vetat. Nec certe oportet existimare, ferinis quibusdam beluinisve formis, vel alatis avibus, supermundialium virtutum substantiam esse exprimendam. Et tamen divinis nutibus, quia Deus sic voluit, cuius in conspectu omnia facilia ac levia videntur, et picti fuerunt angeli et ficti.

Christus vero Deus noster, qui paupertatem nostram sibi induit, atque hanc crassam materialemque de terra sumptam gestavit carunculam, corpus inquam humilitatis nostrae, servique formam sibi univit, corruptibilem, delineatam, et circumscriptam, cur non pingetur aut circumscribetur? Quatenus itaque apparuit similis nobis homo, et in corpore incolis terrae conspiciendum se obtulit, et conversatus est, utique pingitur et figuratur, quum nullus modus cogitari possit, quo unita ei semel hypostatice caro, picturae causa, separari ac dividi a divinitate valeat, quantumvis stulti hi in infinitum delirent. Nam quae ratio id coget? Profecto id fieri naturaliter posse, numquam demonstrabitur. Aut sic oporteret sane Verbum pati carne patiente, et hac circumcisa circumcidi, et commori, et alia huiusmodi, quae passibilis mortalisque naturae sunt propria, propter unionem patietur. Quo quid esse potest irrationabilius, aut irreligiosius? Vel sibi imaginentur ab eo sumptam Gr. p. 119.
diversam a nostra naturam, ut nullatenus cum eo communicantes, desperata ipsis et impossibilis salvatio fiat. Vel phantasticam ac simulatam, iuxta Manichaeorum deliramenta, quibus obsequuntur, dicant fuisse incarnationem pro sua insania, eamque demum pernegent. Quid? Nonne apud omnes orthodoxos Christianos, iam inde a divinae apparitionis salutarisque incarnationis primordiis, pingitur Christus ac figuratur, ut facta et ipsa veritas ostendunt? Id testatur etiam praeteriti temporis longitudo, et innumera tum artificum tum opificiorum multitudo, omnium oculis obiecta pie oppido et summo cum decore, tantum manifeste non inclamans cunctorum auribus, Servatoris erga nos patratam bonitatem, et incarnationis eius et condescensionis ostendens mysterium, neque secius docens quam sacrum evangelium; tum et sanctorum clara facinora et admiranda certamina ipsorum praedicans, et eorum qui haec abolent perversum animum et incredulitatem publice vituperans. " Cuncta enim conspicua sunt intelligentibus, et recta his qui scientiam in-
,, venerunt *. ,, * Prov. VIII. 9.

Quis vero tam miser est et animo caecus ac stolidus, ut huic tam clarae limpidissimaeque veritati contradicere velit? Quomodo, postquam talem appellationem (imaginis Christi) pictura habet, non sit veneranda et glorificanda? Haud quippe absurdum sit hanc Christi nomine indigitare, veluti Cherubinos illos. Quaenam ratio sic eam denominare vetat? Namque ibi spectantibus Christi nomen occurrit, et

(1) Augustinus serm. LII. 15: *ultra locos corporales est divinitas; nemo eam tamquam in spatio requirat. Ubique invisibilis et inseparabiliter adest.*

ipsam formae eius similitudinem habet, quantum pictoris manus ingenio suo et artis pictoriae adiumentis consequi potest. Nobis vero etiam aurei Cherubini iuxta apostolicam vocem honorandi sunt, et de his sermo, brevis et circumscriptus, hoc loco concludetur. Verum ille de his stultis hominibus adhuc abundans et vigens ulterius provehetur. Nam mirari valde meritoque heic quoque licet dementiae atque insaniae magnitudinem, quod neque ipsa factorum natura et evidentia, neque res apud omnes concorditer in confesso, et in communi sensu minime ambigua, nondum illis necessarium consensum suaserunt. Nam si quid rectae sententiae iis inesset, et si ignorantiae crassitudinem perrumpere possent, necesse foret ex aperte patentibus, et sub omnium sensum cadentibus, de proposito hoc cogitantes, veritatem agnoscere, et opinionem rectam amplecti. Sicut enim delineationes videre est multo deteriores non archetypis tantum, verum etiam coloratis picturis, et a splendidis vividisque tincturis decus habentibus; ita si invicem opponamus Cherubinos qui relative tantum spectantur, et analogia (1) quadam utentes cogitemus, eos umbram tantum habere legalem, non autem ipsarum rerum iconem, et tamen honorabiles esse et sanctos iuxta apostolicam doctrinam; cur non magis haec quae plura
Gr. p. 120. continent, sacra nostra inquam, quae ipsam veritatem in se gestant, cur non multo honorabiliora et gloriosiora sint? Sed hi stulti, ne pari quidem, ac illa vetera, honore dignantur. Adeo absunt a melioris utilisque sententiae delectu! quandoquidem etiam contrariorum absurde potius gaudent optione. Hi nimirum stultitia sua et errore praepediti, comparandi sunt iis qui profunda nocte asperam et arduam multisque spinis sudibusque refertam terunt viam, quibus utique usuvenit ut infinitis prolabentis caecitatis periculis et intolerandis doloribus adfligantur. Sic et isti incredulitatis inscitiaeque suae caligine circumfusi, pluraque offendicula blasphemiarum et iniuriarum incurrentes, quae ipsi tamquam lapides contra Servatoris humanationem iaciunt, peccati aculeis animas suas, utpote qui ad rectissima verae religionis dogmata caecutiunt, sine dubio vulnerant.

72. Sed enim de rebus Moysis aliorumque priscorum, hactenus; atque ad alia multis post saeculis, Iudaeorum rebus florentibus, insignia nunc transeo. Gloriosum fuit Salomonis templum; quis neget? quoniam et Dei domus erat, et eo iubente aedificatum. Quale inquam fuit sapientis potentissimique regis ornatissimum et celeberrimum aedificium? Quomodo enim aliter se haberet Salomonis opus? Munificentia enim et opibus et impensa plurima utens, ad famae suae gloriaeque digna studia incumbebat. Deinde vetere hoc destructo; illud quod postea suscitatum fuit, gloria et structurae maiestate ceteris illustrius visum est, quam rem propheticus ser-
* Agg. II. 10. mo testabitur *: " magna enim, inquit, erit gloria domus huius novissima, prae illa ,, priore. Et hoc in loco pacem dabo, ait Dominus omnipotens, et pacem animae ,, ad acquisitionem omni aedificanti, ob hoc templum suscitandum. ,, Sic ergo locutus divus propheta, comparativa dicendi figura usus, docuit nos, confirmans prioris quoque templi gloriosam fuisse structuram. Postquam enim insaniit peccavitque adversus creatorem benefactoremque Deum priscus populus israheliticus, data sibi a Moyse constituta negligens, vitaeque iniquae genus Deoque absonum pro legali

(1) Exciderunt, typothetae incuria, graeca aliquot verba quae ita se habent: ἀναλογίᾳ τινὶ χρωμένους, ἐννοῆσαι ὅτι σκιὰν ἔχοντα τοῦ νόμου.

elegit, divinam contristavit iustitiam, ideoque supernae irae molestos expertus est effectus, et poenas peccatorum luit. Hostes enim diversis ingruentes temporibus urbes cum incolis diripuerunt. Quapropter sub barbaris hostibus constituti, et a patriis ritibus submoti, alienam regionem habitare captivi coacti sunt. Supremas itaque poenas dederunt, cum eos invasere Babylonii, et conspicua illa famosaque urbs post expugnationem eversa fuit, eiusque pulcherrima et optima aedificia barbarici ignis praeda fuerunt, et regia palatia, et nobile Salomonis templum simul periere, eiusque res sacrae profanis hostium manibus distractae sunt. Verumtamen divina impetrata clementia captivi, postquam superne ipsis praefinita iam exegerant captivitatis tempora, vinculis sunt emissi, libertatemque denuo receperunt, et patrium solum incolumes recuperarunt, propriisque ducibus atque principibus, iuxta praevias prophetias usi sunt; quo tempore et Zorobabel Salathielis filius, et Iesus item Iosedeci filius qui magnus veluti pontifex dicebatur, populo cum imperio praeerant. Tunc igitur his a Deo per propheticam vocem mandatum fuit, ut omni studio et alacritate et urbem excitarent, et templum construerent. Et quidem ilico ac sine mora res continuo decursu perficiebatur, quia et tempus favebat, et Persarum liberalitas opes suppeditabat, et aedificantium studia calebant, ceu qui nuper caram patriam receperant. Templum ergo illud ita absolutum fuit, atque ut unicum gentis in admiratione erat, atque ad id ex universo orbe Iudaei confluebant, ibique sacrificia fiebant, et universae religionis cultus intra illud concludebatur, sic Moysis lege sanciente. Quae autem ibi peragebantur, nonnisi animalium brutorum caedes erant, sanguinis effusio, aspersoriae purificationes, cinis vitulae inquinatos mundans. Etenim crassae litterae serviebant, non autem spiritalis contemplationis curam tunc gerebant. Nihilo tamen minus templo illi honor deferebatur. *Gr. p. 121.*

73. Nostra autem cum talia tantaque sint, quanti ab hostibus veritatis aestimentur, rursus consideremus. Cum enim tempus adfuit, quo divina servatoris nostri Christi gratia appareret, et templum sanctum sanctorum a crucifixoribus dissolutum est, et post triduum resurrexit, et universus divinae humanationis peractus fuit scopus, praeterieruntque vetera et subinducta sunt nova, recessit umbra, successit veritas: erant enim illae figurae omnes et praesignificationes; tum dilapsum est templum, desiit gloria, finem cultus accepit, perempta fuit sacrificiorum lex, brutorum animalium sublatae sunt victimae, cessavit sanguinis effusio, evanuit fumi nidorisque insuavitas: atque ut omnia simul dicam, prisca illa antiquata sunt et senio confecta. Quod autem antiquatur et veterascit, quò desinat exploratum est. Hi ritus, quandoquidem nova immolatur hostia, loco omnium et prae omnibus subinducta, ac pretiosus sanguis immaculati agni pro omnium effusus salute offertur, hi inquam ritus iam silentio premuntur et evanuerunt. Quod si haec vetera iam destructa, tamen gloria abundant, illa quae secundum recentem gratiam veritatemque sunt, quid ni sint illustriora, multoque magis gloria et veneratione praestantia? At idololatricae insaniae principes, fraude sua et vecordia perciti, ne comparari quidem haec cum illis volunt pro sua stultitia, sed contra a veritate prorsus divertunt, atque ad proprium et dilectum mendacii errorem inconsiderantissime impulsi feruntur. De nostris enim templis quid opus est verba facere, quam ea sint plurima et maxima? quorum nonnulla et pulcritudine et mole priscum illud supe- *Gr. p. 122.*

rare, testantur ea quae oculis subiecta sunt, et in toto terrarum orbe dispersa: quorum si quis numero comprehendere multitudinem velit, maris arenam se numerare incautum sentiet, vel fluctuantes undas recensere. Quanta autem gratia et sanctitate copiose affluenterque fulgeant, id ne comparari quidem antiquo illi licet. Atque hoc rerum veritas ostendit. Verum hi tam eximia, et gloriosis gloriosiora, ac mirabilibus mirabiliora ignorant prorsus. Cur vero, aut quomodo? quia inter sanctum et profanum non distinguunt, neque intelligunt nullam esse conventionem Dei templo cum idolis, neque luci cum tenebris communionem. Idcirco obruti sunt iniquitate atque impietate sua, " cogitaverunt et locuti sunt nequitiam, iniquitatem
* Ps. LXXII. 8. ,, contra excelsum locuti sunt *: ,, nihil magis in mundo quam turpem voluptatis morbum exspirantes, vel lingua impudenter in idolorum amore insanientes; cuilibet autem honesto consilio aures omnino oppilantes, ne evangelica quidem verba audire sustinent, quibus Pharisaeos cum divis discipulis propter legales observationes ex-
* Matth. XII. 5. postulantes Servator increpabat dicens *: " aut non legistis in lege, quod sabbatis ,, sacerdotes in templo sabbatum violant, et tamen sine crimine sunt? Dico autem
* v. 42. ,, vobis, quia templo maior est hic. Item * dico vobis, quia regina austri surget in ,, iudicio adversus generationem hanc, et condemnabit eam; quia venit a finibus ,, terrae audire sapientiam Salomonis; et ecce plus quam Salomon hic. ,,

74. In primis autem animadvertendum est, dictionem " plus hîc ,, singulis his effatis adiectam, haud localem aliquam notionem prae se ferre, sed denotare potius quantum praestent atque excellant novae res a servatore nostro Iesu Christo humanatione sua peractae, quamque sint incomparabiles prae mirabilibus illis quae sub Salomone ceterisque veteribus extiterunt: quam denique eas superent pragmaticis praerogativis, de quarum praestantia et nobilitate saepe dictum est. Ab his enim nobis divina incarnationis mysteria sunt tradita, caelestia terrigenis revelata, omnis idolicus et diabolicus error undique profligatus. Quid aliud demum, nisi Deus cum hominibus versans? quo quidem quidnam maius aut excelsius fieri potest? Quod si de loco etiam quis cogitet, quinam melior aut divinior quam ille UBI DEUS IN CARNE ADEST (1)? quorum nihil prisca illa habuerunt? Sed quamquam haec ita se habent, et mirabilibus mirabiliora ut ita dicam sunt; incredibile tamen est, quot quantaque ab evangelii hostibus nunc excogitata fuerint et iactata. Sane hi rursus
Gr. p. 123. Deum oppugnent, hi incarnationis mysterium ludibrio habeant, hi salutis nostrae caput contemnant atque irrideant, hi contumeliis dicendis semet oblectent. Etenim idolico errore animas suas refertas gerunt. Digne igitur atque iustissime generatio incredula et adultera reputabuntur, utpote qui amicam fraternamque pharisaicae impudentiae et amentiae sententiam et incredulitatem habent. Nam si vetera illa et peiora, honorabilia fuere, cur non oportet nostra haec nova suffragium obtinere melius atque praestantius, et gloria atque honore digna censeri, qualem reapse merito a vere religiosis hominibus consequuntur? Illud quoque animadvertere par est, nempe vetus illud templum ita divinis nutibus fuisse aedificatum, etiamsi a salvatis hominibus male id negligebatur.

Spectemus autem quid universali Deo desertum humique prostratum vetus il-

(1) Vides heic etiam Nicephori testimonium de Christi carne in nostris templis sub eucharistico velo conservata.

lud intuenti videatur. Valde obiurgat Iudaeos, et cum segnibus ad aedificandum expostulat prophetae voce, gravesque minas intendit. Quaenam vero hae? Paucas memorasse, pluribus relictis, non alienum scopo fuerit. Sic enim scriptum est *. * Agg. I. 9. seq.
„ Quamobrem haec dicit Dominus omnipotens: quia domus mea deserta est, et vos „ festinatis unusquisque in domum suam, propterea retinebit caelum rorem suum, „ et terra germina sua subtrahet. Et adducam gladium (1) super terram et super „ montes, et super triticum, et super vinum, et super oleum, et quaecumque pro- „ fert humus, et super homines, et super iumenta, et super omnes labores ma- „ nuum vestrarum. Et audivit Zorobabel filius Salathielis de tribu Iudae, et Iesus „ filius Iosedeci sacerdos magnus, et omnis reliquus populus vocem domini Dei „ sui, et verba Aggaei prophetae, sicut misit eum dominus Deus ipsorum ad eos, „ timuitque populus a facie Domini. Et dixit Aggaeus: nuntius Domini ad popu- „ lum ego sum apud vos, dicit Dominus. Et suscitavit Dominus spiritum Zoro- „ babelis, filii Salathielis de tribu Iudae; itemque spiritum Iesu filii Iosedeci sa- „ cerdotis magni; et spiritum reliqui universi populi; et ingressi sunt, et faciebant „ opus in domo Domini omnipotentis. „

Atque hae quidem priscis hominibus, et ad templi opus segnibus minae intentatae fuerunt; simulque ad illud postea naviter incumbentibus alia promissa sunt. Nunc vero quidnam continget his, qui adeo aedificare non satagunt, ut vastare potius ac destruere festinent, quae splendide, ornate, religioseque fuerant condita? neque unum templum sed innumera; non illud templum cruentis victimis refertum, suffitibus et panibus focaciis, adipisque nidoribus redolens, quod litterae servientibus et adhuc carnalibus et terrenorum amore devinctis traditum erat; sed templa nostra spiritali cultu, sacrificiis laudis, quibus Deus gaudet, redolentia; quae spiritu Dei manuductis, et caelestium rerum studiosis sunt adsignata. Si ergo Iu- Gr. p. 124. daeis illis minora peccantibus irascitur minaturque Deus, quid ni his qui in gravioribus peccatis et offensionibus deprehensi sunt, iratus ultor erit, et plures atque acerbiores poenas imponet? Similiter per alios quoque sanctos prophetas, divinae domus ministerium negligentes universalis Deus obiurgat, unde patefit impeditos esse nubium partus, terram fieri sterilem, tumultus populares conflari, vim similiter punientem, gladium caedentem, cuiusmodi fieri solent in seditione civili et hostium incursu. Heic opportune proverbialis quoque sermo ingemiscet: o qui gaudetis in malis, et laetamini in iniqua perversione *! * Prov. II. 14.

75. Sed iam ad columen irreligiosae ipsorum sententiae veniamus. Quodnam vero hoc est? Nempe quod dominum gloriae Christum ac Deum nostrum divinitatis dignitate spoliant, paternaque gloria aperte expellunt, simplicemque tantummodo hominem, unumque de nostro numero, esse sinunt; nullo modo nos a divina eius humanatione adiutos neque salvatos praedicantes, aut antiquae maledictioni subductos, et diabolico errore ac dominatione liberatos, sed priore seductione adhuc irretitos, atque idolorum cultui addictos, denique creatoris ignoratione adhuc

(1) Graecus textus τῶν LXX. μάχαιραν, etiam in textu vaticano, quem sequuntur syrus et arabs. At lat. vulg. melius *siccitatem* cum hebr. et chald.; cuius lectionis et varietatis causam eruditam recitat S. Hieronymus in commentario ad Aggaei locum cit. Valet heic divi Augustini dictum serm. V. 5: *de Iudaeorum codicibus certi aliquid cognoscitur.*

laborantes. Huiusmodi enim tenebris impietatis rursus obumbrantur, cum circa miseram incircumscripti phantasiam tricantur, ut omnino a salutari fidei professione devii, uno aliquo modo adversus verae fidei summam peccent; et quidem e tribus uno; nempe Christum aut nescivisse, aut noluisse, aut non potuisse salutem conferre; quorum quodlibet de Christo pronuncietur, is quidem in divinitatis maiestate laeditur. Nam si ex his uno destituatur, Deus non est. Haec autem dicta ne in Unigenito quidem ipso blasphemiam sistunt, sed ad ipsum supremum Deum patrem, quin etiam ad sanctum Spiritum, prout consentaneum est, excurrunt. Quia patri quidem placuit salutaris Verbi ad homines inclinatio, Spiritus autem ei cooperatus est. Fuisset vero patris beneplacitum reprobatum, inefficax autem Spiritûs cooperatio: denique et apostolica praedicatio extincta. Porro haec vel in mentem tantummodo admittere, summi atheismi foret, nedum confiteri aut docere.

76. Iam quum multa hinc appareant absurda (est enim maxima et summa impietas) paucis dictis plura omittemus. Nam si salvare nescit, multo minus ex non existentibus producere scivit. Quod si non produxit, ne bonus quidem est. Si enim non salvavit, neque producere eum oportuit; qua enim re proderit producto, nisi salvet? Quod si non est bonus, ne Deus quidem, neque aliud quidvis erit. Nam producere, boni officium est. Quomodo autem qui salvare nescit, ignorantiae infirmitatem vitabit? Aut in quo differet a creaturis, si aliquid ignorat? Etenim non solum Deus non erit, sed et creaturis inferior videbitur: siquidem prophetae et
Gr. p. 125. alii viri inclyti, multa praesentia et futura superno lumine cognoverunt; quibus hominibus, si certe ignoravit, prorsus minor erit. Et si quum Deo patri filius Deus
* Ioh. XVII. 10. dicat: " mea omnia, tua sunt; et tua, mea; et clarificatus sum in eis *; ,, si forte aliquid de rerum summa ignoret, necesse est id a patre quoque ignorari; quod quidem prae ceteris absurdum est et irreligiosum. Deinde, vel naturaliter scientia caret, vel ab alio quovis per vim fuit illa spoliatus. Si ab alio quidem violenter scientia privatus fuit, erit ille alius animosior et fortior. Sin naturaliter ignorat, numquam postea sciet. Nam quae naturaliter alicui insunt, per se quidem existentia, non exterius invecta, non mutant congenita. Est quippe naturae proprium, ut in physicis qualitatibus sit immutabilis. Igitur numquam ipsis spes salutis erit, nisi in alio fuerit reposita. Nam qui nunc salvare nescit, neque in posterum sciet. Quomodo ergo innocentes erunt et impunes, dum in Agnoëtarum impiam haeresim inciderunt, qui putant nescisse Christum horam ac diem, quo universi huius orbis
* Matth. XXIV. 36. finis erit *? quod quidem ob suam humanitatem testandam Servator divis discipulis aiebat; vel prodere distulit, quia haud utile ipsis erat id audire ac rescire; quoniam haud aequa sciscitati fuerant, et maiora capacitate sua discere volebant; vel quia prudenter maluit simulare se nescire, quam scientiam fassus et tamen celans, eos contristare; vel denique aliud quid utiliter et prout Deum decebat animo versans. Nam certe ipse cum Deus esset et Verbum atque Sapientia, rerum omnium exploratam habebat notitiam. Nil autem mirum, si hi magistros suos arianos in cunctis sequentes, in hac quoque impietate adsectantur. Nam praeter alias impietates, haec quoque grandis illorum irreligiositas est, quod de ignorantia Christum accusant.

77. Quod si salvare sciens, tamen noluit, invidiae ipsi passionem adspergunt, quod priore vitium multo est atrocius. Quomodo item Deus est, si quid patiatur?

Nam passioni consectanea est mutatio: qui vero mutatur, idem et status diversitatem experietur. Quomodo autem Deus, qui diversus fit? Quod si noluit salvare, cur ex non existente produxit? nam quos salvare noluit, ne producere quidem debuit. Nam si producit quidem, sed non salvat, quasi facti paenitentia ita se gerens, contrarius ipse sibi videbitur. Quomodo id, inquam? Nam si producere, boni proprium est, id ipsum et salvare. Nam corrumpere et perdere, haud boni officium est sed mali. Contrarium autem bono malum est. Porro circa unam eamdemque rem, eodemque momento contraria simul coëxistere, impossibile est. Quomodo autem in Deo fiet, quod ne in creaturis quidem comperire est? Multis enim placet utrumque, et facere scilicet et curam facti gerere, et salvandi conservandique causa studia expromunt et vires. Nisi forte his etiam inferiorem Filium dicunt. Quomodo demum causa bonorum dicetur, si praecipuum bonorum, id est salvare, nolit? Praeterea si non vult salvare, ne providus quidem est; nam quibus providebit, si salvandus desit? Nam providentia, in aliquem necessario tendit. Porro si providet, nolens salvare, ipse sibi adversabitur. Hoc autem nihil aliud erit, nisi quod vult, nolle. Tum nisi providet, bonus non est, neque cum re qualibet sua communicabit, adeoque ne causa quidem rerum erit. Sublata igitur providentia est. Providentia vero sublata, quomodo res humanae consistent? Et si forte alia creatura sit; neque rerum existentium ordo, neque harmonia neque symmetria accedet; undenam rerum ordinata et analoga successio, providentia sublata? Quomodo frugi homines gloria donabuntur, mali autem poena adficientur? et peccata redarguentur, recte facta commendabuntur? Vanae fient leges et divinum tribunal; perit regnum et gehenna, illud bonis, haec autem malis parata: neque iam bonum aliquid videbitur ac laudabitur, neque malum quicquam censebitur aut damnabitur. Confusio itaque, et omnium rerum cinnus. Quod si dicant esse providentiam, utique si creator non providet, necesse est aliam causam eius providentiae adsignare, a qua res providenter administrentur. Atque hanc causam, vel similem esse creatori, vel contrariam. Si similis est, iam alterà non est opus: sin contraria, contraria autem invicem perimunt et repugnant, quomodo quidquam in rerum natura subsistet aut salvabitur? Quid porro haec different a Manichaeorum atheismo, qui duo impie invehunt principia? Quod si Deus sciens et volens non potuit salvare; hoc quidem ei accidit vel physicarum virium et efficaciae impotentia, atque ita prae ceteris infirmus erit. Vel ab alio prorsus prohibetur, ac tyrannide urgetur, atque ita minor viribus erit, et eum a quo prohibetur fortiorem atque illustriorem esse constabit. Sed enim illum potius divinam obtinere maiestatem confiteamur, blasphemia autem in caput hostium Christi recidat. Namque impotentia in Deo non est. Alioquin non a salvando solum prohibebitur, sed et reliqua Deo congrua gloria, quod isti impie contendunt.

Gr. p. 126.

78. Quae itaque ex impiis horum sermonibus consequuntur, nequitiae et irreligiositatis plena, compendio veluti dicta, haec sunt; ne si diutius iis immoremur, nos quoque cum ipsis peccare videamur. Haec igitur iam omittentes, et vomitus ipsorum insuavitatem molestiamque abominantes, ad verorum dogmatum rectitudinem veritatisque lumen convertamur. Confitemur itaque, et magna voce praedicamus, Christum suapte natura Deum et Dei filium; qui ad creaturarum modulum

ob eximiam suam bonitatem se demisit, sciensque et volens ac potens salvare, reapse nos salvavit, et diabolica fraude eripuit, nobisque divinae notitiae donum largitus est; quumque sit Dei patris sapientia, nihil omnino non scit: omnium siquidem est creator, nullaque eius creatura extra eiusdem cognitionem est. " Deus enim, in-
* Prov. III. 19. ,, quit scriptura *, sapientia sua terram fundavit, paravit caelos prudentia sua. Et
* Ps. CIII. 24. ,, omnia prorsus sapienter fecit *. Atque in ipso sunt thesauri omnes sapientiae et
* Coloss. II. 3. Gr. p. 127. ,, scientiae absconditi *. ,, Ipse sapientiae dator, ipse omnem rationalem naturam scientifica vi sua facit sapientem, quia sapientiae eius atque intelligentiae non est
* Ps. CXLVI. 5. * Ioh. XVI. 15. numerus *. Quod si ipsemet ait: " omnia quaecumque habet pater, mea sunt *; ,, et, sicut novit me pater, ego quoque ipsum agnosco; et, nemo novit patrem nisi
* Matth. XI. 27. ,, filius *; ,, qui, inquam maxima omnium novit, certe nihil minorum rerum ignorabit. Namque aliter existimare aut credere, non blasphemum tantummodo est, sed etiam impossibile. Qui ergo omnia ante quam fiant novit, a cuiusnam rei scientia excludetur? Ergo etiam salvare, et quidem in primis scit. Hinc ab omnibus, qui Deum cognoscunt, una voce concorditerque Servatoris nomen ei adtribuitur. Id quippe significat Iesu quoque nomen, quod ex rei veritate vim firmitudinemque accepit.

Quod autem salvare sciens, velit etiam revera salvare, id his persuadeant pri-
* Ps. CXIII. 3. mum verba * " omnia quaecumque voluit Dominus, fecit in caelo et in terra. ,, Deinde, quia patris antiquam veramque voluntatem, quae salvandi est, exsequutus est magni consilii angelus, cuius voluntas nihil a patris voluntate differt; immo ipse potius illa voluntas est, sicut etiam sapientia et virtus et similia. Quid ni enim
* Ioh. X. 18. voluntarium ei salvare fuit dicenti *: " animam meam a me ipso pono; et potesta-
* Ioh. X. 14. ,, tem habeo iterum sumendi eam? Pastor bonus sum *, qui animam pro ovibus ,, pono. ,, Quomodo autem, nisi salvat, haud vult mortem peccatoris, sed ut con-
* Ezech. XXXIII. 11. vertatur a via sua prava, et vivat *? Ideo salvare volens, simul providet. Ergo providentia usque ad extrema, convenienter rei unicuique, pertingit. Id demonstrat sensus ipse, et congenita nobis lex et ratiocinium, quo res considerantes, illarum ordinatam harmonicamque dispositionem cognoscimus, situmque et motum, unde consentanee creatoris magnitudinem hymnis celebramus. Quod vero sciens volensque salvare, id simul possit, quis est ita furiosus aut mente captus, et incredulitatis crapula mersus, ut non credat? cum dicentem audiat: " Christum Dei sicut
* I. Cor. I. 24. * Ps. CXLVI. 5. ,, sapientiam, ita et virtutem *. Et, magnus Dominus noster, et magna virtus eius *.
* Ps. LXVII. 21. * Ps. XXIII. 8. ,, Et, Deus noster, Deus salvos faciendi *. Et, Dominus fortis et potens *. Et,
* Ibi v. 13. * Is. XL. 10. ,, Deus virtutum *. Et, ecce Deus noster cum fortitudine venit *. Et, brachium
* Ps. LXXXVIII. 14. ,, Domini cum potentia *. Et, num manus mea non potest eripere? Et, nonne
* Is. L. 2. possum liberare vos *? Et, qui fecit terram viribus suis, qui construxit orbem sa-
* Hier. X. 12. ,, pientia sua, et prudentia sua caelum extendit *. ,,

* Ioh. I. 3. Quomodo igitur sit incolume illud " omnia per ipsum facta sunt * ,, nisi potest salvare? Nam si salvare nequit, neque ex nihilo omnia facere. Et illud: omnia per ipsum et in ipso condita sunt. Et, ipse est ante omnes. Et, omnia in ipso
* Coloss. I. 16. 17. * Hebr. I. 3. constant *. Quomodo item portat omnia verbo virtutis suae *, nisi salvare potest?
Gr. p. 128. quomodo fortem alligabit, eiusque vasa deripiet? Quis ille beatus solusque dynasta? Quis, inquam, hic est, nisi quem angelus cum pastoribus nobis nunciat " quia na-

,, tus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate Davidis *? ,, Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit nos; qui et scit et vult et potest nos salvare. Haec nos confiteamur et credamus, et in omne tempus firma apud nos esse precemur. Quomodo ergo, ne per multa verba discurrentes extra debitos fines feramur, hi sacrorum dogmatum rectitudini adversantur, et affectùs erga res mundanas oestro perciti, ad irreligiositatis asperam arduamque viam vesane se transtulerunt? " Tales enim sunt viae operantium iniqua *; quia nisi cre-,, dideritis, ne intelligetis * quidem, prout scriptum est. ,, Propterea et hi quia non crediderunt, mysterii Christi virtutem non intellexerunt. Et quia " prope est ,, tibi verbum fidei, in ore tuo et in corde tuo *. Sed noluerunt. Porro dedit il-,, lis Dominus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non ,, audiant *. ,, Ideo non cognoverunt, impossibile esse sine fide placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit *.

* Luc. II. 11.
* Prov. I. 19. gr.
* Is. VII. 9.
* Deut. XXX. 14.
* Rom. XI. 8.
* Hebr. XI. 6.

79. Est itaque fides, inquit scriptura *, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Sed quicumque Spiritu Dei acti, firmamque et stabilem ad omne opus optimum mentem habentes, agonale veluti bonae voluntatis praemium fidem habentes " fide intelligunt aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invi-,, sibilibus visibilia fierent *; ,, sicut harum rerum magistro videtur. Fide enim, inquit, Abel Dei testimonio iustus fuit, itemque Noë et Abrahamus et Moyses; et post illos alii aeque sancti eadem hac fide Deo placuerunt; quorum alii regna expugnaverunt, promissa sunt adepti, et igni feris bellisque superiores evaserunt. Alii lapidati sunt, flagellati, et per omne asperitatum experimentum traducti, invicti manserunt, firmique in fide comperti sunt. Porro neque promissa retulissent neque iustitiae testimonium habuissent, nisi credidissent. Fide mare dividitur, sol sistitur, flumen suspenditur, moenia sponte corruunt, et quicquid aliud fide audimus recte effectum. Qui vero in contrarium transversi, et in infidelitatis lubricum abducti, longe a sanctitate depulsi, et ab huius perfectione prorsus devii sunt, " hi * tamquam parvuli fluctuant, et omni vento doctrinae circumferuntur, in ne-,, quitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, in vanitate sensus sui ,, ambulantes, tenebris obscuratum habentes intellectum, et alienati a vita Dei, ,, per ignorantiam quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum. ,, Quamobrem neque ad fidei unitatem pervenerunt agnitionis filii Dei, more illorum incredulorum mente et animi habitu, quibus iuravit Deus non esse ingressuros in requiem eius * propter suam incredulitatem. Merito itaque a Servatoris discipulo damnabuntur ceu duplices animo, inconstantes in omnibus viis suis; procellae maris similes ventis agitati et convulsi *. Quibus etiam semet adfligere et lugere ac plorare mandavit, risumque in luctum, et gaudium in tristitiam, convertere *. Sed tamen haud propter istorum infidelitatem atque impietatem fides nostra reprehendetur, neque propterea sacrae scripturae deserendae sunt.

* Hebr. XI. 1.
* gr. μὴ ἐκφαινομένων.
* Ephes. IV. 14. seq.
Gr. p. 129.
* Ps. XCIV. 11.
* Iacob. I. 8.
* Idem V. 1.

80. Sed quia scripturae sacrosanctae sunt, et fides nostra recta atque irreprehensibilis, isti autem ad veritatis lumen respicere aegre queunt, ceu oculis laesi ad radiorum splendores, et auribus laborantes ad sonores ac strepitus semper moleste se habent, propterea damnati sunt et a Christianorum numero exclusi et alieni.

Sed age horum infidelitas clarius adhuc ostendatur, studio nostro ac sermone ex auctoritate prolata oraculorum apostoli consarcinato. Nam qui omnibus omnia factus est, dum fidelium vitam ordinat, sicut alia omnia quaecumque vitam salutemque suppeditant adhibuit, ita etiam ex ciborum usu similitudinem sumens, mores illorum atque instituta complanat; quominus his absurde utentes, in malum exitum vergant, cum haec imperfectioribus, fideque recenter imbutis evangelica, scandalorum occasio fiunt, unde hi pereant propter quos Christus mortuus est; atque adhuc infirmioribus impedimento forent ad perfectionem, mentemque eorum nondum satis purificatam prorsus ostenderent. Quod quidem in iis usuveniebat qui de circumcisione crediderant, atque adhuc ciborum distinctionem, mosaicorum institutorum alumni quodammodo observabant. Ait igitur *: " scio et confido in do-
* Rom. XIV. 14.
,, mino Iesu, nihil esse inquinatum per ipsum, nisi ei qui existimat quid inqui-
,, natum esse, illi inquinatum est. ,, Sic autem rem se habere, egregie nos docet evangelicum quoque oraculum dicens *: " quod non quae intrant per os coinqui-
* Matth. XV. 11.
,, nant hominem *. ,, Mittamus nunc dicere quae divo Petro sunt revelata, quum quatuor suspensum angulis demissum ad se vidit linteum, voce simul adsonante, ut surgens occideret et manducaret quae ibi erant. Eoque renuente, quia illa videbantur immunda, et ab insueto cibo ipse abhorrebat; denuo oraculum respondisse, nihil horum esse inquinatum quae Deus purificaverat.
* Act. X. 11. seq.

His prolatis auctoritatibus, consideret unusquisque quonam immunditiae et probri, dogma ipsorum adulterinum provehatur. Nam si quae in ventrem inferuntur, et deinde per fabricatos a natura secernendo idoneos, exeunt secernunturque meatus, nemo sacris doctrinis imbutus, et veritatis non ignarus, inquinata et immunda existimabit, quod ad ipsorum naturam adtinet; sed eius inquinatur potius et foedatur anima, qui aliquid inquinatum esse putat nobis a Deo permissorum, voluntaria scilicet fidei laborans infirmitate, et in veritate vestiganda claudicans, propterea quod falsam gerit de his opinionem, et ciborum distinctione distrahitur. Iam vero quae dominici corporis imaginem nobis exhibent, atque in memoriam divinae salutarisque eius incarnationis inducunt, ea si quis inquinata putet, quid ni ipse inquinabitur ac sordidabitur anima et corpore, impurusque et piacularis hinc fiet, qui ne parem quidem, ac dictis cibis, honorem attribuit, sed multo peiore loco ponit? Deinde, si quis illorum usui inquinamentum aliquod aut impuritatem adtribuere audeat, ipsi id imputabit creatori, et ei qui ex nihilo res eduxit probrum faciet. Certe qui congruas creatori omnium, quatenus homo apud nos apparuit, sacras et inculpatas imagines laedit, quanto se audaciae et iniuriae crimine obstringat, haud est ambiguum.
Gr. p. 130.

Si ergo qui erroneam circa escas opinionem gerunt, haud probro et culpa carent, isti qui in fidei summa Deum laedunt, quid non patientur malorum? Superest itaque ut res sanctae, prout decet, omni honore a piis hominibus iure meritoque habeantur. Qui vero stulte in his claudicant, profani impurique vicissim reputabuntur, quia inquinant quae Deus glorificavit, et apostolicis adversantur dogmatibus. Et qui discernit quidem, manducat tamen, damnatur, quia cum discretionis conscientia attingens, quid ni infideli deterior habeatur? Deinde, quicquid ex fide non est, peccatum est; et quod quidem ad escas attinet, non rei mandu-

catae natura, sed manducantis illiberalitas, et fidei defectus aestimatur. Nihil ab universali creatore productum fuit, quod omni laude non sit dignum, apud eos certe qui sanam rectamque de rebus sententiam habent. Igitur inquinatum aliquid a Deo factum, existimare, stolidissimum est; si quidem omnia bona valde quae ab eo creata sunt. Quod vero ad dogmata adtinet, haud certe ex evangelicae doctrinae consideratione, quae irreprehensibilis est et sacra ac divina, sed ex horum vecordium stultitia et contumacia, incredulitatis crimen cognoscitur. Quoniam itaque haud cum fide ad sacra accedunt, peccant; et contaminatum existimant, quod sanctum est; ideoque et idolothyti appellari queunt, quia inter sanctum et profanum distinguere nesciunt. Non ergo propter irreligiosorum incredulitatem repudiandae sunt sacrae icones. Isti autem fidem quidem infidelem invehant; nos talem certe usque ad praesentem diem nescimus. Quantum vero dogmata escis antistant, tanta erit in alterutra re peccantium damnationis diversitas. Ergo abdicati merito sunt et divinis rebus exclusi; quia quod utile est cognoscere noluerunt, et Dei hostes reputabuntur.

81. Undique igitur demonstratum est, quod hi stultitiae suae ruditatisque *Gr. p. 131.* causa infideles sunt, improbaque mente et profana praediti, quodque longe a Christianorum pietate absunt, et in congregationem Domini utpote corde incircumcisi non introibunt. Scilicet contra omnia impudenter audentes, et aeream frontem statuentes, corque incredulum praedurumque opponentes, hostes Christianorum effecti, traditis superne tum scripto tum sine scripto, decretis ac mysteriis, audacter et omni cum vecordia resistentes, atque omnium ad pietatem conducentium contemptores semet ostendentes. Non enim eos evangelicum, non apostolicum, non propheticum oraculum convicit; non iis reverentiam incutiunt patrum et ecclesiae magistrorum sententiae; non aliud quodlibet a Spiritu proveniens magisterium emendavit, non patrum seu spiritalium seu carnalium admonitiones mitigarunt, non ipsorum multitudo sacrorum templorum ubique terrarum diffusa, antiquitate et sanctitate nobilium, non sacrorum vasorum inenarrabilis numerus et inscrutabilis, quae sacris huiusmodi figuris decore ornantur, non aedificantium aut possessorum tum fides tum erga Deum amor, vel offerentium studium permovit; quae omnia cunctorum obtutui exposita et patentia, vocem quodammodo claram disertamque emittunt Christi celebrantia humanationis magnum venerandumque mysterium, amorisque erga eum et fidei sedulitatem atque fervorem. Quod vero prae ceteris mirum est, nulla eos temporis prolixitas, si nihil aliud, permovit; a quo tamen omnia vim accipere ac stabiliri, natura comparatum est. Nam octingentorum iam annorum tempus praeteriit, ex quo haec tradita sunt et invaluerunt, quicquid hi nequam homines impie insaniant.

82. Nonne, inquam, haec est manifesta insania et amentia? Quid enim dicent de iam mortuis, et hinc profectis? Num idololatrae cuncti fuerunt, et a salute funditus exciderunt? Quomodo igitur verax erit apud eos Christus qui est ipsa veritas? Vel quomodo ei credent dicenti: " multae apud patrem mansiones sunt *? „ id est multae dignitatum distributiones: et ita viventium etiam unicuique fiet remuneratio, congruis praemiorum gradibus demensa ab eo qui haec inquirit, et pro suo singulis merito retribuit; multaeque erunt et diversae in futura beatitudine ad-

* Ioh. XIV. 2

signationes. Sed haec quoque fortasse hi omnino infideles ceu nugas repudiantes circumscribent. Quomodo enim nostri homines in hoc aevo extremo, et quasi vitae mundanae termino, quique prioribus valde sunt inferiores, quomodo inquam innumeram illam mansionum multitudinem replebunt? Ubinam praemia atque coronae iis qui pro vera religione usque ad sanguinem decertarunt dabuntur? Arbitror Iudaeos ipsos risum cachinnumque elaturos, itemque alias quaecumque id audierint

* Hier. II. 11. gentes. Cuncti enim proprium cultum tueri satagunt, prout scriptum est *: " num ,, mutabunt gentes deos suos? etiamsi hi non sint dii, neque ea gens ad deum

Gr. p. 132. ,, suum pertineat. ,, Soli hominum Christiani, si tamen Christiani appellandi sunt, nam solum nomen non rem Christianorum habent, soli inquam fidem Christianorum audacter impieque oppugnant infelices hi, et eiusdem sacra symbola irreligiose abolent hi scelesti. Sed o Dei odio dignissime et irreligiosissime, audiat quisquis ita sentit atque opinatur, siccine erga creatorem temet gerere oportet? Ille ineffabili bonitate ex non extante te ad existentiam produxit, teque peccato prolapsum relevavit, passione carnis suae mortem obiens, et turpissimum patiens supplicium; etenim usque ad mortem, mortem autem crucis se ipsum exinanivit, suumque sanguinem fudit; ut te per hunc redimeret peccato obstrictum; ut idola destrueret, teque idolica insania et errore et inimici tyrannide liberaret, et corruptela revocatum salvaret, atque in antiquam nobilitatem restitueret. Haec adversus Salvatorem audes? Ille pro te patitur, tu eum contumelia adficis? ille cruci figitur, tu ei conviciaris? Quid inter te et crucifixores interest? In quo differs a Dei occisoribus? Immo vero quid ni tu illos malitia superas? Illi semel condemnaverunt, et cruci fixum interfecerunt; tu quum adorare benefactorem debeas, et tanti beneficii magnitudinem confiteri, quotidie crucifigis, conviciaris, deteriora de illo sentiens: magis tu eum infestis vocibus, quam illi lapidibus, impetis; nihilque ex maxime absurdis et irreligiosis, facere aut dicere aut peccare adversus Deum omittis.

Egregie vero magnus quoque Isaias vestrarum animarum caecitatem descripsit

* Is. XLIV. 18. dicens *: " nescierunt sapere, obscurati sunt oculi eorum ne videant, et ne corde ,, intelligant. Locutique sunt iniquitatem, et contumaces fuerunt, et in cordibus

* Is. LIX. 13. ,, suis verba iniqua meditati sunt *. ,, Certe hi dum totam servatoris nostri Christi incarnationis rationem contemnunt ac pessumdant, idololatras revera semet ostendunt. Nos vero qui recte et pie illi credimus, et res divinas prout decet reveremur, et traditas antiquitus nobis sacras icones honoramus, et congrua veneratione dignas putamus, quia sanctae sunt, et quia horum obiectorum honorem ad archetypos referimus, nihil iniuriosum de ipsis cogitare umquam patiemur; quare nec debitum illis obsequium subtrahemus. Etenim cum fide et fiducia ad sanctos accedimus; quamobrem neque idololatrae, prout aiunt isti Deo odibiles et infideles,

* I. Tim. III. 16. merito appellabimur; sed cum magno veritatis nos quoque exclamemus magistro *, quoniam " vere magnum est pietatis sacramentum; Deus apparuit in carne, iusti-

Gr. p. 133. ,, ficatus est in spiritu, visus est angelis, praedicatus est in gentibus, creditus est ,, in mundo, assumptus est in gloria. ,, Haec si visi fuerimus pro nostra sacra et irreprehensibili fide digne proeliati, Deo gratias qui dat sermonem petentibus in aperitione oris ipsorum. Sin potius persecutionem patiemur, pulcrum est cum Christo pati, et (nisi forte grandiloquentia est) sanctorum nostrorum vestigia magistro-

rum posse calcare. Ad gloriam ipsius Christi veri Dei nostri, et sanctae eiusdem ecclesiae honorem. Cui quidem Christo debetur omnis gloria, honor, adoratio, cum conregnante patre, et sanctissimo vivificoque ipsius Spiritu, nunc et semper et per saecula saeculorum. Amen.

PROOEMIUM AD SUBSEQUENTES AUCTORITATES.

Decurso propter nostram immaculatam sinceramque fidem stadio, et audacium contra veritatem convicta vanitate, verae religionis defensorem gladio spiritùs inspiratis vocibus armavimus, ut invulnerabilis maneat, interim dum impii spicula falsitatis continenter iaciunt, et loquacitatis iaculis rectam fidei doctrinam appetunt. Quoniam vero modus nobis propositus fuit, ac veluti data regula, qua oportet religiosos homines fidei nostrae magisterium facere, et cum sacra pietate sacra nostra tractare dogmata; hanc quoque, inquam, regulam bonis ac sedulis fervidisque religionis amatoribus, quam fieri potest brevissime, exponemus, tum ex inspiratis scripturis excerpta facientes, tum etiam e selectorum atque illustriorum patrum nostrorum doctrinis haurientes, quae sint memoriae et profectui dociliter studioseque legentium profutura; nempe aliquot auctoritates huic lucubrationi breviter subnectere curavimus, ne forte idem iis quod incredulis usuveniat. Illi enim utpote mendacii amatores, et ad veritatis oppugnationem semper exasperati, alii incredulitate, alii inscitia occupati, in impietatis exitium deciderunt. Nam propriis voluntatibus obsequentes, sententiam suam inconsiderantia multa atque absurditate confirmare nituntur, et perspicua ac recta verae religionis dogmata, ad incongruos sensus curiosis vanisque quaestionibus detorquent. Unde etiam patres proprios sibi deligunt, et magistros constituunt eos, qui impietatis et atheismi propugnatores olim fuerunt, atque a catholica ecclesia quam longissime submoti fuerunt. Namque atheismi nomine theologi nostri, divinitus instincti, illorum haeresim nominarunt; quos isti auxiliares habentes, contra ecclesiam vires sumpserunt. Pii autem, utpote dociles evangelii discipuli, caveant ne ultra debitum ad curiosiores vestigationes excurrant, quoniam fidei doctrina corde simplici recipi se postulat. Est enim fidei proprium, ut incuriose ad credendum incumbat, mente simplici, spontaneoque impetu consentiat, non demonstrationes exquirat, non denique verborum certaminibus nihil utilitatis habentibus, sed detrimentum potius non modicum animae parientibus, immoretur (1). Hoc est haereticorum studium; hoc ethnicorum artificium, qui vaniloquentiis et iniucunda loquacitate semet defatigantes, multa se ipsos nugacitate et proximos complent, frustra aërem verberantes, a veritate autem prorsus abhorrentes. Namque obluctari adversus evidentia et confessa, quantae sit dementiae et rusticitatis officium, dici nequit. At enim libentius qui sunt bonae rei cupidi et docilius adtendentes, facilem aurem praebeant Spiritus magisterio, atque in rebus huiusmodi admonitionem admittant. Nam sola fides haec recipit, humana ratiocinia devitans, et illorum mirus divinarum rerum amor, qui ad talia ex animo incumbunt; ut docilitatis suae quasi partum multiplicem metant fructum; ab eo qui haec reddere cum usura scit, insignes retributiones, ut sperant, idoneo tempore recepturi.

Gr. p. 131.

(1) Vides egregiam fidei catholicae definitionem, contra perversam haereticorum libertatem. Multa huiusmodi infra in patrum auctoritatibus invenies.

Ex sancto evangelio secundum Iohannem.

CAP IX. 35. Audivit Iesus, quod eum qui antea caecus fuerat, foras eiecissent: et cum invenisset eum, dixit ei: tu credis in filium Dei? Respondit ille et dixit: et quis est, o Domine, ut credam in eum? Dixit autem ei Iesus: et vidisti eum; et qui loquitur tecum, ipse est. Ille vero ait: credo, Domine, et adoravit eum.

Ex eodem.

XII. 39. Propterea non poterant credere, quia olim dixit Isaias: excaecavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos. Haec dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, et locutus est de eo. Verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum; sed propter Pharisaeos non confitebantur, ne extra synagogam fierent. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.

Ex eodem.

XIV. 1. Creditis in Deum, et in me credite.

Sancti apostoli Pauli ex epistola ad Romanos.

IV. 3. Credidit Abraham Deo, et reputatum est ipsi ad iustitiam. Operanti autem
merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Non operanti
autem, sed credenti in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad insti-
tiam. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam
sine operibus. Beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt pec-
X. 6. seq. cata. Beatus vir, cui non imputaverit Dominus peccatum. Et rursus. Quae autem
ex fide est iustitia, sic dicit: ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in caelum?
id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a
Gr. p. 135. mortuis revocare. Et rursus: corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem con-
XIV. 23. fessio fit ad salutem. Et rursus, de cibis disserens ait: quia qui discernit, si man-
ducaverit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem quod non est ex fide,
peccatum est.

I. Cor. II. 5. Eiusdem ex epistola ad Corinthios.

Ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Eiusdem ex epistola ad Hebraeos.

X. 39. Nos autem non sumus subtractionis (filii) in perditionem, sed fidei in adqui-
XI. 1. seqq. sitionem animae. Est autem fides sperantium substantia, convictio rerum non ap-
parentium (1). In hac enim testimonium consecuti sunt seniores. Fide intelligimus
aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide copiosiorem
hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo; per quam testimonium consecutus est esse
iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo; et per illam defunctus adhuc
loquitur. Fide Henoch translatus est ut non videret mortem; et non inveniebatur,

(1) Sic ad litteram legebat in itala vetere Augustinus serm. CXXVI. 3, itemque de pecc. merit. et remiss. lib. II. 50, ubi Maurini editores sic adnotant: « nostri mss. constanter habent *sperantium*. Sic ab Augustino citatur tract. in Ioh. LXXIX. 1. et XCV. 2. Graece est ἐλπιζομένων, quod cum sit verbum medium, ab aliis active accipiebatur (*sperantium*), ab aliis passive (*sperandarum* ut vulg.) Sabaterius denique pariter adfirmat, in Pauli codicibus sangerm. et claromont. legi *sperantium*. Ego vero ut antiquam italam hoc loco cum Augustino sequerer, officio interpretis coactus sum; etenim apud Nicephorum in codice f. 142. Paulus hoc loco, et f. 146. Basilius infra apud nos p. 262., interpungunt ante, non post, πραγμάτων: nempe vocabulum *rerum* ad sequens comma referunt.

quia transtulit illum Deus: ante enim translationem suam testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit. Fide Noë, responso accepto de iis quae adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus suae, per quam damnavit mundum; et iustitiae, quae per fidem est, heres est institutus. Fide vocatus Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem; et exiit, nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac et Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex et conditor Deus. Fide et ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, et praeter tempus aetatis peperit; quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Propter quod et ab uno orta est (et quidem emortui vigoris viro), tamquam sidera caeli multitudo, et sicut arena, quae est ad oram maris, innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, et confitentes se peregrinos et hospites esse super terram. Qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem illius meminissent, de qua exierant, habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est caelestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum; paravit enim illis civitatem. Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, et unigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones: ad quem dictum fuerat, quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est Deus; unde eum et in parabolam accepit. Fide et de futuris benedixit Isaacus Iacobo et Esau. Fide Ioseph moriens de exitu filiorum Israhel memoratus est, et de ossibus suis mandavit. Fide Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, et non timuerunt re- *Gr. p.* 136.
gis edictum. Fide Moyses grandis factus, noluit se dici filium filiae Pharaonis; magis eligens adfligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem; maiores divitias aestimans thesauris Aegyptiorum improperium Christi; aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis: invisibilem enim tamquam videns sustinuit. Fide celebravit pascha, et sanguinis effusionem; ne qui vastabat primogenitos, tangeret eos. Fide transiit mare rubrum tamquam per aridam terram: quod experti Aegyptii, absorpti sunt. Fide muri Iericho corruerunt, postquam diebus septem circumdati fuerant. Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, Samuhel et prophetis: qui per fidem debellarunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus; in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, in cavernis

terrae. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem; Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

Ep. II. 2. 14. Eiusdem ex epistola ad Thessalonicenses.

Itaque, fratres, state; et tenete traditiones, quas edocti fuistis sive per sermonem sive per epistolam nostram.

Eiusdem ex epistola ad Hebraeos, de incredulis.

Cap. III. 17. Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nonne illis qui peccaverunt, quorum membra ceciderunt in deserto? Quibus vero iuravit non introituros in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus non potuisse reapse in-
IV. 1. et 2. troire, propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introëundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis: sed non profuit iis sermo auditus, quippe non admixtis (1) fide cum illis qui audierunt.

Eiusdem ex epistola ad Romanos.

II. 7-9. Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem quaerunt, vita aeterna. Iis autem qui sunt ex contentione, et qui
Gr. p. 137. non adquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum.

Ex Isaia propheta.

VII. 9-13. Nisi credideritis, non intelligetis. Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: pete tibi signum a domino Deo tuo, sive inferne sive superne. Et dixit Achaz: non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit: audite ergo, domus David: numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo?

Ex Habacuc.

II. 4. Iustus autem ex fide vivet.

Ex proverbiis Salomonis.

III. 3. XII. 22. XV. 27. Eleemosynae et fidelitates te non deserant. Abominatio Domino labia mendacia: qui autem fideliter agit, placet ei. Item. Eleemosynis et fidelitatibus purgantur peccata.

Sancti patris nostri Iohannis chrysostomi ex sermone in annunciationem (2).

Missus est Gabrihel ut indicaret eum, qui et in throno simul et in spelunca erat: missus est miles ut regis mysterium pervulgaret: mysterium quod fide agnoscitur, non curiositate pervestigatur: mysterium credendum, non scrutandum: mysterium adorandum, non statera pendendum: mysterium quod a divina doctrina non ab examine accepimus: mysterium quod confitemur, non metimur.

Eiusdem ex interpretatione epistolae ad Romanos, ad illa verba (cap. X. 6.): " iustitia autem, quae est ex fide, sic dicit. ,,

Ne Iudaei dicerent, quomodo possumus maiorem iustitiam invenire, qui minorem non invenimus, ostendit faciliorem esse fidei viam, quae videlicet verbis adhortando fidem corde tenendam expetit. Quumque probe sciret, fidei saepe adversari cogitationes nostras, easque viriliter esse expellendas, ait: ne dicas in corde tuo, id est ne cogitatione titubes, neque apud te ipsum dicas, quomodo est id pos-

(1) Nicephorus legebat συγκεκρασμένους, non συγκεκερασμένος, ut vulgatus latinus.
(2) Vide adnotationem nostram ad graecum textum p. 137.

sibile? Nam fidei officium est omni humanorum ratiociniorum sequela omissa, supernaturalia quaerere, atque a Dei potentia omnia admittere.

Sancti Cyrilli alexandrini, ex interpretatione epistolae ad Romanos, ad illa verba (cap. X. 6.): " iustitia autem, quae est ex fide, sic dicit (1). ,,

Utiliter definit, cuiusmodi esse debeat fides nostra, ut nempe nihil reprehensibile in Deo esse credat, sed omnia rectissime ab eo fieri. Namque omnino in dubio versari, imbecillaque animi perplexitate sponte nutare, detestanda res est. Videtur item supervacuum et valde periculosum, si quis existimet oportere scrutari *Gr. p. 138.* ea, quae et prorsus ineffabilia sunt et intellectum nostrum superant. Quomodo enim appareant quae Deus arcana ratione operatus est? Insuper cordis oculus quis tantus sit, ut Deum conspicari queat? Immo vero quis intelligat, siquem forte dicentem enarrantemve ea, quae modulum nostrum excedunt, audiat? Nam dominus noster Iesus Christus, de spiritali regeneratione cum Nicodemo disserens aiebat *: " amen * Ioh. III. 5. ,, amen dico vobis, nisi quis denuo natus fuerit, non intrabit in regnum Dei. ,, Tum et quae ibi sequuntur, adiecit. Quum vero Nicodemus nihil prorsus intelligeret, tunc demum Christus, humanae mentis hebetudinem longe abesse ab intelligendi subtilitate declarans, ait: si terrena vobis loquenti, non creditis; quomodo si dixero vobis caelestia, credetis? Tum perrexit dicere: amen, amen dico vobis, quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum nemo recipit. Sunt ergo inscrutabilia, quae altiora nobis sunt. Nam si vere dicitur, ea ipsa quae in manibus sunt, vix a nobis, uti scriptum est, comprehendi; quid ni necessarium sit opinari, in iis quae ratiocinium nostrum superant, multo utilissimam esse fidem, nullo examine comitante, nulla vana adhibita vestigatione? Namque in his rebus prudentia praecipuum ornamentum est (2).

Eiusdem ex secundo libro dialogorum cum Hermia.

Quod semel fide susceptum fuit, audacioribus non est scrutandum vestigationibus. *Opp. T. V. part. I. p. 443.* Sicut enim spes rei visae, non est spes; etenim quod quisque videt, cur iam expectet? ita etiam fides vestigata, et cui inquirendum nihil superest, fidei loco habenda non est, prout de spe supra diximus: etenim quod fide aestimatur, explorationi prorsus non est obnoxium.

Sancti Iohannis chrysostomi ex interpretatione epistolae ad Romanos (3).

" Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta evangelium meum et prae- *Rom. XVI. 25-26.* ,, dicationem Iesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus aeternis ,, taciti; nunc autem manifestati per scripturas propheticas secundum praeceptum ,, aeterni Dei, ad obeditionem fidei per gentes omnes. ,, Dum ait praedicationem Iesu Christi, id est quam ipse praedicavit, rem esse fide dignam sermo ostendit. Quippe evangelica dogmata, praedicatio illius sunt, non commentum nostrum. Et quidem nemini, inquit, ante nos hoc mysterium innotuit. Olim certe praefinitum fuerat, nunc autem per propheticas scripturas patefactum est. Haud igitur metue,

(1) Hunc Cyrilli locum ego intuli graece et latine in partem latinam p. 27. voluminis, quo Cyrilli in Paulum commentarios edidi.

(2) Nolo heic repetere quae iam dixi in adnotatione 2. p. 28. ad Cyrilli textum tomo praedicto. Ceteroqui nihil vehementius inculcandum est in hac grassante nostrorum temporum irreligiositate, qua multi genuinam fidei christianae notionem mente absterserunt.

(3) Videsis adnotationem nostram 2. in parte graeca p. 138.

ne forte a lege discedas: hoc etenim ipsa lex vult, hoc antiquitus praenunciavit. Cave itaque inquiras, cur nunc res innotuerit. Quippe ita Dei mandato actum est, neque de hoc mysterio curiose vestigandum, sed obediendum omnino est. Obedientiam enim postulat fides non curiositatem, praesertim cum Deus iubeat.

Gr. p. 139. Eiusdem ex interpretatione epistolae II. ad Thessalonicenses.

Opp. T. XI. p. 532. " Itaque, fratres, state, et tenete traditiones quas edocti estis sive per ser-,, monem sive per epistolam nostram. ,, Hinc constat non omnia (apostolos) per epistolam tradidisse, sed etiam sine scripto. Aeque tamen tum haec tum illa fidem merentur. Quamobrem traditionem quoque ecclesiae fide dignam censemus. Traditio est, nihil amplius quaeras. Ceterum heic significat multos fuisse in fide labantes.

Eiusdem ex interpretatione epistolae ad Hebraeos ad illa verba (cap. V. 1.) " omnis enim pontifex ex hominibus adsumptus ,, et reliqua.

Opp. T. XII. p. 89. Propterea fidem suscepimus, ne per innumeras cogamur incedere haereses, et molestiis vexari: sed quod fidei quis vel addere vel detrahaere voluerit, id nos spurium existimemus. Nam sicut ii qui regulas tradunt, non cogunt ut mensuras innumerabiles exquiramus, sed quod ab ipsis traditum est, tenere nos iubent; sic etiam in dogmatibus usuvenit.

Sancti patris nostri Basilii ex interpretatione in psalmum CXV. (1).

" Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego ,, vero dixi in excessu meo, omnis homo mendax. ,, Fides sermonibus, qui de Deo fiunt, praeeat. Fides quae animum ad assensionem trahit magis, quam logicae methodi. Fides, quae non geometrica necessitate, sed Spiritus operationibus conficitur. Et paulo post. Necesse est enim, disciplinae cuiusvis principia absque examine a discentibus admitti; quum fieri non possit, ut ii qui circa principia litigant, via et ordine procedere valeant ad finem. Idque vel ex ipsis disciplinis tibi discere licet. Etenim nisi homini geometrae prima concesseris principia, is ea quae sequuntur concludere nequit. Et qui arithmeticae principiis et elementis contradicit, viam ad ulteriora intercipit. Similiter autem ne a medicis quidem medicinae principia possunt demonstrari. Et omnino in qualibet professione, quae via et ordine ad finem procedat, primarum propositionum demonstrationes non queunt inquiri: sed necesse est, ut artium ratione innixarum principiis sine probatione admissis, id quod ex iam positis consectaneum est, in his quae deinde sequuntur inspiciatur. Sic enimvero etiam theologiae mysterium, assensum ex fide inexplorata requirit. Credere enim oportet, inquit, quod Deus sit; non quaerere, neque cum contentione expendere quid sit. Prorsus, si fides est sperantium substantia, convictio rerum non apparentium (2); ne contendas iam videre quae procul sunt reposita: neque ea quae sperantur, ambigua esse statuas, propterea quod nondum eorum cognitionem attin-
Gr. p. 140. gere potueris. Et paucis interiectis. Omnino anima quae citra fidem loqui adgreditur, inaniter garriet, quandoquidem ad nullum subiectum verba sua refert. Initium igitur sermonis prudentis est, fides in corde loquentis firmiter insidens.

Eiusdem ex libris adversus Eunomium, ubi unde sit incredulitas ostendit.

Lib. V. opp. T. I. p. 313. Viae Domini rectae, et iusti in eis ambulabunt: impii autem in viis planis

(1) Consule adnotationem nostram in parte graeca p. 139.
(2) De hoc textu diximus retro p. 258. in adn.

offendunt. Quodque mirum est, ex quibus utilitatem capiunt qui sana fide sunt, ea iis nocent qui morbosi sunt, et quaestionibus otiosisque disputationibus occupantur. Malitiose autem curioseque de Deo quaestionem instituere, morbum esse animae, praesertim si studio incredulo fiat, cunctis est exploratum. Nam si sanctissimo ipsi Deo in iis quae ad ipsum spectant, non credunt, quomodo eius prophetis apostolisque auscultabunt, cum in divinis scripturis de illo et de speraturis in eundem loquuntur? Et paulo post. Quaeris non ut fidem, sed ut infidelitatem invenias. Hoc verum est, prout scriptum fuit: in malignam animam non introibit sapientia *. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam *, Deique amicus appellatus fuit. Amicus Dei beatus Abraham dictus fuit et est, amicus propter fidem, fides propter exhibitam Deo obedientiam. Tu vero inimicus propter infidelitatem et adversus Deum contumaciam. Credidit Abraham Deo, credidit ut ipse, non credidit ut nos. Propterea ille amicus, nos autem inimici. Inimici Domini mentiti sunt ei, veluti scriptum est. * Sap. I. 4. * Rom. IV. 3.

Sancti patris nostri Gregorii theologi ex sermone de sancto baptismate.

Nam si hominum pacta Deus intermedius adhibitus firmat, quantum periculum est, si non aliorum tantummodo peccatorum, sed mendacii etiam apud ipsius veritatis tribunal rei agamur? Et nonnullis interiectis. Nihil adversus animae tuae salutem captiose comminiscere, nihil machinare. Nam licet aliis fucum fecerimus, nobis quidem ipsis id numquam poterimus. Certe adversus semet ipsum ludere periculosum nimis est et stolidum. Et non multo post (1). Quae scripta sunt, mihi observa, per temporum mutationem, immotus permanens in re minime mutabili. Ed. nov. Paris. T. I. p. 103.

Sancti Gregorii Nyssae episcopi ex libro de hominis opificio cap. XXIII. (2).

Namque et Abraham et alii patriarchae, bona quidem videndi cupiditatem habuerunt, neque a caelesti patria quaerenda cessarunt, ut ait apostolus; nihilominus eius gratiae consequendae in spe adhuc versantur " Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. " Si ergo illi dilationem perferunt, qui procul per solam fidem atque spem bona viderunt et dilexerunt, prout testatur apostolus; quid plures e nobis facere oportet, quibus fortasse ne melioris quidem conditionis spes, ob vitam suam praeteritam, superest? Sciendum vero est, Gregorium in XIX. (3) capitulo, incredulitatem cum aliis animae morbis connumerasse, eamque brutorum impetùs similem dixisse, ita tamen ut etiam ratiocinii ope augeatur (4). Hebr. XI. 40. Gr. p. 141.

Eiusdem cap. XXIV. (5).

Profecto nos quod sacras litteras adfirmantes audimus, id omne a Deo esse credimus: quomodo autem in Deo fuerint, quia id rationis nostrae vim superat, inquirendum non iudicamus; cuncta Deo esse possibilia credentes, nempe et quod Opp. p. 106.

(1) Immo longe infra p. 126.

(2) In ed. cap. XXII.

(3) In ed. cap. XVIII. T. I. p. 93. C. Notanda est autem Nicephori lectio ἀπιστίαν *incredulitatem*; etenim in editione Gregorius loquitur potius de ira, quam homo habet communem cum beluis, sed tamen auctam etiam a rationis ope.

(4) In graeco videtur emendandum αὐξανομένην, si certe refertur ad ἀπιστίαν.

(5) In ed. cap. XXIII.

non extat creare, et creato qualitates pro suo libito inserere. Ex quo consentanee existimamus, suffecisse existentibus rebus ad existentiam suam obtinendam, divinae voluntatis vim. Atque ita si etiam creatarum rerum reformationem eidem potestati attribuamus, nihil nos quod a vero abhorreat credemus.

Sancti patris nostri Dionysii Athenarum episcopi ex libro IV. de divinis nominibus cap. XXIV.

Ed. venet. T. I. p. 378. In scientia vero peccantes scriptura dicit eos, qui circa eam quae latere non potest, boni cognitionem aut actionem imbecilli sunt, quique sciunt voluntatem et non faciunt: qui audiverunt quidem sed infirmi sunt in fide vel boni executione. Quia etiam aliqui nolunt intelligere ut bene agant, ob perversionem scilicet aut debilitatem voluntatis.

Sancti Athanasii ex sermone adversus adseclas haereseos Samosateni, et de fide quod unus sit Christus.

Cf. ep. IV. 5. ad Serap. Christum protinus inde digressi praedicaverunt apostoli concorditer filium Dei. Et nonnullis interiectis. Quid opus est quaerere verbisque contendere? Credere praestat, colere et adorare. Et paulo post. Non quaero quomodo idem passibilis fuerit et impassibilis; quomodo Deus, et quomodo homo; ne dum modum vestigo, et rationem inquiro, a proposita nobis beatitudine excidam. Credere enim primum oportet et ita censere, deinde harum rerum probationem desuper implorare, non Opp. T. I. ed. venet. p. 398. autem repetere eam desub (1). In secundo autem contra Arianos sermone idem pater ait: nec si cui in quaerendo de Deo aqua haeret, idcirco debet scripturae non credere: siquidem praestat haesitantes silere et credere, quam non credere quia haesitemus.

Quae hactenus diximus, ea memorialis instar sufficiunt: neque difficulter adfirmaverim, satis esse ad persuadendum iis, qui libenter divina audiunt, veraeque religionis studio tenentur. Poterit autem quisque fidelis et prudens, sedulo hanc materiam scrutans, plura testimonia ex divinis scripturis atque ex deiloquorum patrum nostrorum operibus coacervare, quae ad simplicem fidei rationem hortantur, et ingenuitatem cum conscientia bona suadent in rectorum dogmatum sinceritate tenere; quippe qui perfectam laborum huiusmodi mercedem ab universali servatore ac domino Christo vero Deo nostro sine dubio consequemur.

FINIS.

(1) Tertiam fragmenti huius athanasiani particulam conservaverat etiam Nicetas in catena sua ms. ad Lucam, ut vides in fragmentis athanasianis quae nos post Cyrillum edidimus p. 581. Nunc vero Nicephorus librum quoque Athanasii nominatim indicat unde Nicetas hauserat. Idem locus partim citatur etiam in panoplia vaticana (de qua nos alibi loquemur) quaestione IX.

TITULI CAPITULORUM

partim Apologetici maioris, partim antirrhetici tertii, interiecta lacuna.

. p. 112. 1. De cognoscendo tempore ac modulo agendi atque dicendi.

2. Adhortatio ad cogitandum de secundo Christi adventu.

3. De tradita ex initio a divis apostolis fide.

4. Non oportere sententias prodigiosas commovere a stultis hominibus excogitatas.

5. Fidei destructores quales fuerint; ubi de profano monacho Antonio.

6. De transgressoribus episcopis ac sacerdotibus, et a ministerio Dei expulsis.

7. De falsi nominis synodo, sive Caiphae synedrio.

8. Quod secundam passionem Christus pertulerit a iudaicae mentis hominibus in propria imagine.

9. De negatore Christi Antonio, et hoste Christi Iohanne, et illorum secta.

10. De irreligioso Constantino cognomento Mamona.

11. Quod praedicti homines dogmata habent Arianorum et Manichaeorum.

12. Eusebium iam inde ab initio fuisse arianum, et patrum suorum principem.

13. Quod libros sanctorum patrum adulteraverint.

14. De neotericorum iudaeorum blasphemia.

15. De persecutionem passis ob orthodoxam fidem episcopis et sacerdotibus.

16. De hypocritis, et tempori se conformantibus, similitudo chamaeleontis.

17. De calumniantibus, quod usque ad Constantinum (Copronymum) idola adoraverint Christiani.

18. Expositio fidei orthodoxae de Trinitate.

19. De Christi incarnatione.

20. De naturarum duarum unione sub una hypostasi, et in attributis differentia.

21. Adversus Nestorium et Eutychem.

22. De unione inconfusa, et distinctione inseparabili, de operationibus ac voluntatibus.

23. Quod oporteat venerari Christi imaginem secundum reverentiam, non secundum latriam.

24. De iis qui dicunt Christianos idola adorare.

25. Quid dicturi essent, semet ipsi deplorantes, lapsi episcopi et sacerdotes, resipiscentes ad paenitentiam.

26. Quomodo sacra symbola conculcaverint, et quomodo mystagogiae verba irrita fecerint.

27. Quod non sine blasphemia iudicant Constantinum (Copronymum) eripuisse eos ex idololatria, Christum nihil prodesse posuisse, immo noxium fuisse.

28. Indignos esse vocari christianos, nedum episcopos.

29. Depositio et eiectio canonica et legitima transgressorum episcoporum ac sacerdotum.

30. Demonstratur perspicue quae sit veneratio erga imaginem Christi, et similitudo proponitur sigilli ex archetypo derivati.

32. De iis qui dicunt idola (nos) adorare.

33. De audentibus Christi imaginem appellare idolum.

Hactenus summaria capitulorum apologetici maioris. Ob amissam autem membranam desiderantur reliqua summaria non apologetici solum, verum

etiam totius antirrhetici primi ac secundi; tertii vero non nonnisi pauca postrema supersunt in ultimo codicis folio, ut infra.

79. . . De monacho mira faciente cum virga pallioque suo.

80. Quod Mamonas monachos cum feminis copulabat.

81. De religiosis regibus qui feliciter longaeveque vixerunt.

82. Quod a Christi adventu ecclesia prisca instituta et decreta inviolata servaverit, usque ad apostatam Mamonam.

83. Quod non fuerit regium, sed iudaicum, hoc haereseos crimen.

84. Quod a Iudaeis ac Saracenis provenerit haec apostasia ad imperatores Leonem et Constantinum Christi persecutores.

C p. 153.

Fratribus et comministris omnibus sanctissimis et Christi amantibus episcopis Siculorum, Tarasius Dei miseratione episcopus Constantinopoleos novae Romae (1).

Qui divina sapienter meditantur oracula, curioseque illa, non perfunctorie, considerant, suamque mentem in pietate ac veritate defigunt, ii illuminantur mirabiliter ex montibus aeternis, ex apostolico inquam et prophetico patrumque magisterio, ac splendore radiorum eius Dominum coram veluti semper spectant, et per activam virtutem ad contemplationem deducuntur. Deinde his dogmaticam quoque admiscentes doctrinam semet ipsos atque alios ad veritatem erudiunt, vitae mores componunt, et supra res terrenas elati, caelestia quaerunt, caelestia sapiunt: ac veluti aqua limpida purgat lavantium oculos, et ipsius solis sphaeram ac caelorum concava, sic et istae purae mentes, purae menti commixtae, expressum veluti simulacrum speculumque fiunt gloriae divinae, ut ait Dominus: beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: meritoque sacrificuli et sacerdotes et mystae ad populi praesulatum eliguntur, quia de his dictum fuit: ubi sunt duo vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum. O Viri itaque desideriorum spiritûs, audivimus vos canonicae legi obsequentes congregari solere singulis annis ob diiudicandum de occurrentibus in universa vestra provincia ecclesiasticis negotiis; et quod apprime Dominum invocatis, ut Spiritus gratiam in vos immittens, det vestrum unicuique doctrinam intelligentiae, doctrinam divinae voluntatis, doctrinam custodiae mandatorum Dei, doctrinam observantiae canonum: et quod denique mundanis curis, quae divinis praeceptis adversantur, vale dicentes, spiritaliter spiritalia iudicatis, humana spiritalibus non anteponentes: id enim humanae gratiae officium est, non illius quam Spiritus dat. Quaenam autem sunt spiritalia? evangelica nempe praecepta, apostolicae constitutiones, sacrorum canonum ordinationes. Absque his enim ecclesiasticum iudicium a maledicti natura non differt.

Quapropter sancta etiam synodus, Dei gratia ac beneplacito Nicaeae nostra aetate congregata, cui plerique etiam vestrûm interfuistis, postquam definivit conservandam esse veterem sanctae Dei catholicae ecclesiae traditionem, de venerabili-

(1) Vide dicta breviter a nobis in parte graeca p. 143. Insuper de Tarasio Nicephorum part. lat. p. 3, cuius laudabilem actum ibi memoratum inique reprehendit auctor librorum carolinorum lib. III. 2. Laborant tamen aliqua obscuritate vel corruptela haec fragmenta.

bus sanctisque imaginibus recipiendis, anathemati subiciendos esse haereticos, quos Christianocategoras (Christianorum accusatores) et iconoclastas verus sermo nominat, decrevit. Cuncta autem constituta inviolabiliter et firme custodiri nostis, integramque apud nos * omnes sacerdotes ac monachos atque laicos vim illorum conservari, quemadmodum perspicue docent synodicorum eius librorum scripturae. Cuncta enim ex fontibus Israhelis hausta fuere, nihilque praeter hos proclamavit aut omisit: namque synodi huius doctrina neque incrementum patitur neque detrimentum: scriptum est enim, ne quid ei adiiciatur, aut auferatur. Equidem ut in regum etiam nummis, si quid de typo circumcidatur, totus nummus inutilis efficitur: ita etiam si quis vel minimum de sacris canonibus subvertat, rei universae corruptelam infert. Sic nimirum qui additamentum divinae scripturae aut sacris canonibus aut patrum magisterio moliuntur, veritatem extinguere exploratum est; et ipsorum linguae sonitum falsa locutio subsequitur. Ergo mementote Dei dicentis: quum omnia recte feceris, salvaberis. Vosque adeo in vestra Dei nutu congregata synodo, veritati adhaerentes, dilatate os Spirituque complete, ex evangelii norma et apostolorum et canonum atque patrum decernite etc.

* gr. fortasse ὑμῶν.

Gr. p. 144.

Sancti Methodii patriarchae constantinopolitani epistola missa ad Hierosolymorum patriarcham de depositione apostatarum sacerdotum.

Extensam a tua venerabili sublimitate sermonis manum, nobis per religiosissimum fratrem Silvanum, presbyterum ac monachum, superiorum omnium usque ad nos synodorum, gratam admodum et orthodoxam delatam accepimus: vestramque, de qua admonitam voluimus fraternam tuam pietatem, recte et indeclinabiliter libratam sententiam, libenter intelleximus; nempe quod Dei auxilio usi fuerimus ad consequendam veram quae obtigit concordiam nostram; quemadmodum scilicet nos ambigui vos interrogavimus, plenoque adsensu vos respondistis: videlicet, constitutos a Tarasio et Nicephoro, beatis et orthodoxis patribus fratribusque nostris sacerdotibus, postea a veritate deciduos, et recta via exerrantes, si ii ex tota anima eos paenituerit, et inconsiderantiam suam damnaverint, vitaeque mutatione dignam paenitentiam tota mente susceptam demonstraverint, et haereseon auctores, cum horum abominanda cacodoxia abnegaverint et anathematizaverint, verae religionis definitionibus staturos se promittentes, et orthodoxiam publice profitentes, et hanc usque ad obitum retinere deinceps promittentes (immo et cum gaudio mortem pro veritate subituros) usque in diem Christi, ut aeternam incessabilemque vitam consequantur; hos inquam oportere recipi, et in suas sedes reponi, ac veluti propria membra corpori aptari, et cum omni reliquo clero collocari, secundo tamen loco, ut nimirum simul observemus, an convenienter se gerant. Excepto tantum postremo, seu ultimo ac primo veritatis inimicissimo Iohanne, qui numquam prorsus christianus apparuit, neque in clero locum habuit, neque munus quodlibet gessit. His recte et pulcherrime, ad breve tempus a vestra fraterna religiositate constitutis, en tertius iam annus elapsus est, quartusque inceptus; neque ab eo ullum paenitentiae fructum, sive per humilem sermonem, sive per vitae asperitatem, aut voluntariam solitudinem, significatum ullo modo cognovimus etc.

INDEX IN S. NICEPHORUM

AD PAGINAS LATINAS EXACTUS.

D

E

F

G

H

* In Antirrh. I. p. gr. 2. v. 6. a fin, corr. ἀξιοῦντες. Pag. 40. v. 21. corr. αὐτήν. Ibid. v. 33. malim scribere συγχράματος, quamvis codex habeat συγκρίματος..

AD S. THEODORI STUDITAE SCRIPTA

EDITORIS PRAEFATIO.

I. Quod magnus Cardinalis Baronius valde optavit, ut S. Theodori Studitae scripta diligenter collecta typis ederentur 1), id vir doctissimus Iac. Sirmondus S. I. sub longaevae vitae suae exitum praestare coepit, quum iam antea multas Studitae eiusdem epistolas, latinas e graecis a se factas, Baronio in annalibus suis pro re nata vulgandas tradidisset. Verumtamen Sirmondo ad superos translato, tomus operum ipsius quintus, iam prelo fere paratus, prodiit posthumus, praecipua Studitae scripta continens, id est antirrheticos contra Iconomachos, epistolarum libros duos, et iambicorum versuum libellum. Atqui alium adhuc iustum tomum edendorum Studitae scriptorum expectandum esse, satis apparet: nam si vulgatis a nobis nunc supplementis, coniungentur epistolae plurimae ineditae, quae Parisiis conservantur, ut infra diximus p. 99, nec non catecheseon maior collectio, de qua item nos p. 77, denique etiam troparia in codicibus adhuc latentia; sirmondianus ille tomus, hac nova scriptorum mole prorsus exaequabitur. Reapse Sirmondum ad cumulanda Studitae scripta incubuisse, patet primo ex praefatione editoris, ubi multa ex his nominantur: deinde etiam ex Holstenii epistola 77. ed. paris. p. 365. ad Sirmondum his verbis: « mitto troparia S. Theodori Studitae, quae sola describenda supererant in collectione eius operum: sermones enim panegyricos iam ad te pervenisse spero. »

II. His itaque consideratis constitui ego Studitae prosequi editionem. Et quia nunc S. Nicephorum contemporaneum eius ac familiarem typis tradideram, huic illum aptissimum socium in eodem volumine copulandum iudicavi. Revera enim quantam famam inter patriarchas Nicephorus, tantam inter sanctos archimandritas Theodorus nactus est: uterque vero eadem in patria, unaque aetate, Byzantii natus, uterque scriptis plurimis, mutuo epistolarum commercio, confessione orthodoxa adversus Iconomachos, fortitudine ecclesiastica, vitae sanctimonia, praecipuo quoque erga romanam sedem obsequio clarissimus 2). Igitur perlustratis bibliothe-

1) Baronii verba ad Christi annum 798. n. VIII. haec sunt. *Utinam inveniatur aliquis vir doctus, qui cuncta sanctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vindicet, eademque latinitati, beneficio omnium, donet!*

2) Nicephori testimonium de romanae sedis suprema auctoritate habemus in hoc volumine p. gr. 30, lat. 174. At Theodori mira et plurima sunt testimonia in volumine sirmondiano: quare a lectoribus hanc veniam peto, ut in tanta hodiernorum hostium insectatione et calumnia liceat mihi in hoc brevi scholio ea commemorare. Sic ergo Studita in indice sirmondiano. *Romana ecclesia vertex ecclesiarum. Universae sub caelo ecclesiae firmamentum. Ecclesiarum Dei suprema. Prima sedes apostolica. Eius praerogativae. Eius iudicium ab universa ecclesia exquiri et suscipi debere, vetus traditio est. Sedes est Petri. Inde accipienda fidei certitudo. Per illam fideles cum aliis patriarchis et inter se uniuntur. Universae ecclesiae portus adversus omnium haeresum procellas. Romanus episcopus omnium princeps. Summus pater patrum. Primum apostolicum caput ecclesiae universae. Primae sedis antistes. Patriarcharum coryphaeus. Princeps pastorum ecclesiae quae sub caelo est. Principatus eius divinus. Ad ipsum referri necesse est, si quid novi fiat in ecclesia. Id ab initio servatum fuit. A Christo claves per intermedium S. Petrum accipit. Synodum orthodoxam absque romani Pontificis cognitione celebrari non posse, antiqua traditio est. Huic defertur potestas summa synodi oecumenicae. Ab eo approbari debent synodi nationales. Ad ipsum recurritur ob componendas ecclesiae constantinopolitanae turbas.* Vides, lector ingenue, quae fuerit duorum maximorum saeculo nono graecae ecclesiae virorum, de rom. sedis primatu et auctoritate iudicium, Theodori scilicet et Nicephori. Vidimus etiam (in Spicil rom. T. X. p. 293.) patriarcham sanctissimum Nicolaum in epistola ad rom. ecclesiam concedere illi προνόμιον ἐκκλησιαστικῆς ὑπεροχῆς: quem primatum, ante inimicitias susceptas fatebatur etiam Photius in epistola ad Ni-

cae vaticanae codicibus, primo quidem octo mihi compertae sunt panegyricae orationes (nam de editis nunc sileo, cum dixerim in adn. p. 77.) graece inquam omnes ineditae, tres tamen latine vulgatae, id est de nat. S. Ioh. Bapt., et de apostolis Iohanne, ac Bartholomaeo, quam postremam serius inveni, ideoque in calce tantum voluminis potui collocare. Has ego aeque omnes latinas feci, omissa etiam praedictarum trium latinitate Anastasii et Combefisii interpretum: etsi enim latinitatem meam nulli praefero, attamen nec aliena saepe placebat, vel quia durior et obscurior, vel quia multis male intellectae graecitatis sphalmatibus scatens. Itaque ut unus esset octo orationum color, nova potius interpretatio a nobis curanda fuit, aut certe in tribus illis passim interpolanda.

III. Porro has panegyricas orationes a Theodoro nondum hegumeno, sed adhuc iuvene, et hegumenis (Platoni puta, cuius postea funus oratione decoravit) subdito, dictas apparet, tum diserte ex IV. p. 34. et 42. V. p. 52. 62. nec non ex VIII. p. 151, tum quia elocutio tumidior et plus debito amplifica, insolitis etiam vocabulis audaci compositione conexis, redundat et floret, nec placidam senii lenitatem, aut hegumeni gravitatem prae se fert, nec maturae critices canones satis sequitur. Rogabit autem fortasse aliquis quid ego de his panegyricis sentiam. Equidem primam orationem haud parvi facio, quia plenam tradit ex vetere ac novo testamento doctrinam de angelis, prout eam orientis ecclesia simulque occidentis retinet. Profuisset igitur haec oratio theologis scriptoribus de re angelica, si eam cognovissent. Utique sunt in ipsa opiniones non solum certae ac dogmaticae, verum et aliae multae piae ac probabiles, ac sanctorum placitis consonae. Ut unum saltem exemplum proferam, ubi dicit Theodorus p. 3. et 4. commissam a Deo angelis singulorum locorum vel rerum tutelam, ecce consonus adest S. Augustinus in quaestione 79. 1) his verbis: *unaquaeque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi propositam, sicut aliquot locis divina scriptura testatur.* Secunda quoque oratio de Christi nostroque baptismo, dogmatica fere est. Tertiam de paschate, nec non duas de S. Ioh. B., non spernebat certe Arcudius, qui eas olim ad Sirmondum in Galliam misit, quamquam hic morte occupatus intactas deseruit. Et quidem in oratione paschali fragmentum illud Chrysostomi insertum occurrit, quod nulli in posterum critici genuinum non reputabunt; praesertim quia legitur etiam cum Chrysostomi nomine in codice naniano 70. apud Mittarellium, et quidem cum Studita nostro coniunctum. In sexta oratione de Deiparae obitu seu metastasi pium suum erga Divam animum effundit Theodorus. De septima et octava quid dicam? Etsi hae mihi minus placerent, placuit certe octava ante mille annos Anastasio bibliothecario, qui eam interpretatione sua laudibusque condecoravit: placuit item Allatio qui eam graece in symmictis se editurum receperat. Placuit septima Combefisio item interpreti, qui non dubitavit elegantissimam appellare. Sed et aliae sex priores placuerunt certe Sirmondo qui prelo eas destinaverat. Ex olim vero editis, placuit de cruce Gretsero, de nativitate Deiparae Lequinio, de inventione capitis S. Praecursoris Cangio, de magno Arsenio et de Platone magistro Bollandianis. Nam quaecumque a magnis doctrina et sanctitate viris scripta prodeunt, ea demum carere omni utilitate aut merito nequeunt.

colaum papam, quam a schismaticis postea male truncatam restituimus integram nos in hac nostra PP. bibliotheca T. IV. p. 51. Cur ergo furentibus postea adversus rom. sedem, eique obedientiam negantibus, Photio ac Cerulario, aurem praebeamus?

1) Edit. Maurin. T. VI. p. 50. D.

IV. Postquam harum orationum satis operosam, cum interpretatione mea scholiisque, editionem curaveram, mentem protinus aliis Theodori scriptis conquirendis intendi. Ergo in primis sum nactus Epitimia CX, quae monasticae apud Graecos severitatis imaginem sistunt. Deinde pretiosum Scholion, quod Studita editioni suae minorum S. Basilii Asceticorum, praeposuerat, ut de illorum auctore dubitantibus scrupulum evelleret. Postea se mihi obtulit Studitae brevis explanatio missae Praesanctificatorum; quae mihi etiam ansam praebuit, pervenustas quasdam missae Graecorum picturas describendi, nec non notitiam prope inauditam vulgandi liturgiae S. Epiphanii Cypriorum episcopi. Enimvero apprime optabam epistolarum Theodori editarum numerum augere; sed ea spes prope me fefellit, ut dixi p. 99: itaque brevi admodum incremento contentus fui. Profecto non uno in codice vat. continetur catecheseon Studitae collectio minor, sermonibus constans 134, quos latine tantum edidit Livineius: deest vero maior sermonum 217, de qua Fabricius loquitur, ut dixi p. 77. Neutram tamen hoc volumine satis iam pleno complecti potuissem: quare graeca tot catecheseon editio vel me vel alium futuro tempore curatorem expectat. Illud tamen mihi insperatum gratumque accidit, quod inauditam prorsus philologis, ut reor, Studitae aliam catechesim reperi, inscriptam *chronicam* seu annalem, quia nempe in hac describitur totius anni ieiuniorum regula: quare hanc statim catechesim cupide arreptam in volumen meum sevocavi. Posthinc alterum legi in pervetusto codice monumentum asceticae disciplinae, qua Studii monasterium, cui Theodorus praefuit, regebatur. Etsi vero id scriptum alius auctor exaravit, tota tamen doctrina et legislatio Theodori est, atque ab eo prope ad verbum dictata et constituta, dum illic hegumeni munere fungeretur. Est haec igitur ordinatio exacta divini officii, et ieiuniorum in quadragesimis, atque abstinentiarum totius anni accurata descriptio; unde veteris graecae ecclesiae religiosa pietas et mira severitas nobis elucet. Huic autem, comparationis gratia, excerptum addidi ex constitutionibus famigerati in occidente monasterii Salmuriensis, de gallicano codice sumptum. Iam vestigando adhuc indulgens, libellum Theodori nostri comperi de confessione et satisfactione, quem nemo credo memoraverat, capitulis 28. constans, qui vel canonum paenitentialium collectionibus, vel Morini eius tituli operi mantissam bonam adiiciet. Etsi autem latum Epitimiorum elenchum Studita iam scripserat, attamen et minorem alterum quotidianarum ferme poenarum dictare non recusavit, quem item cum fructu legemus. Accessit mihi ex vaticanis codicibus aliud quoque Studitae nonnullarum quaestionum breve scriptum. Denique quum p. 77. dixissem, desiderare me graecum textum sermonis quo Theodorus S. Bartholomaeum ap. laudaverat, illum demum insperato conspexi in extremis bibliothecae vaticanae pluteis, eoque praeconio volumen conclusi. Quamquam vero in pontificiis codicibus troparia etiam Studitae leguntur, quorum minima tantum pars in triodio edito apparet; nihilominus pios hos Studitae hymnos, prosa oratione scriptos, sed melliflua pietate refertos, nonnisi alio volumine ac tempore, vita comite, vulgare licebit.

V. Theodori Studitae vita prolixe accurateque a Michaële monacho edita, in sirmondiano volumine extat. Et quidem pars eius notabilis fuit, tragoedia illa Constantini Irenes filii, qui suis adulterinis nuptiis ecclesiam conturbavit: cui flagitio obsistens apprime Theodorus, tot mala perpessus est, exilia scilicet, verbera, famem, et huiusmodi aerumnas alias. Res haec in codicibus etiam vat. non semel narratur; nosque ipsi sive in Script. vet. T. III. cum Methodii monachi scripto, sive in Spicile-

gii rom. T. VI. praef. p. 22. et seqq. cum Methodii patriarchae aliorumque auctoritatibus, rem declaravimus. Nunc tamen magis proprio in loco historiam hanc graece integram cum nostra lat. interpretatione recitabimus ex codice vat. 1137, ubi inter alia excerpta sic anonymus auctor scribit.

Περὶ Ταρασίου καὶ Νικηφόρου τῶν ἐν ἁγίοις πατριαρχῶν.

Ὅτι Ταράσιος καὶ Νικηφόρος οἱ ἀοίδιμοι πατριάρχαι οἰκονομίας τινὰς ἀναγκαίως ἐποιήσαντο, δι' ἃς καὶ ἀπέσχισεν ἑαυτὸν ἐκ τῆς τούτων κοινωνίας ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ὁ στουδίτης, ὡς ἤδη παρεδηλώσαμεν· βούλεται οὖν ὁ λόγος ταύτας διηγήσασθαι. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ὁ τῆς φιλοχρίστου Εἰρήνης υἱὸς, τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον ἐξώσας, καὶ ἀποκείρας ἄκουσαν καὶ μὴ βουλομένην, ἑτέραν ἀντ' αὐτῆς ἠγάγετο· καὶ ὁ μὲν ἅγιος Ταράσιος, οὗτος γὰρ ἦν τηνικαῦτα τοὺς οἴακας ἰθύνων τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας, ὅλως εἰς τοῦτο οὐ συνευδόκησεν· ἀλλὰ πρεσβύτερός τις τῆς ἐκκλησίας, ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐστεφάνωσεν αὐτούς· τότε τοίνυν ὁ μέγας Θεόδωρος τὸν βασιλέα μὲν ἀπεκήρυξεν ζήλῳ θείῳ κινούμενος, καὶ ὡς οὐ μετρίως παρανομήσαντα ἤλεγξεν, ἀκολουθησάντων τῷ αὐτοῦ σκοπῷ τε καὶ ζήλῳ καὶ ἄλλων πλειόνων· ἀφώρισε δὲ ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ πατριάρχου· διότι εἰ καὶ μὴ συνευδόκησεν εἰς τὸν παράνομον γάμον ὁ πατριάρχης, ἀλλ' οὐ ἐπεξῆλθεν, οὐδὲ ζῆλον θεῖον ἐπεδείξατο κατὰ τοῦ τηλικούτου μίσους ἐργασαμένου βασιλέως. Ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκ θείας δίκης τῷ Κωνσταντίνῳ ἐπενεχθεῖσαν τύφλωσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς βασιλείας καθαίρεσιν Εἰρήνης τῆς τούτου μητρὸς, ὁ ταύτην ἐξ ἐπιβουλῆς καθελὼν Νικηφόρος τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς γενόμενος, μετὰ τῶν ἄλλων ὧν οὐκ εὐαγῶς ἔπραξεν, ἐσπούδαζε καὶ τὸν προλεχθέντα πρεσβύτερον Ἰωσὴφ καθῃρημένον ἤδη, δεχθῆναι πάλιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Νικηφόρος, διαδεξάμενος ἤδη τελευτήσαντα τὸν Ταράσιον, συγκατέβη τῇ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου σπουδῇ, καὶ εἰσεδέξατο τὸν Ἰωσήφ· ὅθεν πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος καὶ ἐκ τῆς τούτου κοινωνίας ἀποῤῥήγνυται· ἀλλ' αὐτὸς μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος οὔτε ἐξ ἀρχῆς τῇ παρανομίᾳ συνθέσθαι ἠνέσχετο· καίπερ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ δῶρα προτείνοντος, καὶ παντοίως τιθασσεύειν αὐτὸν ἐπιχειροῦντος διά τε ἑαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων, καὶ δι' αὐτῆς δὴ τῆς ἀθέσμως αὐτῷ συνοικησάσης, συγγενοῦς οὔσης τοῦ πατρός· οὔτε αὖθις τὰ δεινότατα ὑποστὰς παρ' αὐτοῦ ἐν ἐξο-

De sanctis Patriarchis Tarasio et Nicephoro.

Patriarchae celebres Tarasius atque Nicephorus dispensationes quasdam fecerunt, quarum causa separavit se ab illorum communione sanctus Theodorus Studita, ut iam significavimus. Rei igitur historia pandenda est. Imperator Constantinus, religiosae Irenes filius, uxore sua eiecta, et per vim tonsa, aliam subintroduxit. Et sanctus quidem Tarasius, qui tunc temporis constantinopolitanae ecclesiae clavum moderabatur, prorsus non consensit; sed ecclesiae presbyter quidam, nomine Iosephus, illos coronavit. Tunc ergo magnus Theodorus imperatorem divino zelo commotus excommunicavit, et ceu graviter contra ius agentem redarguit, aliis multis propositum eius zelumque sectantibus: simulque separavit se ab ecclesia et a patriarcha; quia etiamsi nuptiis illicitis non consenserat patriarcha, haud tamen contra iverat, neque divinum zelum adversus imperatorem tanti flagitii reum exprompserat. Sed postquam Deo vindice Constantinus excaecatus fuit, et huius quoque mater Irene imperio excidit, is qui hanc insidiis exauctoravit Nicephorus sceptro potitus, inter alia perperam perpetrata, operam dedit ut praedictus presbyter Iosephus, iam sacris exclusus, rursus in ecclesiam reciperetur. Tum sanctus Nicephorus, mortui iam Tarasii successor, Nicephori imperatoris voluntati condescendit, et Iosephum admisit. Quam ob rem rursus magnus Theodorus ab huius quoque communione semet secrevit. Et quidem iam inde ab initio sanctus Theodorus iniquitatem illam non tulerat; quamquam Constantinus imperator munera quoque obtulerat, cumque omnino placare sategerat tum ipse per se, tum per alios, et per ipsam denique illegitimam coniugem, quae Theodoro erat adfinis: neque item, gravis-

ρίαις, καὶ εἱρκταῖς, καὶ λιμῷ μακρῷ, πληγαῖς τε ταῖς κατὰ τῶν νώτων, καὶ παντοίαις κακώσεσι, καθυφῆκέ τι τοῦ θείου ζήλου, ἢ ὅλως ἥττων ὤφθη τὴν ἔνστασιν. Οὐ γὰρ ἦν ἐλαφρὸν δοκεῖν ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν τὸ τοῦ Κωνσταντίνου παράπτωμα· καὶ γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ βασιλέως ἀρξάμενον, εἰς καταστροφὴν μυρίων ψυχῶν ἤδη προέβαινεν· οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μᾶλλον οἱ ἐμπαθέστεροι, ἀφορμὴν ἐκ τούτου λαμβάνοντες εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν ἀκολάστων αὐτῶν ἐπιθυμιῶν, ὡς νόμῳ δῆθεν τῇ παρανομίᾳ τοῦ βασιλέως εἵποντο, τὰς μὲν κατὰ νόμον ἤδη συζευχθείσας αὐτοῖς γυναῖκας ἐκβάλλοντες, ἑτέρας δὲ ὥσπερ εἶχον καταθυμίους εἰσοικιζόμενοι· ταύτην τὴν λύμην εἰς πολλὰς ἤδη διαδραμοῦσαν χώρας ὁρῶν ὁ μέγας Θεόδωρος ἐκίνησέ τε κατὰ τοῦ βασιλέως τὸν θεῖον ζῆλον, ὡς εἴπομεν, καὶ μέχρι τέλους αὐτὸν διετήρησεν· καὶ οὗτος μὲν οὕτω.

Τῶν δὲ μνημονευθέντων πατριαρχῶν, ὁ μὲν θεῖος Ταράσιος διὰ τοῦτο συγκατέβη καὶ ἐφησύχασε τῷ τοιούτῳ ἀθέσμῳ τοῦ Κωνσταντίνου δραματουργήματι, ἐπειδὴ ἠπείλει ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, εἰ μὲν τῷ αὐτοῦ θελήματι ὑποκύψει ὁ πατριάρχης, τῶν ἔναγχος βασιλευσάντων τὴν αἵρεσιν ἀνανεώσασθαι, καὶ τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας πάλιν καθαιρήσειν· τούτου οὖν ἔδοξεν ἕνεκεν αὐτῷ μικρὸν ἐνδοῦναι τῆς ἀκριβείας, ἵνα μὴ ἀπολέσαι τὰ μέγιστα· ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Νικηφόρος πολλὰ πρότερον ἀντικαταστὰς τῷ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντι Νικηφόρῳ, ἔπειτα τὸ δύστροπον αὐτοῦ καὶ τὸ τῆς γνώμης κακοθελὲς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, καὶ ὑφορώμενος μή ποτε ταράξῃ καὶ συγχέῃ πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ, συγκατέβη καὶ αὐτὸς, καὶ ἐδέξατο τὸν καθῃρημένον Ἰωσὴφ, ὡς προείρηται· πλὴν εἴ τε ὁ μέγας Θεόδωρος κρεῖττον ἔπραξε παῤῥησιασάμενος κατὰ τῆς παρανομίας, καὶ μέχρι τέλους ἐνστάς· εἴ τε οἱ πατριάρχαι συγκαταβάντες διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἑτέροις δοκιμάζειν καταλείψομεν τοῖς ἔχουσι τὸν λύχνον τῆς γνώσεως ἐν ἑαυτοῖς φαίνοντα, καὶ ἐῤῥωμένοις τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια πρὸς τὴν τῶν τοιούτων διάκρισιν· ἐπεὶ καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον τὸν Κύπρου εὑρίσκομεν, τὸν αὐτὸν τῷ μεγάλῳ Θεοδώρῳ ζῆλον καὶ ἔνστασιν ἀήττητον ἐνδειξάμενον πρὸς τὴν βασίλισσαν Εὐδοξίαν· ἀπειλούσης γὰρ κἀκείνης ποτε, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀνοίγειν, εἰ μὴ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξορισθῇ, οὐ κατέπτηξεν, οὐδὲ ἐνέδωκεν ὅλως ὁ ἅγιος·

sima ab illo perpessus, exilia scilicet, carceres, longam famem, plagis etiam dorso inflictis, et omnimodis cruciatibus, de divino zelo quicquam remisit, neque segnius resistere visus est. Profecto leve videri non poterat tantae virtutis viro Constantini flagitium, quod ab imperatore inceptum ad plurimarum animarum subversionem iam redundabat. Etenim mortales multi, praesertim ad libidinem proni, ansam inde arripientes ad suas explendas intemperantes cupiditates, iam tamquam legem flagitium imperatoris sectabantur, legitimas pellendo uxores, et alias prout cuique magis placebant sibi copulantes. Hanc pestem iam ad plures regiones manantem cernens magnus Theodorus, commovit ipse suum adversus imperatorem divinum zelum, ut diximus, et ad finem usque dissensit. Porro ex dictis patriarchis, divus quidem Tarasius ideo condescendit, et hoc iniquum Constantini facinus dissimulavit, quia minabatur idem Constantinus imp., nisi suae voluntati cederet patriarcha, se superiorum imperatorum haeresim instauraturum, et venerandas sanctasque imagines denuo destructurum. Propterea igitur visum est ei aliquantum de districto iure remittere, ne rei summam pessumdaret. At sanctus Nicephorus, cum valde antea restitisset regnanti post Constantinum Nicephoro; postea tamen contumaciam huius mentisque pravitatem apprime sciens, timensque ne aliquando res omnes ecclesiasticas turbaret ac permisceret, condescendit ipse quoque, et exauctoratum Iosephum recepit, uti dictum est. Verumtamen utrum magnus Theodorus melius se gesserit flagitio adversans et usque ad finem resistens; an potius duo patriarchae, dictas ob causas condescendentes, aliis diiudicandum permittemus, qui scientiae lucernam habent apud se relucentem, firmoque animae sensu praediti sunt ad haec discernenda. Namque et sanctum Cypri Epiphanium comperimus, parem magno Theodoro zelum, et invictum resistendi vigorem exprompsisse contra Eudoxiam augustam: quae dum aliquando minaretur idolorum templa se fore reseraturam, nisi divus Chrysostomus in exilium pelleretur, haud

ἀλλ᾽ εἰπών, ἀθῷος εἰμὶ ἀπὸ τῆς κρίσεως ταύτης, ἐξῆλθε, θυμοῦ πνέουσαν καταλείψας αὐτήν. Λέγεται δὲ ὅτι δι᾽ ἑτέραν αἰτίαν ἀπὸ τῶν ἀοιδίμων πατριαρχῶν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ἀπερράγη· ἡ δὲ ἦν, ὅτι φησὶν ἀπὸ λαϊκῶν εὐθὺς εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀνεβιβάσθησαν, καὶ οὐ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν ἐγένετο ἡ τούτων χειροτονία· πρὸς δὲ τοῦτο ἀπολογεῖται ὁ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς συγγραψάμενος, ὅτι οἱ θεῖοι κανόνες οὐκ ἀποκλείουσι πάντη τὸ πρᾶγμα· ἀλλ᾽ ὑφορώμενοι μή πως ἄπειρος ὢν ὁ χειροτονούμενος τῶν τῇ ἱερωσύνῃ καθηκόντων, εἰς πτῶσιν ἐνέγκῃ τὰ ἐκκλησιαστικά· οὗτοι δὲ, ὁ μέγας φημὶ Ταράσιος καὶ ὁ θεῖος Νικηφόρος, εἰς τὸ πρόσω βαίνειν τὴν ἐκκλησίαν πεποιήκασι, καὶ πάντα καλῶς καὶ ἐνθέσμως ἔπραττον· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἅπτεται αὐτῶν ὁ κανών. Ιστέον μέντοι ὅτι τὸ προσκροῦσαι τοῖς ἀοιδίμοις πατριάρχαις τὸν μέγαν Θεόδωρον ἐκ θεοῦ κεκινημένοις, καὶ μικρὸν ἐνδοῦσι τῆς ἀκριβείας, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι μείζονα βλάβην, καὶ ἑαυτὸν ἀποσχίσαι τῆς ἐκκλησίας, οὐ μικρὸν πτῶμα τοῖς πατράσιν ἔδοξεν· ἀλλ᾽ ὅμως πάλιν διωρθώσατο, ὡς προείρηται· καὶ δηλοῖ μὲν τοῦτο ἡ τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἱστορία· δηλοῖ δὲ καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος ἐν τῷ ἤδη μνημονευθέντι λόγῳ αὐτοῦ, τῷ πρὸς τοὺς Στουδίτας· διηγεῖται γὰρ ὅτι πάλιν ἠθέτησε τὴν γνώμην ἣν ἔσχε κατὰ συναρπαγὴν, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ συνήφθη· καὶ ὅτι πρὸς τῷ τέλει αὐτοῦ πολλὴν ἕνωσιν καὶ ἀγάπην καὶ συνομιλίαν ἀέναον μετὰ Νικηφόρου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου ἐκέκτητο·
* Ps. XXXVI. 24. ἐπληρώθη γοῦν ἐπ᾽ αὐτῷ τὸ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον περὶ τοῦ δικαίου *, ὅτι ὅταν πέσῃ, οὐ καταῤῥαχθήσεται, ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ· εἰ γὰρ τὸ προσκροῦσαι καὶ τῷ τυχόντι ἱερεῖ, ἄνευ δηλαδὴ αἱρέσεως, μέγαν ἔχει τὸν κίνδυνον, πηλίκον ἦν τὸ πρὸς τοιούτους ἀρχιερεῖς τοῦτο
* Ep. ad Demoph. n. 4. γενέσθαι, καὶ ἀρχιερέων ἀρχιερεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποστόλους αὐτοὺς κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον *; τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος Μεθόδιος πρὸς τοὺς τοῦ ἁγίου μαθητὰς, τοὺς στουδίτας φημὶ, δικαίως προτείνεται, λέγων οὕτως· σὺ μοναχὸς εἶ, καὶ οὐκ ἔξεστί σοι ἐξετάζειν τὰ τῶν ἱερέων, ἀλλ᾽ ὑποτάσσεσθαί σε χρὴ, καὶ οὐχ ὑποτάσσειν οὐδὲ ἐξετάζειν αὐτούς.

animo concidit neque cessit omnino vir sanctus; sed dicens: mundus ego sum ab hoc iudicio, discessit, plenam irarum ipsam relinquens. Aliam quoque ob causam dicitur, ab illustribus patriarchis discidium fecisse sanctus Theodorus; quia videlicet de coetu laicali, ut aiebat, ad patriarchalem sedem fuerant adsumpti, neque eorum electio ad iuris ecclesiastici tramitem facta. Iam vero huic argumento respondet ille qui horum res gestas scripsit, nempe sacros canones haud districte hanc rem vetare: sed verentes tantum, ne si forte sacerdotalis officii ignarus eligeretur, res ecclesiasticas pessumdaret. At enim hi, magnus inquam Tarasius et divus Nicephorus, rem immo ecclesiasticam in melius provexerunt, atque omnia recte legitimeque gesserunt. Ideoque ipsos canon non attingit. Sciendum vero est, magni Theodori obluctationem adversus illustres patriarchas, qui Dei instinctu aliquantum de rigore remiserunt ne maius detrimentum fieret, atque eiusdem ab ecclesia secessionem, visam esse patribus haud mediocrem noxam. Sed tamen actum correxit, ut supra dictum est, atque ut horum historia demonstrat. Ostendit id magnus quoque Methodius in memorato sermone suo ad Studitas: narrat enim Theodorum sententiam suam immutasse, qua abreptus fuerat, et se cum ecclesia reconciliasse: et circa vitae finem multam animi coniunctionem, caritatem ac familiaritatem perpetuam, cum illustri patriarcha Nicephoro fovisse. Igitur in eo completum est psalmi illud de iusto homine dictum, quod *cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Nam si vel cuilibet sacerdoti adversari, excepta nimirum haeresi, magnopere periculosum est, quanti momenti demum fuit talibus adversari pontificibus, pontificum inquam pontificibus, vel potius apostolis, ut magnus loquitur Dionysius? Hoc autem divus quoque Methodius sancti viri discipulis, id est Studitis, iuste obiecit, sic dicens: tu monachus es, neque tibi licet sacerdotum res scrutari; sed te subiectum esse oportet, non alios subiicere aut eventilare.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΩΝ

ΔΙΑΦΟΡΑ.

ΛΟΓΟΣ Α.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΥΝΑΞΙΝ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΙΩΝ ΤΑΓΜΑΤΩΝ.

α΄. Ἀρχιστρατήγων ἡμᾶς νοερῶν περιήχησαν σάλπιγγες, καὶ θείων ἱερῶν λειτουργῶν περιήστραψαν χάριτες· ὑμνολόγων γρηγόρων πρὸς ὕμνους ἐγρηγορῆναι συνήθροισαν τάγματα, καὶ τάξεις αὔλων ὑλικοῖς σύνυμνοι χορείαν συνέστησαν· ὁ τῶν ἄνω χοροστάτης καὶ τῶν κάτω, ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ ταξιαρχεῖ σήμερον· καὶ τίς γὰρ οὗτος, ὁ τοσοῦτος Μιχαὴλ πρὸς χάριτος θεοῦ λαμπρυνόμενος, καὶ βροτοῖς θείων ἐλλάμψεων μεσίτης γενόμενος; νόμοι μὲν οὖν καὶ θεοπαγεῖς ὁμοῦ καὶ πανδίκαιοι, ταῖς ἀρχιδότοις πρὸς ἄνδρας ἐξεφάνθησαν θεοτυπίαις (1), καὶ μάλιστα πλείστους ἐξ εὐεργετῶν δωρεὰς κομιζομένους, μὴ ἀμνήμονας ὁμοῦ τε καὶ ἀγνώμονας καθίστασθαι πρὸς τοὺς αὐτοῦ προστάτας, ἀλλὰ μὴν τέως ἣν ἔχει πᾶς πᾶσαν φύσεως δύναμιν κηρύττειν τὰς χάριτας· cod. vat. 1990. p. 1270. b.

SANCTI PATRIS NOSTRI

THEODORI

PRAEPOSITI MONASTERIO STUDII

SCRIPTORUM SUPPLEMENTA EX CODICIBUS VATICANIS.

ORATIO I.

IN CAELESTIUM ORDINUM COETUM.

1. Summorum ducum spiritalium nos tubae circumsonuerunt: divinorum ad sacra ministrorum nos gratia circumfulsit: vigilum agmina hymnodicorum ad vigilandum in canticis nos congregarunt: ordines immateriales cum materialibus concinentes choream ducunt: caelestium idem ac terrestrium praecentor in eadem aede omnes hodie moderatur. Quis hic porro? nempe tantus ille Michaël gratia Dei splendidus, et mortalibus etiam divinorum luminum factus conciliator. Leges igitur et a Deo latae et iustissimae, supremis apud homines patefactae sunt revelationibus, ut ii qui plurima a benefactoribus dona retulerint, ne sint immemores simul et ingrati adversus patronos suos, sed ut pro sui quisque ingenii viribus gratias agant. Patroni igitur

1) In appendice tomi VIII. p. 285. operum S. Ioh. chrysostomi legitur mediocre excerptum, verbis plerumque mutatis, huius sermonis Theodori. Auctorem non novit Montfauconius, ideoque sermonem, ut Chrysostomo suppositum spuriumque, incautus contempsit.

προσῖάται τοίνυν ὀξεῖς ὁμοῦ καὶ θερμοὶ πρὸς θεὸν, καὶ πρέσβεις θνηῖῶν ἄοκνοι ὁμοῦ τε καὶ ἄπαυστοι, οἱ ἐκ φιλανθρώπου δεσπότου λαβόντες τὸ φιλάνθρωπον, φιλάνθρωποι ἄγγελοι, τὸ πρωτόκτιστον ἐξ ἀκτίστου φωτὸς μεταδοτικῶς τοῦ φωτὸς φωτιζόμενοι· ἄγγελοι, ὁ πρῶτος μὲν πρὸ τοῦ κόσμου ὑπερκόσμιος κόσμος, καὶ τούτῳ τῷ κόσμῳ τὸν ὑπερκόσμιον κόσμον Χριστὸν προκηρύξαντες· ἄΓγελοι οἱ ἀμεσίτευτοι μεσίται πρὸς θεὸν τῶν βροτῶν, θεοὶ τῇ θεώσει ἐκ θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐ τῇ φύσει λεγόμενοι· ἄγγελοι τῆς ἄνω πόλεως τῆς ἐλευθέρας ἐλευθεροπολῖται, ἥ Γε ἡ ἄνω ἐλευθέρα Ἱερουσαλὴμ, ἡ μήτηρ πάντων τῶν συνελευθέρων Χριστοῦ· ἄγγελοι, τὸ ἔμψυχον καὶ νοερὸν πῦρ, ἡ λογικὴ θεοῦ φλόξ· ἄγγελοι τὰ φαεινὰ καὶ ὑπέρτερα καὶ μετέωρα ὑπερόρια καὶ αἰώνια ὄρη, δι᾽ ὧν φωτίζει ἡμᾶς θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων· ἄγγελοι πρόσκηνοι ἑτοιμασταὶ τῶν ἄνω σκηνῶν καὶ μονῶν· ὡς ἀΓαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων, εἰς ἃ ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχὴ ἡμῶν εἰς τὰς αὐλάς σου κύριε· διότι φῶς ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν ταῖς ἀγΓελικαῖς σκηναῖς τῶν δικαίων· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐν ἤχοις ἑορταζόντων, ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ· ἐν ᾧ πάντες ἄΓγελοι θεοῦ, δυναῖοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόΓον αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἁπλότης ζωῆς εἰρηναία καὶ ἀστασίαστος, ἐν ᾧ μέγας καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἡ κρυφιόμυσῖος σιγὴ τῶν ἐπινικίων ὕμνων· ἐν ᾧ αἱ ἀπόῤῥηῖοι θεομυσῖίαι τῶν παναΓεστάτων αἴνων· ἐν ᾧ αἱ ἀόρατοι θεοφωτίαι τῶν ἀφθέγκτων καὶ διαπρυσίων ὑμνολοΓιῶν· ἐν ᾧ ἡ ἀνέσπερος φωτοχυσία τὰ ἄυπνα τῶν ἀσωμάτων καταυγάζουσα ὄμματα· ἐν ᾧ οἴκῳ θεοῦ νοερῷ, ἐκείνων τῶν ἀστέρων ἄγυρις, ἀγ-

prompti simul et fervidi apud Deum, et legati mortalium impigri et adsidui, a benigno domino benignitate instructi, amatores hominum angeli; primo lumine ab increato lumine impertiti; angeli, qui fuistis primus ante hunc mundum mundus supermundialis, quique huic mundo supermundialem adhuc mundum, id est Christum, nunciastis: angeli proximi apud Deum pro mortalibus intercessores, dii ob coniunctionem cum Deo non tamen proprie dicti: natura angeli, supernae liberae civitatis liberi incolae, immo qui estis superna illa libera Hierosolyma, quae mater est liberatorum omnium a Christo: angeli animatus intellectualis ignis, Dei flamma rationalis: angeli, lucidi, excelsi, aëremque transcendentes aeterni montes, unde nos *Deus* illuminat mirabiliter a montibus aeternis: angeli ianitores parati supernarum sedium atque stationum; quam dilecta sunt tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima nostra ad atria tua Domine. Quoniam lumen exultationis et salutis in angelicis iustorum tabernaculis: et in voce exultationis et confessionis, in iubilis feriantium; in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei: in quo omnes angeli Dei potentes virtute, facientes sermonem eius: in quo vitae simplicitas, pacifica et quieta: in quo est magnus et formidabilis supra omnes qui in circuitu eius sunt; in quo sacrum silentium triumphalium hymnorum: in quo ineffabilium mysteria sacratissimarum laudum: in quo invisibiles revelationes ineloquacium et tamen late audiendarum hymnologiarum: in quo lux sine vespere vigilum oculos illustrat: in quo Dei intellectuali habitaculo, illorum est astrorum collectio, angelicarum inquam virtutum,

γελικῶν λέγω δυνάμεων συνεργουσῶν ἡμῖν πρὸς τὰ κρείττονα, ἀεὶ πρὸς διακονίαν πρὸς ἡμᾶς ἐκ θεοῦ ἀποστελλόμενοι, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.

β'. Ἀγγελικῶν δυνάμεων τῶν ἀσωμάτων, στρατευμάτων ἀθανάτων, ἐν οἷς θεοῦ ὑπουργοὶ ὁμοῦ καὶ λειτουργοὶ διάφορος ἡ στάσις, διάφοροι αἱ προσηγορίαι, διάφοροι αἱ ἀξίαι, μία ἡ οὐσία, πολυτρόπους ἔχουσα τὰς ἐργασίας· τάξεις ὑμνολογικαὶ, καὶ οὐρανῶν φυλακτικαὶ, καὶ θεῷ ἀμέσως παραστατικαὶ, τάξεις ἐσώτεραι, τάξεις ἐξώτεραι, αἳ καὶ πύλαι οὐρανῶν προσαγορεύονται· τάξεις ὑψηλότεραι, τάξεις κατώτεραι, αἳ πρὸς τὰς ἀνωτέρας ποτὲ ἔλεγον, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν· τάξεις ἀποστέλλουσαι, τάξεις ἀποστελλόμεναι, τάξεις μυσταγωγοῦσαι, τάξεις μυσταγωγούμεναι· διαφόρων ἀγγέλων διάφοροι αἱ τάξεις· ἄγγελοι τῷ ἀέρι ἐφίπτανται, τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων ἐκ τῶν πνευμάτων τοῦ ἀέρος διασώζοντες· καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ φησὶ τελευτῶν· ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν *· διὸ καὶ ἄγγελοι τὴν ἐπιγείου κόσμου διοίκησιν ἐμπιστεύονται, νεύματι δεσποτικῷ ποιούμενοι τὴν πρέπουσαν πρόνοιαν· ἄγγελος πάσῃ ψυχῇ χριστιανοῦ ἀληθοῦς ἐμπεπίστευται ὑπὸ θεοῦ εἰς τήρησιν καὶ ἀντίληψιν· μὴ δῷς γάρ, φησιν, εἰς σάλον τὸν πόδα σου, καὶ οὐ νυστάξει ὁ φυλάσσων σε· καὶ πάλιν· ὁρᾶτε, φησὶ, μὴ καταφρονήσατε ἑνὸς τῶν ἐλαχίστων τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἀλλ' ἑκάστῃ μὲν ψυχῇ ὡς θεοσεβεῖ ἄγγελος ὑπὸ θεοῦ δεδώρηται· ἑκάστῳ δὲ ὅλῳ πιστῷ ἔθνει εἷς ἄγγελος εἰς πρόνοιαν ὑπὸ θεοῦ παραδέδωται· ἔστησε γάρ,

* Gen XLVIII. 16.

nobis ad meliora faventium: sunt enim angeli in ministerium ad nos missi a Deo, propter eos qui salutem sunt adepturi.

2. Angelicarum virtutum incorporearum, qui est immortalis exercitus, cooperator simul Dei et minister, diversae sunt stationes, diversae appellationes, diversae dignitates, una substantia quae varias habet operationes: sunt hi ordines hymnologici, caelorum custodes, Deo coram adstantes: sunt ordines interiores, et item exteriores qui portae caeli appellantur; sunt ordines superiores, et item inferiores, qui superioribus aliquando aiebant: attollite portas principes vestras: sunt ordines qui mittunt, sunt etiam qui mittuntur: sunt ordines qui initiant, et item qui initiantur: diversorum angelorum diversi sunt ordines. Angeli per aërem volitant, sanctorum animas ab aëreis spiritibus protegentes. Hoc significans patriarcha Iacobus moriens dicebat: angelus qui eruit me de cunctis malis. Quamobrem angelis terrestris orbis cura commissa est, Dei iussu opportunam providentiam impendentes. Angelus unicuique animae christiani veri datus est a Deo ad tutelam et conservationem: ne des, inquit, in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. Et rursus: videte, inquit, nequem ex his minimis contemnatis qui in me credunt: dico enim vobis, quia angeli eorum vident faciem patris mei qui in caelis est. Quemadmodum autem singulis suis animabus angelus a Deo donatus est, ita etiam unicuique integrae fideli genti unus angelus a Deo provisor traditus est: constituit enim, inquit, fines gentium secundum numerum angelorum Dei. Per caele-

φησιν, ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ· δι' ἀγγέλων οὐρανίων, θεοῦ μυστηρίων ἐπὶ γῆς μετάδοσις· δι' ἀγγέλων, ὑδάτων καὶ πηγῶν τήρησις ὁμοῦ τε καὶ ἴασις· δι' ἀγγέλων τοῖς ἀξίοις πειρασμῶν λύτρωσις· παρεμβολεῖ γάρ φησιν ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς· δι' ἀγγέλων καὶ μαρτύρων τῶν λειψάνων τήρησις· κύριος φυλάσσει πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν, εἰ καὶ μυστικώτερός πως τούτων τῶν ὀστέων ὁ λόγος· δι' ἀγγέλων καὶ θεοῦ τηροῦνται θυσιαστήρια, καὶ ναοὶ τῶν πιστῶν διαφυλάσσονται· δι' ἀγγέλων δεήσεις καὶ προσευχαὶ ἀπὸ γῆς πρὸς οὐρανὸν τῷ θεῷ προσάγονται, ὁμοῦ τε καὶ αἱ θεῖαι δωρεαὶ τοῖς ἀνθρώποις παρέχονται· καὶ πᾶν μικροῦ δεῖν ἐπὶ γῆς θεοῦ δι' ἀγγέλων τελεῖται μυστήριον.

γ'. Οὕτω ποτὲ τέταχεν ὁ θεὸς ἀψευστεὶ τὰ χερουβὶμ εἰδότα τηρεῖν τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τοῖς ἀναξίοις ἀπρόσιτον· οὕτω σχηματίζει τῷ Ἀβραὰμ, τρισάγγελον αὐτῷ ἐν εἴδει ἀνδρῶν ἐπιστήσας χορὸν, τὸν τρισάγιον τῆς τριάδος μηνύοντα θεσμόν· οὕτω τε αὖθις δύο ταύτης τῆς ἀγγελικῆς τριάδος ἐν Γομόροις ἐμφανίζει τῷ Λὼτ, δεικνὺς ἐπί τι τῶν ἐκεῖσε τιμωριῶν ὅτι ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, συμπαρόντος αὐτῷ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φυσικῶς· οὕτω καὶ Ἰακὼβ ὀπτάνεται παλαιστὴς ἄγγελος, εἰς νόμου τύπον τοῦ δι' ἀγγέλου λαληθέντος· οὕτω καὶ Μωϋσεῖ τῷ πάνυ ἐν πυρὶ φλογὸς ἀγγέλων ὁ πύρινος ποταμὸς ὀπτάνεται, τὴν ποηφόρον πυράρδευτον ἀλυμάντως περιφλέγων βάτον, προδιαγράφων θεοῦ ἐν ἀκανθηφόρῳ τῆς ἁμαρτίας φύσει βροτῶν ἀσύγχυτον ἕνωσιν· οὕτω δι' ἀγγέλων ὠλοθρεύετο τότε ταχίστῃ τινὶ ἀψοφητὶ χειρὶ ἀξιφὶ τῇ νυκτὶ φαραωνίτιδος γονῆς τὰ πρῶτα νεογνὰ, ἀβλα-

stes angelos, Dei mysteria orbi terrarum communicantur: per angelos fit aquarum fontiumque custodia simul et medela, per angelos tentationibus qui digni sunt liberantur: castrametatur enim, inquit, angelus Domini in circuitu timentium eum, ut ipsos liberet: per angelos martyrum quoque reliquiae custodiuntur: Dominus custodit omnia ossa eorum, quamquam mystica potius hoc loco est ossium appellatio: per angelos altaria Dei custodiuntur, et fidelium templa servantur: per angelos preces orationesque de terra in caelum ad Deum deferuntur, simulque divina dona hominibus exhibentur: omne denique propemodum Dei mysterium per angelos in terra perficitur.

3. Sic olim vere Deus constituit cherubinos qui vitae lignum apte custodirent, ne indignis iter ad illud pateret. Sic Abrahamo speciem obtulit, misso ad eum trium angelorum in humana forma choro, qui sanctissimum Trinitatis significavit decretum. Sic rursus duos ex illa angelica Trinitate ostendit Loto in Gomororum urbe, per poenam ibi inflictam demonstrans, a patre neminem iudicari, sed omne iudicium filio esse traditum, sancto quoque substantialiter Spiritu intercedente. Sic etiam Iacobo apparuit luctator angelus, ad legis typum quae per angelum edicta fuit. Sic etiam Moysi illi magno in ignis flamma angelorum igneus fluvius visus est, herbidum rubum igne irrigans et sine detrimento amburens, portendens scilicet Dei cum spinosa peccatis mortalium natura inconfusam adunationem. Sic per angelos celerrima quadam sine gladio manu, silente nocte, pharaoniticae geniturae primi surculi pessumdati

βοῦς τηρουμένου τοῦ τῶν Ἑβραίων φύλου· οὕτως συνεδοῦντο ἐν σχοίνῃ, ἀγγελικῇ τῇ χειρὶ ἀλινήκτῳ βυθίῳ πηγῇ, ἄξονες τοῖς ἄξοσι σὺν τριστάταις στρατηγοῖς· ὅθεν καθορῶντες δὴ οἱ ἀλάστορες τὰς ἀγγελικὰς αὐτὰς συμποντιζούσας δυνάμεις, ἔλεγον· φύγωμεν ἀπὸ προσώπου Ἰσραὴλ, ὅτι κύριος ὑπὲρ αὐτῶν πολεμεῖ τοὺς Αἰγυπτίους· οὕτω μετὰ τοῦτο αὖθις ἐν στύλῳ πυρὸς μορφωθεὶς ἄγγελος θεῖος, ὁδηγὸς ὡς Χριστὸς τοῦ λαοῦ, ἀνεδείκνυτο ἀπλανὴς, οὗ τὸ κάλλος τοῦ προσώπου νεφέλης περιβαλλόμενος εἶδος, τὰς ἐπαύλεις καὶ καταπαύσεις τῷ λαῷ διακελεύεται· οὕτω προσιόντων πρὸς τὸ τῆς νομοθεσίας ὄρος τῶν νομοθετουμένων, διὰ πλειόνων ἀγγέλων τὰς θεοτύπους ἐδέχοντο πλάκας, τῶν μὲν ἠχούντων σάλπιγγας ἠχῷ, τῶν δὲ τὸ ὄρος πυριμορφούντων, καὶ ἄλλων ἐν γνόφῳ καὶ ζόφῳ καὶ θυέλλῃ τοῦτο διακαπνιζόντων πρὸς τὸ ἔμφοβον καταστῆσαι λαὸν, θεοῦ ἀφοβίαν νοσοῦντα· αὖθις τε πάλιν δι' ἀγγέλου Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ τὴν κατὰ τῶν ὁμοφύλων εὐηγγελίζετο νίκην· καὶ ὅπως πλείονας ἀγγέλους τῷ ἀρχαγγέλῳ συνάψωμεν, πείθομαι γὰρ τῷ ἑαυτῶν ἀρχιστρατήγῳ ἀεὶ συνευφραίνεσθαι· ἄγγελος μὲν ποτὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸν Ἰσραὴλ διωλόθρευεν, ἕως ἂν ὁ μέγας Δαβὶδ τοὺς ἐν τῇ ἅλῳ τῆς Σιὼν θεοθυτήσας βόας, ἐν τοῖς ἀλωηφόροις τούτους ὁλοκαύτωσε, καὶ οὕτω τὴν τοῦ λαοῦ πληγὴν ἔπαυσεν· ἵνα τί πάθωμεν; καὶ τί παιδευθῶμεν; ὅτι μόνη ἡ διὰ τῶν ξύλων τοῦ σταυροῦ προσενεχθεῖσα Χριστοῦ θυσία τὴν τοῦ θεοῦ ἀπειλὴν τῆς οἰκουμένης κατέπαυσεν· ἐκεῖ γὰρ, ὡς ἀληθῶς ὁ μέγας θεοῦ Φινεὲς ἔστη, καὶ ἐξιλάσατο ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.

δ'. Σκοπῆσαι δὲ θέμις κἀκεῖνο, τοῦ ἀρχιστρατήγου ἡμᾶς χειραγωγοῦντος ἐπὶ

fuerunt, incolumi Hebraeorum populo. Sic angelica manu, fune veluti, alligati fuerunt, natantes in profundo stagno, axes axibus, cum ducibus ac tribunis. Quamobrem illi execrabiles visis angelicis quae submergebant virtutibus, dixerunt: fugiamus a conspectu Israhelis, quia Dominus pro ipso pugnat contra Aegyptios. Sic deinde rursus sub igneae columnae specie angelus Dei, dux minime devius veluti Christus populi, apparuit; cuius pulcher vultus nebulae forma obvolutus, stationes pausasque eidem populo designabat. Ita accedentes ad legislationis montem ii, quibus lex danda erat, per plures angelos a Deo scriptas receperunt tabulas, quorum alii tubis personabant, alii montem ignea specie vestiebant, alii obscuritate tenebris atque procella fumantem illum reddebant, ut perterrefacerent populum, cui insitus erat morbus Deum non timendi. Postea vero per angelum Iesus quoque Navi filius victoriam de popularibus suis relatam nunciavit. Atque ut plures angelos archangelo copulemus, credo enim eos cum suo semper duce in gaudio versari, angelus olim Hierosolymis Israhelem vastabat, donec magnus David boves in area Sionis immolans cum ipsis triturantibus curribus eos obtulit holocaustum. Atque ita populi plagam inhibuit. Quam hinc nobis cogitationem iniiciens, vel quam admonitionem? Nempe quod solum per crucis ligna oblatum Christi sacrificium, Dei iram adversus mundum sedavit. Illic enim vere magnus Dei Phinees (zelator) constitit, factaque pro nobis propitiatione, clades cessavit.

4. Illud quoque animadvertere aequum est, quoniam ipse supremus dux trahit nos

τοῦ τῶν ἀγγέλων λόγου· πῶς οὖν μιᾶς οὐσίας ὄντες, οὐ μίαν οὐδὲ ὁμοίαν τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὀπτασίαν ἐπὶ γῆς ἐπιδημοῦντες ἐπιδείκνυνται ἀνθρώποις; ἀλλὰ ποτὲ μὲν νεανίσκων μορφὴν ἐπιδείκνυνται, ποτὲ δὲ στρατιωτῶν, καὶ ἄλλοτε ἱππέων, καὶ πάλιν ἑξαπτερύγων καὶ πολυομμάτων, καὶ αὖθις λεόντων, εἶτα βοῶν, καὶ πάλιν ἀετῶν, ποτὲ δὲ καὶ ἵππων πυρίνων, καὶ πάλιν τροχῶν καὶ
* Is. VI. 1. et 2. ἁρμάτων; Ἡσαΐας * μὲν οὖν ὁ θεῖος ὅτε τὴν θείαν καὶ φρικωδεστάτην ἐκείνην καὶ δεσποτικὴν προεδρίαν τοῦ θείου καθεώρακε θρόνου, ἐν ᾧ ὡς ἑώρα, ἐνίδρυτο ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ἐν ἑξαπτερύγων εἴδει παριστάναι ἔφασκεν, αὐτῷ τὰς ἀνωτάτω
* cod. κὶ pro ταῖς. τῶν ἀγγελικῶν ὁμοῦ καὶ χερουβικῶν τάξεων δυνάμεις· καὶ ταῖς * μὲν δυσὶ, φησὶ,
* cod ut supra. πτέρυξι τὰ οἰκεῖα συνεκάλυπτον πρόσωπα, ταῖς * δὲ ἄλλαις δυσὶ τοὺς οἰκείους πόδας συνέσκεπον, [καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο·] τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω περικαλύπτουσαι μέρη· σημαίνουσαι μὲν διὰ τοῦ ὑποδείγματος, ὅτι καὶ τοῖς ἄνω ἐν οὐρανῷ, καὶ τοῖς κάτω ἐπὶ γῆς ἀόρατον καὶ ἀπόκρυφον καὶ συγκεκαλυμμένον ὑπάρχει τὸ τῆς θεότητος μυστήριον· ἢ τάχα διὰ τοῦτο τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη ἔσκεπον διδάσκοντες, ὅτι καὶ τὰ πρὸ καταβάσεως τοῦ λόγου καὶ θεοῦ καὶ Χριστοῦ ἀκατάληπτα, ὡσαύτως καὶ τὰ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν· τοῖς δὲ ἐν τῇ σαρκώσει, μέσοις ὡσανεὶ πτεροῖς, πιστεύουσα ἡ ἐκκλησία, εἰς οὐρανὸν ὑψιπετεῖ· ἴσως διὰ τοῦ ὑποδείγματος τῆς σκέπης τῶν προσώπον καὶ τῶν ποδῶν ἐκεῖνο ἡμῖν αἰνίττονται τὰ πανάγια σεραφὶμ, ὅτι οὔτε ἀρχὴν οὔτε τέλος τῆς θείας φύσεως ὁρᾶν ἢ ἐξευρεῖν ἢ ἐννοεῖν δυνατόν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ προσώπου σκέπη, τὸ ἀόρατον ἐδήλου τῆς ἀκτίστου φύσεως· ἡ δὲ τῶν ποδῶν πάλιν, τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀπροσπέλαστον.

ad orationem de angelis prosequendam; curnam quum sint unius omnes substantiae, non unam neque similem figuram aspectumque in terram advenientes ostendant hominibus? sed modo adolescentulorum speciem prae se ferant, modo militum, aliquando etiam equitum, item animalium sex alis et multis oculis instructorum, insuper leonum, boum, aquilarum, interdum etiam equorum igneorum, nec non rotarum et curruum. Divus ergo Isaias cum divinam illam adeoque tremendam vidit dominicam sessionem in sublimi throno, in quo, (ut ipse videbat) universi mundi Deus considebat, adstitisse dixit illi in forma sex alis instructa, celsissimas angelicorum simul et cherubicorum ordinum potestates: et duabus quidem alis facies suas velasse, aliis vero duabus pedes suos operuisse [duabus denique reliquis volasse.] Iam dum supernas atque inferiores partes circumtegerent significabant videlicet, hac oblata specie, tum superis in caelo, tum inferis in terra invisibile esse, arcanum, et obtectum divinitatis mysterium. Vel ob id fortasse utramque extremitatem tegebant, quia res ante Dei Verbi Christique de caelo adventum incomprehensibiles sunt, itemque illae post eiusdem assumptionem. Attamen mediis illis, quae incarnationis tempore evenerunt, credens ecclesia in caelum tamquam alis convolat. Fortasse item per hoc vultum pedumque velamentum, nobis innuunt sanctissimi Seraphini, neque initium neque finem divinae naturae spectari, aut comperiri, aut intelligi posse. Nam faciei tegumentum invisibilitatem denotat increatae naturae: pedes autem vicissim velati, significant haud posse quemquam Deo accedere aut propinquare.

ϛʹ. " Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ „ δέησίς σου. „ Εὐθὺς κατέστειλε τὸν φόβον τῇ πεύσει, οἷα ἡ ἀγγελικὴ ὀπτασία μετὰ τὸ φοβῆσαι, τὸ δειλὸν ἀφαιρουμένη· καὶ ἐναντίως περὶ τὴν δαιμονικὴν ἔφοδον· " μὴ φοβοῦ φησὶ Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου „ Ἐλισάβετ γεννήσει σοι υἱόν. „ Ὦ τῆς ἐπιθυμουμένης θεοπαρόχου ἐπιτάξεως· ὢ τῆς πολυεύκτου ἀγγελοκομίστου ὑποσχέσεως· ἐπέτυχεν οὗ ἐπεπόθει· ἤνυσεν ὃ ἠντιβόλει· εὗρεν ὃ ἐπεζήτει· τὸν τῆς ἀγονίας καινισμὸν, τὸν τῆς εὐπαιδίας * πορισμὸν, οὐκ ἀκολουθίᾳ φύσεως, ἀλλ᾽ ἐϖιτυχίᾳ ἐντεύξεως· οὐδὲ γὰρ κατάρας ἦν ἐϖιτίμιον ἡ στείρωσις, ἄπαγε, ἀλλὰ μυστηρίου μεγάλου παρασημείωσις· τοῦ γὰρ Ζαχαρίου ἐπικειμένου ταῖς ϖυκναῖς ϖρὸς θεὸν ἱκετηρίαις διαλυθῆναι τὴν στείρωσιν, τάχα ἐϖακηκοέναι αὐτὸν δοκῶ· οὔϖω συντετέλεσται ὁ καιρός· οὔπω συνετμήθησαν αἱ ἡμέραι τῆς ἐϖιφανείας· τότε οὖν ἔλϖισον τὴν τεκνογονίαν, Ζαχαρία, ὁϖηνίκα ἔλθῃ ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν· τότε ἐκδέχου τὴν ἀποστείρωσιν, ὁπόταν ἥξει ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς· ἐπειδὴ δὲ ἧκεν ὁ καιρὸς, λάβε τὸ καταθύμιον διὰ τῆς τοῦ Γαβριὴλ προῤῥήσεως· ἀνακαινίσθητι ὡς ἀετὸς τῇ νεότητι· γνώρισον, φησὶ, τὴν ὁμόζυγον· " εἰσηκούσθη γὰρ ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ

* cod. ἀπαιδίας.

cumscriptionis, propterea quod sit infinita et incomprehensibilis. Nam nunc etiam si simplicis hominis imaginem effingimus, haud certe animam immaterialem et figurae incapacem figuramus, quod fieri prorsus nequit; sed utrique convenienter quae sunt propria tribuimus; nempe incircumscripto incircumscriptionem, circumscripto circumscriptionem, prout veritatis ratio nobis suadet. Sed ad propositum denuo revertendum est.

6. «Dixit autem ei angelus: ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua.» Statim timorem eo nuncio compressit, quia visio angelica post pavorem, causam timendi solet eripere; quod in daemoniacis occursibus contra fit. «Ne timeas, Zacha» ria, quoniam exaudita est oratio tua, et uxor tua Elisabet filium tibi pariet.» O desideratum quod a Deo fit mandatum! o valde optabilem quae ab angelo affertur promissionem! Adsecutus est quod optaverat: optinuit, quod rogabat: invenit quod quaerebat; sterilitatis mutationem, fecunditatis donum; non naturae sequela, sed precum impetratione. Non enim maledictionis poena erat sterilitas, absit, sed magni mysterii significatio. Etenim Zachariam frequentibus ad Deum precibus instantem, ut solveretur sterilitas, haec fortasse inaudisse sibi dicta puto: nondum completum est tempus: nondum finiti sunt dies adventus: tunc demum prolis genituram spera, o Zacharia, quando venerit expectatio gentium: tunc expecta sterilitatis cessationem, cum advenerit spes omnium finium terrae. Nunc quia tempus adest, sume rem optatam per Gabrihelis praedictionem: renovetur ut aquilae iuventus tua: cognosce, inquit, uxorem tuam. «Etenim exaudita est oratio tua, et uxor tua Elisabet tibi

„ Γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει σοι υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην·„ ἐγνώρισε καὶ τοὔνομα ὃ κληθήσεται κἀξ αὐτῆς τῆς ἐτυμολογίας ἰὸν ἄνωθεν.

ζ'· " Εἶπε δὲ Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον.„ Λοιπὸν γὰρ αὐτῷ ὡς ὁμοδούλῳ παῤῥησίᾳ διαλέγεται· " κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, „ καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς· „ ἡ μὲν πρόχειρος καὶ πατρικὴ ἀπόδειξις, ἀπιστίας ἔγκλημα καταγράφει τῷ ἱερεῖ· ὁ δὲ παρὼν λόγος οὐχ ὑποπίπτων, ἀλλ' ἐν δοκιμασίᾳ προερχόμενος, ταυτὸν πεπονθέναι φησὶ τῷ μεγάλῳ Θωμᾷ καὶ τὸν Ζαχαρίαν· οὐ τοῦτο γὰρ ἦν αὐτὸν εἰκὸς ἠγνοηκέναι προφήτην τε ὄντα καὶ τὰ θεῖα πεπαιδευμένον, ὅτι περ δύναιτ' ἂν θεὸς καὶ φύσιν καινουργῆσαι, καὶ γῆρας νεοποιῆσαι, καὶ πόρον ἐν ἀμηχάνοις διεκφᾶναι. ὡς ἐπὶ Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥας, ὡς ἐπὶ τῆς Σουμανίτιδος, καὶ τῶν ἄλλων ποικίλων καὶ παντοδαπῶν αὐτοῦ τεραστίων· ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τῶν μεγάλων καὶ παραδόξων προσδοκιῶν ἐπαγγελίαι ἐξάπινα ἀκουόμεναι ταράττειν πῶς εἰώθασι τὴν ψυχὴν, οὐ πρὸς ἀπιστίαν ἀναβαλλόμενος οἶμαι, ἀλλὰ πρὸς τελείωσιν ἐπισπευδόμενος, εὐθὺς οἷα ὑφ' ἡδονῆς ἁλοὺς ἀναφωνεῖ καὶ φράζει, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; μὴ δὴ παραλογίσῃ, μηδαμῶς διαψεύσῃ, δίδου μοι τὸ ἐπίσημον, πάρεχέ μοι τὸ ἐνέχειρον· ὡς πάλαι ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ πρὸς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐξελεύσεσθαι βασιλεῖς, τὸ τῆς περιτομῆς σημεῖον· καὶ πρὸ τούτου, ὡς τῷ Νῶε πρὸς τὸ μὴ ἐπάξαι κατακλυσμὸν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἐν τῇ νεφέλῃ τόξον· πρὸς τούτοις καὶ Μωϋσῇ τὴν ὀφιωθεῖσαν καὶ θᾶττον ἀποκατασταθεῖσαν ῥάβδον εἰς τὸ πιστεῦσαι τοῖς Αἰγυπτίοις ὅτι ὦπται αὐτῷ ὁ ὤν.

» filium pariet, vocabisque nomen eius Iohannem. Significavit etiam nomen, quo vocabitur, ex vi ipsius etymologiae procedere ab alto.

7. « Dixit autem Zacharias angelo.» Exin cum angelo tamquam conservo loquitur: « quomodo hoc cognoscam? ego enim senex sum, et uxor mea processit in diebus » suis.» Communis quidem et patrum explanatio, incredulitatis reum dicit sacerdotem. At noster sermo his non acquiescens, sed experimenti causa ulterius progrediens, idem passum Zachariam ait, quod magnum Thomam. Haud enim verisimile est, prophetam rei divinae gnarum ignorasse, posse Deum et naturam innovare, et senectuti vires instaurare, et bonum exitum desperatis rebus ostendere, ut in Abrahamo Saraque fecit, et in Sumanitide, et in aliis cuiuslibet generis prodigiorum casibus. Sed quia magnarum, et quae sunt praeter opinionem, expectationum promissiones, si repente audiantur conturbare fere animum solent; Zacharias non incredulitate haesitans, ut reor, sed ad rei perfectionem festinans, ilico tamquam gaudio correptus exclamat aitque; quomodo hoc cognoscam? Ne me decipias, ne me fallas, da mihi indicium, praebe mihi arrham; ut olim Deus Abrahamo, ut persuaderet fore illum multarum gentium patrem, et ex eius lumbis reges orituros, tradidit circumcisionis signum: et ante hunc Noacho ut fidem faceret, numquam postea adductum iri super terram diluvium, arcum ostendit in nube: denique Moysi virgam in anguem mutatam, et mox suo statui restitutam, ut Aegyptii crederent, ei apparuisse illum qui EST.

η'. "Καὶ ἀποκριθείς, φησιν, ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν καὶ „ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἀνθ' ὧν ἠπίστευσας τοῖς λόγοις μου (προσθετέον „ κατὰ τὸ σιωπώμενον ἁπλῶς τε καὶ ἀνεξετάστως), οἵτινες πληρωθήσονται εἰς „ τὸν καιρὸν αὐτῶν· „ ἔλαβε τοίνυν τὸ σημεῖον ὁ Ζαχαρίας κατάλληλον τῷ πράγματι, σιωπὴν φθογγῆς λυομένης, πρὸς φθογγὴν ζῶσαν καὶ ἐνυπόστατον τεχθησομένην αὐτῷ· καὶ συμπτύξας τὰ χείλη ὑμνεῖ φωναῖς ἀνακούστοις τὸν τοῦ τόκου δοτῆρα· "ἐξελθὼν γάρ, φησιν, οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι· καὶ ἐπέγνω- „ σαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων, καὶ ἔμενε κω- „ φός·„ τὸ μὲν πρὸς τὸ μὴ ἐρωτᾶσθαι, ὡς οὐ καθεκτὸν τὰ τῆς ὀπτασίας ἀκουτίζεσθαι· τὰ δὲ ὡς οἷον ἐκβεβηκὼς τῶν αἰσθήσεων, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὅλος τὸ ὁραθὲν συστρεφόμενος, κωφεύειν τοῖς ἀεροκτύποις λαλήμασιν· οὐδὲν δὲ οἷον ὡς προφητοπάτορα καὶ προφητείας ἔργον κἀνταῦθα ἐπισημαίνειν· καὶ τοῦτό ἐστιν ἴσως ἡ τῆς νομικῆς λατρείας παῦλα, πρὸς τὴν ἐν τῇ χάριτι διὰ τῆς Γεννήσεως τοῦ Ἰωάννου ἀνάῤῥησιν· τοίνυν παραδραμόντες τὰ διὰ μέσου, ὡς οὔτε τῇ ἡμέρᾳ ἀνήκοντα, οὐδ' αὐτῇ δυνάμει ἡμῶν ἐφικτά, αὖθις ἐπὶ τὸ κατεπεῖγον ἐλευσώμεθα.

θ'. "Καὶ ἐγένετο, φησιν, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, „ ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· „ ὦ Ἰωάννη τὸ μακάριον βρέφος, τὸ ἀκοίμητον ἔμβρυον· ὁ ἐγγάστριος, πῶς ἐγκόσμιος; ὁ ἀτέλεστος, πῶς πληρέστατος; ὁ ἐξαμηνιαῖος, πῶς πολυχρόνιος; ὁ ἀδιανόητος, πῶς ἐμφρονέστατος; ὁ ἀδιάλεκτος, πῶς εὔλαλος; φράσον ἡμῖν φράσον, ἐν ζοφερῷ χωρίῳ τῆς μητρῴας νηδύος συνεχόμενος, τὴν ὁρατικὴν ἕξιν οὔπω ἐνερ-

8. « Et respondens angelus dixit ei: ecce eris tacens neque loqui valens, propte- » rea quod verbis meis non credidisti (addendum est, quod subintelligitur, nempe » simpliciter et sine inquisitione), quae tempore suo complebuntur. » Recepit ergo Zacharias signum ei rei consentaneum, nempe vocis caducae silentium, pro voce viva ac substantiali quae mox ei parienda erat. Interim complicatis labiis, laudat vocibus auditui imperviis prolis datorem: « egressus enim, inquit, loqui non poterat: et cog- » noverunt, quod visionem vidisset in templo: et ipse erat innuens, mansitque » mutus. » Partim quidem ne interrogaretur, quia ferendum non erat ut visio passim audiretur: partim vero, ut qui quodammodo excesserat ex sensibus, totusque in se ipso visionem ruminabatur, mutus esset ad verberantes aërem sermones. Nec inverisimile est prophetae patrem, prophetiae argumentum heic significare, id est fortasse legalis cultus cessationem, prae divulgatione cultus secundum gratiam in Iohannis nativitate. Sed iam, intermediis omissis, quae ad praesentem diem non pertinent, quaeque vires nostrae persequi nequeunt, rursus ad id quod instat veniamus.

9. « Et factum est, inquit, quum audisset Elisabet salutationem Mariae, exul- » tavit infans gaudio in utero eius. » O Iohannes, felix infans, vigil embryon! Qui es in utero, quomodo in mundo? qui nondum es perfectus, quumodo es absolutissimus? qui semestris, quomodo longaevus? qui nondum cogitare potes, quomodo es prudentissimus? qui loqui non potes, quomodo expedite disseris? dic nobis dic age; tenebroso materni uteri loco adhuc conclusus, visualem vim nondum exer-

γῶν, τὸν ἀκουστικὸν ψόφον οὔπω εἰσδεχόμενος, τὸν φωνητικὸν φθόγγον οὔπω ἐκβοῶν, τὴν περιπατητικὴν κίνησιν οὔπω μετειληφὼς, τὸ γελαστικὸν ἰδίωμα οὔπω ἐπιτετηδευκώς· πῶς διορᾷς; πῶς ἐπαΐεις; πῶς θεολογεῖς; πῶς περισκιρτᾷς; ποταπῶς ἀγάλλῃ; ἀπόκριναι ἡμῖν ἀπόκριναι ὦ πανάγαστε· μέγα, φησὶν, τὸ τελούμενον μυστήριον, καὶ ἔξω ἀνθρωπίνης καταλήψεως τὸ δρᾶμα· καινοτομῶ εἰκότως τὴν φύσιν διὰ τὸν καινοτομεῖν μέλλοντα ὑπὲρ φύσιν· ἔμβρυος* ὢν ὁρῶ, ἐπειδήπερ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον βλέπω κυοφορούμενον· ἐνωτίζομαι, ἐπειδήπερ ἐπαΐω, ὡς φωνὴ τοῦ μεγάλου λόγου τικτόμενος· ἀναβοῶ, ἐπειδήπερ τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ πατρὸς κατανοῶ σαρκούμενον· σκιρτῶ, ἐπιδήπερ τὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν αἰσθάνομαι ἀνθρωπομορφούμενον· ἀγάλλομαι, ἐπειδήπερ τὸν λυτρωτὴν τοῦ κόσμου διανοοῦμαι σωματούμενον· ἀρχὴν ὑμῖν, φησιν, σημαίνομαι τῆς τοῦ θεοῦ ἐν κόσμῳ εἰσαγωγῆς καὶ σωματικῆς προσελεύσεως· προτρέχω τῆς ἐπιδημίας, καὶ οἷον ἐξάρχω ὑμῖν τῆς ἐξομολογήσεως· λάβετε ψαλμὸν, δαυιτικῶς εἰπεῖν, καὶ τύμπανον προφητικῶς, ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας· ᾄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ· διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.

* retro ἔμβρυον.

ι'. Ἆρ' οὖν, Ἰωάννη, ὑπερανέστης τὰ ἐπίγεια; προέκυψας εἰς τὰ οὐράνια; ὑπεραναβέβηκας ἀγγελικὰς καὶ πρωτουργικὰς διακοσμήσεις; πῶς οὖν γε ὧνπερ τὴν φύσιν οὐκ ἐπελάβου, τούτων τὴν τάξιν καὶ ἀξίαν ἀπεκληρώσω; τὸ αὐτοῖς ἐξ αἰῶνος ἄδηλον καὶ ἀδίδακτον, εὐθὺς ὡς μετὰ θεὸν διαπορθμεύσας καὶ διαγγείλας ἡμῖν ταῦτα ἔτι μαιυόμενος; οὐκ ἀεροπόνησα, φησὶν, οὐκ ἐνεφελοδρόμησα, οὐχ ὑπερουράνισα, οὐχ ὑπερανέστηκα τῶν φλογερῶν καὶ ἀσωμάτων δυ-

cens, aure strepitum nullum hauriens, vocalem sonum nondum emittens, ambulatorii motus nondum particeps, risum hominis proprium adhuc non exserens; quomodo audis? quomodo res divinas eloqueris? quomodo exsilis? quomodo exultas? responde, o mirabilissime. Magnum est, ait, mysterium, et actus ab humana remotus comprehensione. Merito innovo naturam, propter eum qui est innovaturus res supra naturam. Embryo quum sim, attamen cerno, quia iustitiae solem in utero gestatum video. Aurium sensu polleo, quoniam audio me vocem magni Verbi nasci. Clamo quia unigenitum filium patris considero incarnatum. Exsilio, quia rerum omnium creatorem sentio hominis formam sumpsisse. Exulto, quia redemptorem mundi intelligo corporatum. Principium vobis, inquit, significo Dei in mundum ingressûs, et corporalis processûs: praecurro adventui, et quodammodo vobis praeeo confessionem. Sumite psalmum, ut cum Davide loquar, et tympanum ut cum propheta, psalterium iucundum cum cithara, cantate et psallite illi, narrate omnia mirabilia eius.

10. Num ergo, o Iohannes, supra terrena excessisti? caelestia inspexisti? ultra angelicas et primigenias creaturas ascendisti? Quomodo igitur quorum naturam non es sortitus, horum ordinem ac dignitatem recepisti? ita ut quod a saeculo ignotum erat et non traditum, statim quasi praeter Dei institutum huc attuleris, nobisque nunciaveris, quum tu adhuc obstetricio opere indigeas. Non aërem inquit verbero, non discurro nubes, non caelos transcendi, non excessi supra igneas incorporeasque

νάμεων· μὴ τοῦτο ὑπονοείσθω, ἀλλ' ὁ ἐπάνω πάντων ὤν, καὶ μένων ἐν τοῖς πατρῴοις κόλποις σὺν ἁγίῳ πνεύματι, λαθὼν ἀδιαστάτως ἅπαντας τοὺς πυρίνους λειτουργοὺς αὐτοῦ, ὡς ἐπ' ἄλλον οὐρανὸν εἰσεληλυθὼς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, ἐνεφάνησεν ἑαυτὸν καὶ μεμυσταγώγηκέ μοι τὰ τηλικαῦτα· μηνυτὴς οὖν εἰμὶ τοῦ βρέφους, ὅτι παιδίον γεννᾶται ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, κατὰ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν *, ὁ πρὸ αἰώνων θεός· στειροφυὴς γόνος τυγχάνω, ὅτι παρθενικὸς ὁ τόκος προελεύσεται· ὢ τῆς ὑπερφυοῦς μεγαλουργίας· ὢ τῆς παραδόξου τερατουργίας· οἷα ἡμῖν τὸ ἄτικτον βρέφος εὐαγγελίζεται σήμερον; πηλίκα ἡμῖν ὁ Ἐλισάβετ τόκος θεολογῶν προμεμήνυκε; σκιρτάτω ὑφήλιος ἅπασα, χορευέτω ἡ ἐκκλησία προεόρτια, προεισόδια τὰ γενέσια τῶν Χριστοῦ γενεθλίων πανηγυρίζουσα, καὶ χαρᾶς πληρούσθω τὰ σύμπαντα τὸν μηνυτὴν δεξάμενα τῆς τοῦ παμβασιλέως ἐπελεύσεως.

* Is. IX. 6.

ια'. Ἀλλ' ὦ μακάριε Ἰωάννη, ὁ τῶν μεγίστων μέγιστε προφήτης, ὁ πρωτίστος ἐν ἀποστόλοις· ὁ τῶν μαρτύρων ἐξοχώτατος μεγαλόμαρτυς, ὁ τῆς ἐρήμου θεοκόσμητος πολιοῦχος, ὁ τοῦ ὡραιοτάτου νυμφίου φίλος ἠγαπημένος, ὁ τοῦ ἀφράστου φωτὸς λύχνος ἡτοιμασμένος, ὁ τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ κήρυξ πεπιστευμένος ὁ τῆς πατρικῆς φωνῆς ἄριστος ἐπακροάμων, ὁ βαπτιστὴς Χριστοῦ κεκηρυγμένος, ὁ τῆς Ἡρώδου ἀσελγείας ἔλεγχος πεπαῤῥησιασμένος, ὁ τοῖς ἐν ᾅδου τὴν ζωὴν προμηνύσας, ἡ θεοσήμαντος σάλπιγξ τῆς οἰκουμένης, ἤχησον καὶ νῦν ἡμῖν οὐρανόθεν, ταῖς ἱερωτάταις πρεσβείαις, καὶ εὐμενὴς ἔσο τῷ ἐπᾴδοντί σοι λαῷ τῇ τε ἐλαχίστῃ σου ποίμνῃ, σὺν τῷ διαφέροντί μοι πατρί 1) συγγνωμονῶν τε αὖ τῆς τολμηρᾶς μου τοῦ πτωχοῦ ἐγχειρήσεως, οὐχ ὡς δωροφορίαν, ἀλλ' ὡς

virtutes. Nemo id suspicetur: nam qui supra res omnes est, manetque in paterno sinu cum sancto spiritu, clam prorsus omnibus igneis ministris suis, quasi in aliud caelum uterum ingressus semper virginis Mariae, manifestavit se mihi, atque haec talia tantaque edocuit. Ergo infantis index sum, nempe quod puer nascitur nobis, et filius datus est nobis, prout magnus Isaias ait, Deus ante saecula. Natus de sterili sum, quia mox virgineus quoque partus prodibit. O opus magnificum et supernaturale! o inexpectatum miraculum! Qualia nobis infans nondum natus hodie annuntiat! quantas nobis partus Elisabetae res divinas praedicit! Exultet terra universa, pervigilio hoc ecclesia quasi choreis plaudat, festivitatem scilicet Christi natalibus praeviam sollemni concione celebrans: omnia prorsus gaudio diffluant, dum indicem excipiunt adventûs regis universalis.

11. Sed o beate Iohannes, qui maximorum maximus propheta es, primus inter apostolos, martyrum summus magnusque martyr, deserti divinitus exornatus patronus, formosissimi sponsi dilectus amicus, ineffabilis lucis instructa lucerna, immaculati agni praeco fidelis, paternae vocis egregius auscultator, Christi baptizator electus, herodianae libidinis cum fiducia reprehensor, vitae nuncius his qui in inferis erant, tuba mundo Deum significans, nunc quoque nobis caelitus resones per sacratissimas intercessiones: propitius esto laudanti te populo, et pusillo gregi tuo, cum excellente patre meo: mei quoque pauperculi audaci ausui indulgens: nec ve-

1) De hoc monasterii patre, vel episcopo, etiam initio orationis.

παρὰ δούλου ἀχρείου ὀφειλὴν σοι σὺν φόβῳ τὲ καὶ πόθῳ προσαγομένην· ᾧ ἡ δόξα καὶ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ παντοκράτορι πατρὶ καὶ παναγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Ε'

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΤΟΜΗΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΕΦΑΛΗΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΠΤΙΣΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ.

α'. Φαεινὴ καὶ θεοχαρὴς ἡ συναγείρουσα ἡμᾶς πρὸς ἑορτασμὸν πνευματικὸν πανήγυρις σήμερον, ὦ φιλόχριστοι· φαεινὴ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας τοῦ μνημονευομένου, ὅτι λύχνος φωτὸς ἐστί τε καὶ λέγεται, εἰκότως προσαγορευομένη· οὐ δή που τὸ ὑλικαῖς μαρμαρυγαῖς περιαυγάζειν τὰς σωματικὰς ἡμῶν ὄψεις· εἴη γὰρ τούτων οὐκ ἀειφανὴς ἡ λάμψις, τῷ ἀντιφράσσοντι σκιάσματι ἑκάστοτε διακοπτομένη· ἀλλὰ τὸ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θείας χάριτος ἐναστράπτειν τὰς καρδίας τῶν συνεληλυθότων ἀεὶ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ δικαίου ἄθλησιν ἀναπέμπειν τὰς διανοητικὰς ἡμῶν θεωρίας, ἵν' ἐκεῖνο τὸ μακάριον πάθος νοερῶς πως ὀψόμενοι, ὑπόθεσιν εὐφροσύνης ἑαυτοῖς ὑποστησόμεθα· ἄλλου μὲν γὰρ αἷμα ῥυὲν ὑπὸ γῆν ξίφει, οὐκ ἂν τέρψειεν ἀνθρώπου θέαν, οὐδ' εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν σεπτοποιεῖ τὴν μνήμην τοῦ τεθνηκότος ὁ λόγος· οὗ γὰρ ἡ ῥοὴ ζωῆς στέρησιν φέρει, πῶς ἂν τὸν φύσει φιλόζωον ἕλξειεν τοῦτο; τουναντίον δὲ μᾶλλον ἐν στυγνότητι προσώπου εἰς οἶκτον ἀγάγοι καὶ ἐλεεινολογίαν τοῦ πάθους, εἰ μή τι γε ἄρα ἔξω φρενῶν ἢ θηριώδη τὸν τρόπον εὕροι τὸν τοιοῦτον Cod. vat. 1671. f. 354.

luti oblatum munus, sed quasi debitum servi inutilis tributum tibi amanter persolutum, excipe. Cui gloria et honor atque adoratio, cum omipotente patre et sanctissimo spiritu, nunc et semper et per saecula saeculorum. Amen.

ORATIO V.

LAUDATIO IN ABSCISIONEM SACRI CAPITIS MAGNI BAPTISTAE ET PRAECURSORIS CHRISTI.

1. Splendida et Dei gaudio plena haec est celebritas, quae nos ad hoc spiritale festum hodie congregat, o philochristi. Splendida, inquam, ob ipsum memorati nomen, qui lucerna lucens et est et dicitur, et iure meritoque sic denominatur; non autem quia materialibus faculis corporeos oculos nostros illustrat. Nam illarum quidem non est perpetuus splendor, quia contraria semper abrumpitur obscuritate; sed haec (sollemnitas) divinae gratiae radiis congregatorum corda semper illuminat, atque ad iustitiae exercitium mentes nostras meditabundas impellit, ut beatam illam passionem intellectualiter quodammodo spectantes, causam hinc laetitiae nobis constituamus. Profecto alterius cuiuslibet gladio effusus in terram sanguis, nullius hominis visum exhilararet; neque ad aurem delatus mentem solet laetificare sermo morientis. Namque ubi sanguinis effusio vitae iacturam fert, quomodo id inquam hominem per se vitae amantem delectabit; et non potius cum vultus tristitia ad luctum trahet atque ad eius passionis miserationem? nisi forte aliquis existat vel mente alienatus vel ferino more imbutus, ut brutorum aliquot natura est, quae spectaculis sibi obiectis

κατὰ τὴν τῶν κτηνῶν φύσιν ἀλογισταίνοντα τοῖς ὁραθεῖσι· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ τῶν ὁμοειδῶν αὐτοῖς σφαττομένων χαίρουσιν, ᾄδουσιν, ἀποπηδῶσιν, αἰσθήσει μόνον χρώμενοι, καὶ οὐ συλλογιζόμενοι, ὅτι καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἥξει τὸ πάθος· αἷμα δὲ ἀνδρὸς δικαίου καὶ ὄψει ἐραστὸν, καὶ ὠσὶν εὐαγγελιστὸν, καὶ χείλεσι προσκυνητόν· ἡ γὰρ τούτου ἀφαίρεσις, τῆς ἀγήρω καὶ ἀμείνω ζωῆς τὴν μέθεξιν ἀποκληροῦται· καὶ οὐ μόνον δή φημι ῥανὶς αἵματος, ἀλλὰ καὶ ὀστοῦν ἁγίου καὶ λάκισμα μέλους, καὶ τριχὸς λείψανον, καὶ ὁτιοῦν ἐφ' οἷς ἐνεδιδύσκετο ἢ ἐφάπτετο, περισπούδαστόν ἐστι καὶ ἐκζητούμενον τῷ εὐσεβεῖν προελομένῳ· διὰ τοῦτο ἄλλος ἄλλό τι ὥσπέρ τινα θησαυρὸν μέρος ἢ μόριον ἢ τὸ ὅλον κατ' οἴκους ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, πρὸς ἁγιαστικὴν ἐνέργειαν καὶ σωστικὴν ἀσφάλειαν κατέχων ἐγκαλλωπίζεται, προσερχόμενος μετ' αἰδοῦς τῇ τεθαυρισμένῃ κόνῃ, καὶ ἐφαπτόμενος φόβῳ τῶν ἀψαύστων ἀναθημάτων 1).

β'. Τοιοῦτον ἡμῖν τὸ τοῦ δικαίου Ἄβελ αἷμα, κἂν γονεῦσι τηνικαῦτα ξενοφανὲς ὠπτάνετο θρηνολόγημα· μήπω γὰρ ἑωρακότες τεθνεῶτος πάθος, πῶς ἂν ἐπὶ τῇ τοῦ υἱοῦ σφαγῇ οὐκ ἐξέστησαν, οὐκ ἐδάκρυσαν, οὐ γοερὰ ἔφασαν, ἐξάπινα τάχα προβλέψαντες κατὰ γῆς ἐῤῥιμένον, αἵματί τε πεφοινιγμένον ἐξ ἀδελφικῆς μιαιφονίας, κἀντεῦθεν τῆς ζωτικῆς ἐνεργείας ἐστερημένον; τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἅγιον αἷμα, ὃν συχνῶς τυμπανίσας ἀνεῖλε ξίφει Ἀμασίας ὁ βασιλεύς· ἐπειδὴ γὰρ τῆς προφητείας ταῖς βολίσιν ἐπλήττετο, πλήξας τὸν δίκαιον

insaniunt: veluti galli, qui dum sui similes interficiuntur, gaudent, cantant, exsiliunt eo simpliciter visu fruentes, neque reputantes, mox eandem caedem ad ipsos perventuram. At vero iusti viri sanguis et visui delectabilis, et auribus grati instar nuncii est, et labiis honorabilis: namque huius amissio, immortalis meliorisque vitae confert adquisitionem. Neque gutta inquam tantum sanguinis, verum etiam os sanctum, et membri alicuius particula, et capillorum reliquiae, et vestimentorum quae ille gestavit aut adtigit frustum pergratum est et expetibile cuivis pietatis studioso. Propterea alius aliam, thesauri instar, partem vel membrum vel corpus totum in domibus vel ecclesiis, sanctificantis virtutis ergo, et salutaris tutelae, habere gaudet, et cum reverentia ad cinerum thesauros accedit, et impervia tactui donaria venerabundus contingit.

2. Talis nobis est iusti Abelis sanguis, quamquam hic parentum tunc noviter oculis oblatus causa luctus fuit: quum enim morientis alicuius passionem nondum aspexissent, quid ni filii patratam caedem exhorrescerent, lacrymarentur, lamentatione prosequerentur, dum improviso fortasse stratum humi filium vidissent, fraternis cruentatum ictibus, et ea propter vitae usu privatum! Talis item et prophetae Amosi sanctus sanguis, quem diu fustibus verberatum ferro extinxit rex Amasias 2); qui vaticiniorum telis a propheta appetitus, iustum clava in temporibus percussum leto tradidit. Talis pariter

1) Vides ss. reliquiarum laudari a Theodoro ut consuetam et spiritui utilem venerationem.

2) Immo vero Amasias sacerdos Bethelis accusavit Amosum apud Hieroboamum regem. Sed de vita et obitu prophetarum variae et interdum contradicentes veterum auctorum sententiae fuerunt, quas ne prolixe referam, lectores meos ad Calmeti biblicum dictionarium ablego.

ἐν ῥοπάλῳ κατὰ τοῦ κροτάφου θανάτῳ παραδίδωσιν· Τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Μιχαίου ἅγιον αἷμα, ὃν ἀνεῖλε κρημνίσας Ἰωρὰμ υἱὸς Ἀχαὰβ τὰ θεῖα παῤῥησιαζόμενον· ἤλεγχε γὰρ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις τῶν πατέρων αὐτοῦ, καθ' ἃ γέγραπται· τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ἅγιον αἷμα διχῆ διαιρουμένου ὑπὸ πρίστηρος παρὰ Μανασσῆ τοῦ ἐκκεκληκότος πρὸς εἰδωλολατρικὸν σέβας τὸν εὐπαροίστρωτον καὶ εὐπαρακόμιστον Ἰσραὴλ, οὐ φέροντος ἀκούειν τὰς τῆς προφητείας ἐκφάνσεις· τοιοῦτον τὸ τοῦ γενναίου Ἐλεάζαρ σὺν ἑπτὰ παισὶν καὶ μητρὶ θεόφρονι ἅγιον αἷμα, ὃ ἐξέχεεν Ἀντίοχος ἐν ποικίλοις βασάνοις, μὴ φέρων τὴν ὑπὲρ ἐντολῆς θεοῦ ἔνστασιν τῶν ἀηττήτων, οὓς πίστει θανάτου σφραγὶς ἐτελείωσε· τοιοῦτον τὸ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου ἅγιον αἷμα ὃ πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἡ πάροινος τῶν Ἰουδαίων ὠμότης μαχαίρᾳ ἐξέχεε, οὐκ ἐνεγκοῦσα τὰς τῆς προφητείας ἐμφάσεις ἀκουτίζεσθαι· καὶ τί δεῖ μοι πλεῖστα ἀναλέγειν, παρ' ᾧ τὸ τῶν ἀποστόλων προφητῶν τε καὶ μαρτύρων συλλήβδην εἰπεῖν ἅγιον αἷμα, ὃ πολλοὶ παλαμναῖοι πολυτρόπως ἐξέχεαν, ὡς ὕδωρ πολὺ κυκλοῦν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῆς ἀσεβείας ὑπάρχον σβεστήριον;

γ'. Τοιοῦτον τὸ τοῦ βαπτιστοῦ Χριστοῦ καὶ προδρόμου ἅγιον αἷμα, περὶ οὗ ἡμῖν ὁ προκείμενος λόγος· ὃ κεκενώκεν ὡς μῦρον πολυτελὲς ἐξ ἱεροῦ τραχήλου εὐωδιάζον τὴν οἰκουμένην· αἷμα, ὃ συνήθροισεν οὐ γαστρὸς ἡδονὴ, οὐκ οἴνου μετάληψις, οὐ κρεῶν ἐδωδὴ, οὐκ ἄλλου τινὸς τῶν λιπαίνειν καὶ ἡδύνειν εἰωθότων τὰς ὀρέξεις, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων μέχρι τέλους ἡ τῆς ἐγκρατείας ἐμπεποίηκε χάρις· ἦλθε γάρ, φησιν, ὁ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων*· αἷμα τὸ προκενωθὲν τοῦ δεσποτικοῦ καὶ ἀθανάτου ποτηρίου· ἐχρῆν γὰρ τὸν τοῦ φωτὸς

* Matth. XI. 18

prophetae Michaeae sanctus sanguis, quem praecipitio interemit Ioramus Achaabi filius, divina confidenter nunciantem: etenim ab hoc, ut ait scriptura, de parentum sceleribus arguebatur. Talis quoque prophetae Isaiae sanctus sanguis bifariam serra dissecti a Manasse, qui ad idololatricum cultum concitaverat insanientem facile volubilemque Israhelem, quique propheticas revelationes audire non sustinebat. Talis etiam fortis Eleazari cum septem adolescentibus et divini animi matre, sanctus quem Antiochus diversis cruciatibus effudit sanguis, dum constantiam invictorum hominum pro Dei lege moleste fert, quos in fide perfecit mortis sigillum. Talis denique prophetae Zachariae sanctus sanguis, quem ante altare vesana Iudaeorum crudelitas gladio effudit, dum vaticiniorum notitiam audire recusaret. Sed cur me plura recensere oportet, praeter quam compendio dicere de apostolorum prophetarum ac martyrum sancto sanguine, quem scelesti multi homicidae effuderunt, quasi aquae copiam in terrae circuitu, quique impietatis extinguendae vim habuit?

3. Talis est baptizatoris Christi praecursorisque sanctus sanguis, de quo nobis hic institutus est sermo; qui exhaustus fuit ut pretiosum unguentum ex sacra cervice, et terrarum orbem suavitate perfudit: sanguis, quem non ventris voluptas adunavit, non vini sumptio, non carnium esus, non aliud quidquam pinguefacere solitum et commotionibus nostris blandiri; sed quem ab incunabulis usque ad vitae finem abstinentiae gratia confecit: venit enim, scriptura inquit, Iohannes neque manducans neque bibens: sanguis, qui dominici immortalis poculi effusioni praeivit. Oportebat

πρόδρομον διὰ τῆς ἐκ στείρας αὐγαστικῆς αὐτοῦ προόδου τοῖς ὑπὲρ γῆς ὀφθέντα, καὶ τοῖς ὑπὸ γῆν διὰ θανάτου κήρυκα φωτοειδῆ χρηματίσαι 1)· αἷμα, ὃ τῆς τοῦ Ἄβελ σφαγῆς πολυπλασίως εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ διαβεβόηται· τοῦ γὰρ ἔργου ἡ ποίησις, φωνῆς μυστικῆς ἐστιν ἀναβόμβησις, οὐ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων προϊοῦσα, ἀλλὰ τῇ τῆς ἐνεργείας δυνάμει ἀκουτιζομένη· αἷμα, τὸ πατριαρχῶν μὲν αἰδεσιμώτερον, προφητῶν δὲ τιμαλφέστερον, καὶ δικαίων ὁσιώτερον· ἐπεὶ καὶ ἀποστόλων προφερέστερον, καὶ μαρτύρων εὐκλεέστερον, ὡς ὁ λόγος παρὰ τοῦ μεγάλου λόγου τὴν μαρτυρίαν φέρει· αἷμα, τὸ πάσης ἀνθοβαφικῆς εὐχροίας χαριέστερον ὡραΐζον τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν, ὑπὲρ δικαίου κενωθὲν ἐπὶ τέλει τοῦ παλαιοῦ νόμου, καὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας προεισόδιον ἄνθος τυγχάνον.

δ'. Ἀλλ' ὅπως τοῦτο, καὶ δι' οὗ τινος, καὶ ἐφ' ἧπερ ὑποθέσει κεκένωται, μεθαρμοστέος ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ὁ λόγος· "ὁ γὰρ Ἡρώδης, φησὶ *, „ κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν „ γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, οὐκ ἔξ- „ εστί σοι ἔχειν αὐτήν· καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι „ ὥσπερ προφήτην αὐτὸν εἶχον.„ Πρῶτον ζητείσθω τίς οὗτος ὁ Ἡρώδης, τῆς ὁμωνυμίας ἀσάφειαν ἐμποιούσης τοῦ ὀφειλομένου προσώπου δηλοῦσθαι· ὁ τετράρχης δηλονότι· ὁ γὰρ τούτου πατὴρ, ὁ τῶν νηπίων ἀναιρέτης τετελευτηκὼς ἦν πάλαι· τίνος δὲ χάριν ἠλέγχετο παρὰ τοῦ Ἰωάννου; ὅτι τὴν νομίμως συν-

* Matth. XIV. 3.

enim lucis praecursorem, postquam splendida sua de sterili matre nativitate terrae apparuerat, subterraneis quoque locis per mortem suam praedicatorem illustrem fieri. Sanguis, qui multo magis quam Abelis caedes, ad aures Domini sabaoth clamat: nam peractio operis, mysticae cuiusdam vocis est resonantia, non per vocalia organa prodiens, sed ob suae efficaciae virtutem audita. Sanguis patriarchis venerabilior, prophetis honorabilior, iustis sanctior; nam et apostolis praestantior est, et martyribus nobilior, ut magni Verbi verbum testatur. Sanguis qualibet coloria tinctura gratior, Christi ecclesiam venustans, pro iustitia exhaustus sub veteris legis finem, et Christi advenientis ingressum floris instar exornans.

4. Sed iam quomodo hic sanguis, et cuius opera, et quam ob causam exhaustus fuerit, explanabit nostra de sacris evangeliis deducta oratio. «Herodes enim, in- » quit scriptura, tenuit Iohannem, et alligavit eum, et posuit in carcere propter » Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Iohannes: non licet ti- » bi eam habere: et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam » eum habebant.» Quaeratur primum quis iste Herodes, etenim homonymia ambiguitatem inducit quominus vera persona dignoscatur. Nimirum est hic tetrarcha. Namque huius pater qui infantes interemit, multo ante obierat. Cur hic autem a Iohanne reprehendebatur? quia legitima eiecta coniuge, Aretae regis filia, Philippi

1) Quod Baptista extinctus praedicaverit detentis apud inferos animabus, sententia patrum aliquot fuit, nempe Hippolyti, Origenis, et Eusebii alexandrini, ut in Spicil. rom. T. IX. p. 685. diximus; quibus addendus est auctor tractatûs de remuneratione statim post obitum animabus danda, item apud nos Script. vet. T. VII. p. 266, et nunc denique Theodorus.

αφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα ἐκδεδιωκὼς, ἤγουν τὴν θυγατέρα Ἀρέτα τοῦ βασιλέως, τὴν τοῦ ἀδελφοῦ Φιλίππου Ἡρωδιάδα παρανόμως ἐγήματο· ἐξῆν γὰρ αὐτὸν ἄπαιδα οὖσαν ἀγαγέσθαι εἰς βίωσιν πρὸς ἀνάστασιν ἀδελφικοῦ σπέρματος, κατὰ τὸν μωσαϊκὸν νόμον· ὑπόπαιδα δὲ τυγχάνουσαν, οὐδαμῶς 1)· ἦν δὲ αὐτῇ θυγάτριον, ἡ ὁμώνυμος Ἡρωδιὰς 2) τὸ ἔγγονον τῆς ἀσπίδος, τὸ διαβολικὸν ὄργανον τῆς οἰκείας ἀπωλείας· οὐκοῦν εἰκότως ὁ ἔλεγχος παρὰ τοῦ Ἰωάννου· καὶ οὗτος ὑπομνηματικὸς ἀλλ' οὐχ ὑβριστικὸς, ἰατρευτικὸς ἀλλ' οὐ τραυματοποιός· τί γάρ φησιν; οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν· ἐπὶ τὴν θείαν αὐτὸν νομοθεσίαν ἄνεισι, τοιαῦτα πως λέγων· ἴδε καὶ ἐπίγνωθι τί σοι ὁ νόμος παρακελεύεται *· " ἐὰν δὲ κατοικοῦσιν ἀδελφοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἀποθάνῃ εἷς ἐξ * Deut. XXV. 5.
,, αὐτῶν, σπέρμα δὲ μὴ εἴη αὐτῷ, οὐκ ἔστιν ἡ γυνὴ τοῦ τεθνηκότος ἔξω ἀν-
,, δρὶ μὴ ἐγγίζοντι· ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς εἰσελεύσεται πρὸς αὐτὴν,
,, καὶ λήψεται αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα, καὶ συνοικήσει αὐτῇ· καὶ ἔσται τὸ παι-
,, δίον, ὃ ἂν τεχθῇ, κατασταθήσεται ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ τετελευτηκότος, καὶ οὐκ ἐξαλειφθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξ Ἰσραήλ·,, ταῦτά σοι ὁ νόμος παρακελεύεται· σὺ δὲ εἰσοικήσω τὴν ἔχουσαν παιδίον ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ σου· μὴ δὲ παραβῇς τοῦ νομοθέτου τὸν ὅρον· μηδ' αὐτὴν ἀλουργίδα μολύνῃς αἵματι ἀνοσίῳ· μήτε μὴν ὁ ἄλλοις τύπος εὐνομίας ὀφείλων καθεστάναι, τοῖς ὑπὸ χεῖρα αἴτιος ὀφθείης παρανομίας· κἂν τούτῳ ὑποίσοις τὸ κρίμα ἔνδικον, ὅτι κρίσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσι γίνεται.

ε΄. Ὁ δὲ ἅμα τῷ κράτει, καὶ τὸ εἶναι θεὸν ἐπιλελησμένος, ἐμάνη, ἐξήφθη τῷ θυμῷ, ἀπεσείσατο τὸν ἔλεγχον· οὐκ ἐμιμήσατο τὸν Δαβὶδ, ὃς ἐπειδὴ

fratris uxorem Herodiadem sibi contra fas desponsaverat. Licuisset ei utique liberorum expertem ducere in coniugium ob suscitandum fratri semen, iuxta mosaicam legem: sed liberorum iam matrem non licebat: porro erat huic filiola homonyma Herodias, aspidis foetus, diabolicum perditionis suae instrumentum. Iusta igitur abs Iohanne reprehensio fiebat; et quidem monitoria non contumeliosa, medicinalis non vulnifica. Quid enim aiebat? Non licet sibi eam habere; atque ad legem provocabat, sic fere dicens: videsis et nosce quid tibi lex imperet. «Si fratres simul habitent, et unus
» ex his moriatur, nec semen ei fuerit; non dabitur extincti uxor viro haud pro-
» pinquo; sed viri illius frater ingredietur ad eam, sumetque sibi uxorem, et cum
» illa habitabit: et si filium pariet, constituetur ex defuncti nomine, et non delebitur nomen eius ex Israhele.» Haec tibi lex imperat; tu vero uxorem duxisti, quae filiam ex fratre tuo susceptam habet. Ne itaque legislatoris praescriptum praetergrediaris; neque purpuram macules sanguine illicito; et quum ceteris exemplo esse debeas, cave ne subditis causa peccandi efficiaris: ideoque iustam damnationem patiaris, quoniam districtum iudicium eos qui eminente dignitate sunt manet.

5. Ille autem potentia elatus, Deum existere oblitus, furebat, ira aestuabat, reprehensionem repellebat. Non est imitatus Davidem, qui a propheta Nathane de

1) Iosephus hebr. loco mox citando.

2) Errat Theodorus, nam diserte hanc Herodiadis filiam appellat Salomem, non Herodiadem, Iosephus antiq. lib. XVIII. cap. VI. 4.

ἠλέγχθη παρὰ Νάθαν τοῦ προφήτου ἐπὶ μοιχείας ἐγκλήματι, ἐκείνην προεβάλετο τὴν φωνὴν, ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ· οὗ διὰ τὴν ταπείνωσιν καὶ κύριος παρεκβίβασε τὸ ἁμάρτημα· ἀλλὰ κρατήσας, φησὶ, τὸν Ἰωάννην, ἔδεσεν αὐτὸν καὶ ἔθηκεν ἐν φυλακῇ· ἐκράτησε τὸν φιλοσοφίᾳ ἀκράτητον, ὁ κεκρατημένος τῷ πάθει τῆς ἀσελγείας· ἔδησε τὸν ἀπολελυμένον τῇ ἀπροσπαθείᾳ, ὁ δεδεμένος τῇ μαγγανίᾳ τῆς ἀκολασίας· ἔθετο ἐν φυλακῇ τὸν φύλακα καὶ κήρυκα τῆς ἐκκλησίας, ὁ καθειργμένος τῇ πράξει τῆς ἀκαθαρσίας· "Διὰ Ἡρωδιάδα Φιλίππου „ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ·„ Ἡρωδιάδα τὴν τῆς Δαλιδάδος ὁμότροπον, καὶ τοῦ διαβόλου συμπράκτορα· αὕτη γὰρ τὸν σύγκοιτον μᾶλλον δὲ σύνθετον ὤτρυνε πρὸς τὴν τοῦ Ἰωάννου μανίαν· οὐ φέρω, φησὶ, κωμῳδεῖσθαι βασίλισσα τυγχάνουσα ὑπὸ τοῦ παιδὸς Ζαχαρίου· κάθες τὴν γλῶσσαν ἐν φυλακῇ τὴν ἐμὲ στηλιτεύουσαν· κτεῖνον ἐν τάχει αἰχμῇ τὸν ἐμοῦ τὴν ψυχὴν τοῖς λόγοις ὡς βέλεσι τραυματίζοντα. "Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι „ ὥσπερ προφήτην αὐτὸν εἶχον·„ οὐ γὰρ ἡνίκα βουληθῶσιν οἱ κρατοῦντες πρᾶξαί τι τῶν ἐκτόπων, εὐθὺς τὴν ὁρμὴν εἰς ἔργον ἄγουσιν, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τοῦ ὑπηκόου ἀναβαλλόμενοι καὶ κλωθέντες εἰς ἑαυτοὺς τὸν ἐφαρμόζοντα καιρὸν τῆς μοχθηρίας.

ϛʹ. „ Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρω„ διάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ, ὅθεν μεθ᾽ ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ „ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται· ὅτε ἐχρῆν αὐτὸν δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ εἰς τόδε προαχθέντα τὸ φῶς, τότε τοῦ σκότους τὰ ἔργα ἀσπάζεται· θυμηδείας γὰρ ὁ καιρὸς οὐκ ὀρχήσεως καὶ μάλιστα γυναικώδους ἐπὶ ἀρρενικῆς θέας· ἐξ ἧς τί τὸ

adulterii crimine coargutus, in vocem illam erupit: peccavi Domine: cuius ob humilitatem Dominus peccatum transtulit. Sed hic, inquit scriptura, comprehensum Iohannem vinculis constrinxit et carceri tradidit. Hominem philosophia invictum comprehendit is qui luxuriae passione tenebatur: hominem liberum, utpote omni passione solutum, alligavit is qui intemperantiae vinculis constrictus erat: custodem praedicatoremque ecclesiae tradidit custodiae is qui impurorum actuum mancipium erat. « Propter Herodiadem Philippi fratris sui; » Herodiadem, inquam, Dalilae moribus similem, et diaboli complicem: ipsa enim tori socium vel potius adscititium ad Iohannis odium impulit. Non fero, inquit, vituperari quae sum regina a Zachariae filio. Trade carceri linguam quae me diffamat: perime statim spiculo illum qui suis animam meam sermonibus ceu telis vulnerat. «Cumque eum vellet occidere, timuit » populum, quia prophetae loco eum habebant. » Non enim siquando volunt reges pravum aliquid agere, statim impetum suum in opus conferunt, reverentia metuque subditorum differentes atque intra se ipsos molientes idoneum futuro maleficio tempus.

6. Dum autem agerentur Herodis natalia, saltavit filia Herodiadis in medio convivio, placuitque Herodi, adeo ut cum iuramento promiserit se ei daturum quicquid petisset. Scilicet quum oportuisset eum dare gloriam Deo die hoc, quo in lucem editus fuerat, tenebrarum maluit opera exsequi. Erat insuper laetitiae quidem tempus hoc, non tamen saltationis praesertim feminae in virorum conspectu. Cuius rei

τικτόμενον; ὅρκος· ἐκ δὲ τοῦ; φόνος· ἄνελε τὰς ῥίζας τῆς κακίας, καὶ οὐ βλαστήσει καρπὸς τῆς ἀνομίας· τῶν πρώτων δὲ φυέντων, ἀναδοθήσεται δηλονότι τὸ πέρας τῶν πραγμάτων· „Ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ.„ καὶ τί γὰρ ἔμελλε πεπαιδεῦσθαι παρὰ τῆς τεκούσης ἡ μαστροπόρινος θυγάτηρ, ἢ τὸ ἐξορχεῖσθαι; καὶ τοσοῦτο ἐξησκημμένως ἔχειν περὶ τὴν ὀρχήστραν, ὥστε καὶ ἀρέσαι τῷ Ἡρώδῃ; ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσῃ· τοιαύτη γὰρ ἡ προπέτεια τῶν ἐκβακχευομένων τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας, ἀπερισκέπτως ἀποφαινομένων κατὰ παντὸς οὕτινος δόξειεν· ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, ἥρπαζε τὸν τῆς μιαιφονίας θάνατον ὃν ὤδινε πάλαι ἀποτεκεῖν ἡ ἐχιδνοτόκος Ἡρωδιάς· καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῆς θυγάτριον διαθερμανθεῖσα, ἔοικε τοιαῦτα λέγειν· ἴδε ὁ καιρὸς, τέκνον, ὁ ἐπιζητούμενος ἡμῖν· ἤνυσας τῷ ποδὶ τὸ ἐμοὶ φιλούμενον, πέπαυκάς μου τὸ ἀλγεινὸν τῷ τεχνικῷ σου λυρίσματι· κρύψωμεν εἰς γῆν τὸν ἡμᾶς στηλιτεύοντα· ἴθι τάχιον ταῦτα λέγουσα· δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ὢ μανίας ὑπερβολῆς αἴτημα· μονονουχὶ ὅτι μὴ ἐντρυφᾶν εἶχε τῷ φονικῷ θεάματι· ἐδυσχαίρενεν ἡ μαινὰς καὶ φονεύτρια· οὐχ ἱκανὸν γὰρ ὅτι ξίφος διελάσαι τὰ τοῦ ἱεροῦ τραχήλου ἠρετίσω· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ πίνακι δοθῆναί σοι τὴν ἁγίαν κεφαλὴν ἐπραγματεύσω· ὢ ἀτάσθαλε, καὶ τῆς Ἰεζάβελ ἀπηνέστερον τὸ ἦθος ἔχουσα.

ζ'. „Καὶ ἐλυπήθη φησὶν ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανα„κειμένους ἐκέλευσε δοθῆναι· καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυ„λακῇ· καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ „ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς· „ ὢ διαβολικῆς παρασκευῆς ἀποτέλεσμα· τίς ὁ ἐπε-

quaenam sequela fuit? nempe iusiurandum. Quid inde vero? homicidium. Aufer malitiae radices, et non pullulabit fructus iniquitatis: etenim facto initio, rei quoque terminus consequetur. «Saltavit Herodiadis filia in medio convivio, et Herodi pla» cuit.» Quid enim aliud edocta fuisset a matre filia lenonia, quam saltare? immo et tantopere in eo ludo exerceri, ut ipsi Herodi placeret? qui idcirco ei recepit quicquid postulasset concessurum. Haec quippe est bacchantium in ignominiae passionibus temeritas, ut inconsiderate decernant de re qualibet, prout visum fuerit. Puella vero a matre sua instincta, occasionem arripuit cruentam necem postulandi, quam iamdiu viperina mater Herodias parturire parabat. Cerne, ait, o filia tempus nobis expetitum. Rem mihi optatam pede saltante confecisti; dolorem meum artificioso tuo cantu sedasti. Terrae infodiamus hominem, qui nos diffamat. Perge statim ita dictura: da mihi in hoc disco Iohannis baptistae caput. O summi furoris postulatio! Nisi ex cruento spectaculo fructum oculis consequeretur, haud satiata foret truculenta maenas. Non satis tibi fuit, quod cervicem sacram gladio secare incitasti; sed et in disco sanctum caput tibi dari curasti. O scelesta, et ipsa Iezabele crudeliorem indolem gerens!

7. «Et contristatus est, inquit scriptura, rex; sed propter iusiurandum, et propter » simul discumbentes, dari iussit: missoque spiculatore decollavit Iohannem in carce» re: et allatum est caput eius in disco, datumque puellae, quae ad matrem detulit.»

νεῖκων κατὰ τῆς θείας κεφαλῆς τὸ ἀναιρετικὸν ξίφος; ὁ δεύτερος Δωὴκ, ὁ ἄνομος ὑπηρέτης, καὶ οὐ μιμητὴς τῶν ἐφεστηκότων ἐμφρόνως Σαοὺλ τῷ βασιλεῖ, ἡνίκα προσέταττε τοὺς τοῦ θεοῦ προφήτας ἀποκτένεσθαι. "Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι" „ συμπόσιον εἴποιμι ἢ φονευτήριον τὸ τοιοῦτον ἄριστον; δαιτυμόνας καλέσαιμι ἢ παλαμναίους τοὺς συνανακειμένους οἰνόφλοιγας; ὢ καινὸν θέαμα· ὢ πονήρον ὅραμα· ἐκεῖθεν ὄρνις παρετίθετο, ἐντεῦθεν προφητικὴ κεφαλὴ ἤγετο· ἐκεῖθεν οἶνος ἐχέετο ἄκρατος, ἐντεῦθεν αἷμα δίκαιον κρουνηδὸν ἐφέρετο· ὡς φοβερὰ ἡ ἀγγελία, καὶ φρικτὴ ἡ ἐξηγορία· "Καὶ ἐδόθη τῷ κο- „ ρασίῳ, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς"„ φεῦ τῆς ἀτοπίας· ἐδόθη ἡ ἀτίμητος κάρα ὑπὲρ ἀτίμου πράξεως, τῇ ἐναγεῖ καὶ βεβήλῳ ἡ ἁγνὴ καὶ ἄψαυστος καὶ τοῖς ἀγγέλοις αἰδέσιμος· καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς, οἱονεὶ παρέθηκεν ὡς ἐδέσματι ἐμφορηθῆναι τῇ ὀργώσει τὸν τοῦ προφήτου θάνατον· φάγε λέγουσα ὦ μήτερ σάρκας τοῦ ἀσάρκως βιώσαντος· πίε αἷμα τοῦ ἀναίμονος· ἔχομεν διὰ παντὸς σεσιγημένην τὴν γλῶτταν τοῦ ἡμᾶς στηλιτεύσαντος.

η'. Καὶ προσελθόντες, φησὶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· ὅρα μοι ὦ φιλοΐστωρ εἰκονογραφουμένην 1) τὴν ταφὴν τοῦ δικαίου, καὶ τοὺς μὲν εἰκονομάχους ἐπιῤῥάπιζε ὡς ἀληθείας ἐχθρούς· ἐναργῶς δὲ ὑπ' ὄψιν λαμβάνων τὴν ἱστορίαν, πορίζου τὸ ὠφέλιμον· πῶς ἐκ φυλακῆς αἴρεται ὁ ἅγιος σιδηροδέσμιος· πῶς ὁ παλαμναῖος ἐνατείνει τὸ ξίφος ἀπηνοειδῶς κατὰ τῆς ἱερᾶς κορωνίδος· πῶς ἀποθμηθεῖσα ἡ μυροφόρος κάρα ἐπιδέδοται τῇ κορυβαν-

O iniquae molitionis exitus! Quis divali capiti letale ferrum intulit? Novus Doëg, scelestus minister, haud certe imitator illorum qui sobrie restiterunt regi Sauli, Dei prophetas occidi iubenti. «Et adlatum est caput eius in disco.» Dicam ne convivium, an potius supplicii locum prandium hoc? Convivas ne appellem, an carnifices qui inflatis vino venis accumbunt! O spectaculum novum! o triste visum! Illinc avis apponebatur, hinc propheticum caput exhibebatur. Illinc vinum meracum fundebatur, hinc iustus sanguis quasi fons saliens manabat. Quam terrificus nuncius! quam horribilis rei narratio! «Datumque est puellae, et illa detulit ad matrem suam.» Hem summam absurditatem! Datum est inaestimabile caput pro vili actu; impurae profanaeque feminae, res sancta et intacta, ipsis angelis honorabilis. Attulit ad matrem suam: videlicet obtulit quasi edulium ingluviei matris quae prophetae necem discupiverat: comede, inquiens, o mater, carnes viri qui sine carne vixit; bibe sanguinem eius, qui exsanguis in vita fuit. Tandem aliquando silentem habemus linguam hominis qui nos publica infamia aspergebat.

8. «Et accedentes, inquit scriptura, discipuli illius, sublatum corpus sepulturae » tradiderunt.» Specta mecum, studiose auditor, pictam in imagine iusti viri sepulturam, simulque iconomachos castiga ceu veritatis hostes. Cumque sedulo historiam pictam inspexeris, hinc tibi fructum compara: quomodo ex carcere producitur sanctus vir catenis vinctus: quomodo carnifex gladium crudeliter intendit in sacrum verticem: quomodo abscisum et odorato cruore manans caput furenti He-

1) Patet expositam fuisse in templo pictam imaginem martyrii sepulturaeque Baptistae, unde captat occasionem concionator Theodorus increpandi more suo iconomachos.

τιώσῃ Ἡρῳδιάδι· ὅπως δὲ θάπτεται τὸ ἱερὸν σῶμα χερσὶ τῶν οἰκείων μαθητῶν, οἱονεὶ δακρυόντων, ψυχαλγούντων, στοιχηδὸν περιϊσταμένων· καὶ τοῦ μὲν ἐφαπτομένου ποδῶν, τοῦ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐφαρμόζοντος τῷ λοιπῷ σκήνει, ἑτέρου θυμιῶντος καὶ τὰ ἐπικήδεια ἐπιψάλλοντος· ἐκεῖ εἰμὶ, ὦ ἀκροαταὶ, τῇ διανοητικῇ θεωρίᾳ, καὶ βλέπω τὴν ταφὴν τοῦ δικαίου ἐν εἰρήνῃ οὖσαν κατὰ τὸ γεγραμμένον *· ὁρῶ τὸ ἀγγελικὸν ἐκεῖνο πρόσωπον, οὗ οἱ ὀφθαλμοὶ ὡς δύο φωστῆρες δύσαντες, καὶ οὗ τὸ ὅλον εἶδος τῆς ὄψεως χρηστοφανῶς ἀποτετύπωται· ἄπνουν μὲν τῆς ἐπικήρου ζωτικῆς ἐνεργείας, εὔπνουν δὲ ὅτι μάλιστα τῇ τῆς θείας χάριτος μυρωδίᾳ· ἀσπάζομαι τὰς ἱερὰς χεῖρας ἐκείνας, ὧν ἡ ἀφὴ ἀνέπαφος τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ὧν τῷ δακτύλῳ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου τοῖς ἀνθρώποις καθυπεδείχθη· προσκυνῶ τοὺς ὡραίους πόδας ἐκείνους, ὧν τὸ εὐαγγελίζεσθαι τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ δι' ὧν προκατηρτίσθη ἡ ὁδὸς τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας· παρείτω μοι πρὸς προσκύνησιν καὶ ἡ τιμία ἅλυσις ἐφ' ᾗ ἐδεσμήθη ὁ πολυτίμητος ἐν ἀνθρώποις ἄγγελος· παρείτω μοι καὶ ἡ σεβασμία πίναξ, ἐφ' ᾗ ἐπετέθη ἡ χρυσίου τιμαλφεστέρα πανσέβαστος κάρα· οὐ δέ γε τὴν μάχαιραν τοῦ παλαμναίου τὴν διελάσασαν κατὰ τοῦ ἱεροῦ τραχήλου εἰ εὕροιμι, ἀπροσκύνητον ἐάσαιμι· οὐδέ γε τοὔδαφος ὑφ' οὗ ἐφρουρήθη ὁ θησαυρὸς εἰ ἐπέτυχον, μὴ οὐχὶ προσεπτυξάμην ὡς μεταδοτικὸν χάριτος· ὦ μακάριε τάφε καὶ οὐ πικρὲ λίθε, ὃς ἔχεις τὸ τρισμακάριον ἐκεῖνο σκῆνος, ὑπὲρ σμαράγδων καὶ μαργάρων σωρείας ἔνδον συνειλημμένον· ἐκεῖ τοιγαροῦν παρῆν ὁρατῶς μὲν ὁ τῶν μαθητῶν ὅμιλος, ἀοράτως δὲ ἀγγέλων πληθὺς, τὸν ὁμώνυμον αὐτὸν ἄγγελον

* R. LVII. 2. gr.

rodiadi traditur: quomodo sacrum corpus manibus discipulorum sepelitur, moestorum, illacrymantium, globatim adstantium; dum alius pedes tangit, alius caput reliquo corpori rursus accommodat, alius thurificat, et funebria psallit. Illic sum, o auditores, mentis meae visione, cernoque sepulturam iusti in pace versantem, ut ait scriptura. Cerno angelicam illam faciem, cuius oculi ceu duo luminaria occubuerunt, et cuius tota vultus species bonitatis typus videtur. Video exanimem, quod attinet ad temporalis vitae actionem, apprime tamen animatum quod attinet ad divinae gratiae pretiosum odorem. Sacras illas deosculor manus, quarum tactus peccato fuit intactus, et quarum digito ille qui tollit peccatum mundi hominibus demonstratus fuit. Adoro pulchros pedes illos, quorum fuit officium bona nunciandi incolis terrae, et a quibus parata fuit via Domini adventui. Iamque omittam dicere de venerabili catena, qua revinctus fuit praestantissimus inter homines angelus: omitto item honorabilem discum, in quo fuit repositum augustum illud et auro pretiosius caput. Quin adeo carnificis quoque ensem, qui per sacrum collum actus fuit, sicubi invenero, haud inhonoratum relinquam. Sed et ipsam humum, in qua thesaurus hic fuit conservatus, si quando incurram, amplectar, ut gratia fertilem. O beatum sepulcrum, et non triste saxum, quod beatissimum illud corpus contines smaragdorum margaritarumque cumulo rutilantius! Illic itaque visibiliter quidem aderat discipulorum turba, invisibiliter autem angelorum multitudo, qui homony-

1) Vides Studitae nostro cognitas tamquam sacras reliquias catenam discumque ad Baptistae martyrium pertinentes; de quibus aliisque Paciaudius de cultu s. Ioh. Bapt. dissert. VI.

ἐν σώματι, τὸν τοῦ κυρίου φίλον γνήσιον, τὸν νυμφαγωγὸν τοῦ νυμφίου, τὸν ἀείφωτον λύχνον τοῦ ἀφράστου φωτὸς, τὴν ζῶσαν φωνὴν τοῦ μεγάλου λόγου, τὸν προφήτου περισσότερον, τὸν μείζωνα ἐν γεννητοῖς γυναικῶν εὐφημούντων, γεραιρόντων, ἀναγόντων πρὸς οὐρανὸν, καὶ εἰς τὴν ἀγήρω χαρὰν ἀποκομιζόντων· τοιαύτη μὲν οὖν ὡς εἴρηται εἰρηναῖα ἡ ταφὴ τοῦ δικαίου, ἀγαλλιάσιμός τε καὶ τῷ κόσμῳ σωτήριος.

θ'. Ἡρώδης δὲ ὁ παράφρων, ἆρα γε κἀντεῦθεν τῆς δίκης τὸ ἀπόκριμα διέφυγεν; οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ὡς εἴρηται 1) διὰ ταῦτα ὑπὸ παντὸς τοῦ ὑπηκόου ἀνταρσίαν ἀποστὰς κατασφάττεται· τοῦ θεοῦ εἰς παιδείαν τοῖς εἰς ὕστερον βασιλεύσουσι τὰ κατ' αὐτὸν ἐκδειγματοῦντος, ὡς ἂν μὴ τοῖς ὁμοίοις πάθεσι περιπέσειεν· ἀλλ' ἐντεῦθεν ἐπανελθὼν, ἁρμόζουσαν τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ φωνὴν δεῦρο ἐκβοήσομαι· σήμερον Ἰωάννης ὁ πρόδρομος ὑπὲρ ἀληθείας τὴν κεφαλὴν ἀποτεμνόμενος μακαρίζεται, καὶ Ἡρώδης ὁ παράνομος κωμῳδούμενος διασύρεται· σήμερον Ἰωάννης ὁ πρόδρομος ἐν ταῖς ἁπάντων γλώσσαις τῷ τοῦ ἐλεγμοῦ διηγήματι τετίμηται, καὶ Ἡρώδης ὁ πανέκφρων ὑφ' ἑκάστου τῶν φοβουμένων τὸν κύριον τῇ μοιχείᾳ στηλιτευόμενος ἠτίμωται· σήμερον ἡ κεφαλὴ Ἰωάννου τοῦ προδρόμου ἐπὶ πίνακι προφέρεται ἱερὸν σφάγιον, καὶ Ἡρωδιὰς ἡ μοιχεύτρια στηλιτεύεται καὶ μὴ βουλομένη αἰώνια· σήμερον Ἰωάννου τοῦ προδρόμου τὸ αἷμα ὑπὲρ φυλακῆς θείου νόμου χέεται, καὶ ὁ τοῦ προδρόμου ἀντίθετος διὰ τῆς ἀντιπραγίας ἐνδίκως θριαμβεύεται· σήμερον Ἰωάννης ὁ πρόδρομος διὰ τὴν πρὸς Ἡρώδην ὑπὲρ δικαίου παῤῥησίαν ἀποκτέννεται, καὶ βασιλεῖς τῆς γῆς τῶν ἰδίων συνθρόνων μὴ

mum sibi in corpore angelum, germanum Domini amicum, sponsi paranymphum: candelabrum semper lucidum ineffabilis lucis, vocem vivam magni Verbi, illum plus quam prophetam, maiorem illum in natis mulierum, collaudabant, celebrabant, in caelum tollebant, et ad immortale gaudium transferebant. Talis itaque fuit iusti viri pacifica sepultura, mundo laetifica et salutaris.

9. Num porro insanus Herodes, in hac etiam terrena statione ultionis poenam fugit? Minime gentium; sed, ut dicitur, propter hoc facinus subditorum omnium seditionem expertus, occisus fuit: Deo ob futurorum regum eruditionem res huius ad terrorem proponente, ne in paria facinora incurrant. Sed inde digrediens conveniente praesenti diei voce age iam exclamabo: hodie Iohannes praecursor, capite veritatis causa minutus, beatus dicitur, Herodes vero impius conviciis laceratur: hodie Iohannes praecursor omnium linguis propter regis reprehensi commemorationem honoratur, Herodes autem vesanus ab omnibus Dominum timentibus, adulterii vituperatione dehonestatur: hodie Iohannis praecursoris in disco circumfertur sacra laniena, Herodias autem adultera aeterno opprobrio vel nolens cumulatur: hodie Iohannis praecursoris sanguis propter divinae legis observantiam funditur, praecursoris autem adversarius propter contraria facta ignominiose traducitur: hodie Iohannes praecursor propter suam defendendae iustitiae coram Herode fiduciam occiditur; reges autem terrae, quominus a regnandi consortibus dissocientur eruditi,

1) Merito hanc narrat tamquam popularem traditionem de Herodis nece Theodorus; ille enim reapse non in civium rebellione sed in Hispania exul obiit, ut diserte Iosephus narrat B. iud. lib. II. 9.

διαζευγνῦσθαι παιδευόμενοι τὸν διαζευχθέντα ἀποπτύουσι· σήμερον Ἰωάννης ὁ πρόδρομος αἴρει σημεῖον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ παραγγέλλεται πᾶς ἄνθρωπος ἀρκεῖσθαι τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ καὶ περαιτέρω μὴ χωρεῖν· σήμερον Ἰωάννης ὁ πρόδρομος εἰς ᾅδου κάτεισι, καὶ οἱ νεκροὶ χαρὰν τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἀνεκλάλητον ἀκουτίζονται· σήμερον Ἰωάννην τὸν πρόδρομον καρατομηθέντα διὰ δικαιοσύνην θεοῦ οἱ οὐρανοὶ ἐπευφράνθησαν, ἄνθρωποι δὲ ἐπὶ γῆς ὑμνολογοῦσιν ἑόρτια· καί μοι δοκεῖ ὁ μέγας τοῦ κυρίου πρόδρομος ἐξ οὐρανῶν ἡμᾶς ἐποπτεύειν, καὶ ὡς ὑμνῳδοὺς αὐτοῦ θείοις χαρίσμασιν ἀμείβεσθαι· ἐν προφήταις ὡς ἀστὴρ ἑωθινὸς διάττων τε καὶ ὑπεραυγάζων· ἐν ἀποστόλοις ὡς ἥλιος ἐν μέσῳ ἡλίων προλάμπων καὶ ὑπερλάμπων· ἐν μάρτυσιν ὡς οὐρανὸς πεποικιλμένος τοῖς ἄστροις τῶν θαυμάτων· ἐν δικαίοις ὡς πολλοῖς τῆς δικαιοσύνης αὐχήμασιν ὑψηκωμώτερος, τῶν κέδρων τοῦ Λιβάνου ὑπερφαίνων· ὁ χαρὰν ἐξακουτίσας σήμερον τῇ οἰκουμένῃ· εἰ γὰρ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται κατὰ τὰ λόγια, ἀνάλογον ἂν εἴη καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ τελειώσει τὴν αὐτὴν ἔσεσθαι εὐφροσύνην, ἣν πανηγυρίζειν ἠξιώμεθα, ὅσοι ἐν ἱερατικῷ τε καὶ ἐρημικῷ, ἐν μοναδικῷ τε καὶ λαϊκῷ τάγματι πᾶσιν ἀνήκοντος τοῦ μνημοσύνου τὸ ἀγαλλίαμα· διαφερόντως δὲ ἡμῖν τοῖς τοῦ ἱεροῦ αὐτοῦ οἴκου 1) θιασώταις· οὗ μετασχοίημεν τῶν πρεσβειῶν ἔτι μάλα ἐκτενέστερον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

eum qui se dissociavit contemnunt: hodie Iohannes praecursor vexillum in terra attollit, atque omnis homo admonetur ut propria uxore contentus, ulterius non procedat: hodie Iohannes praecursor ad inferos descendit, et mortui gaudium propter Christi adventum percipiunt ineffabile: hodie ob Iohannem capite propter iustitiam minutum caeli laetantur, simulque in terra homines festales hymnos dicunt. Et mihi quidem videtur magnus Domini praecursor de caelis nos aspicere, atque ut suos cantores divinis donis remunerari. Hic inter prophetas, stella est matutina discurrens et illuminans: inter apostolos, sol est in mediis solibus praefulgens et supra ceteros radians: inter martyres, veluti caelum est sideribus variatum miraculorum: inter iustos, ceu multis iustitiae ornamentis alte frondescens, Libani cedros excedit. Hic hodie mundo universo gaudium intimat. Nam si multi in nativitate eius gavisuri erant, iuxta divinum effatum; consentaneum sit in eius quoque consummatione eandem esse laetitiam, quam nos sollemnitate hac celebrare digni fuimus, quotquot sacerdotalis, aut eremitici, aut monachalis, aut etiam laici ordinis sumus, cuncti scilicet sacra hac commemoratione gaudium adferente: praecipue vero nobis qui sacrae illius aedis contubernales; cuius propterea intercessionibus validioribus utinam fruamur! in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et potestas, cum patre et sanctissimo vivifico Spiritu, nunc et semper et per infinita saecula saeculorum. Amen.

1) Scilicet Studii monasterium, et sacra aedes, titulum S. Iohannis Baptistae gerebant. Confer Studitae nostri vitam et opera ed. Sirmond. p. 18. et 618. Item Cangium Constantinop. christ. lib. IV. tit. 4. ed. Paris. p. 103. De eodem S. Baptista hymnus quoque extitit nostri Theodori. Vit. p. 22.

ΛΟΓΟΣ ϛ'.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΟΙΜΗΣΙΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.*

Cod. vat. 1671. f. 162 b.

α'. Φωνὴν σάλπιγγος, κεραΐνης βοῆς ἀλαλάζουσαν γεγωνότερον καὶ καταδονοῦσαν τὰ πέρατα, ἀπαιτῶν ὁ λόγος πρὸς εὐφημίαν τῆς παρούσης ἱεροκηρύκτου ἡμέρας, κινδυνεύει, ὦ ἄνδρες, δι' ἀσθενοῦς τοῦ φωνητικοῦ ἡμῶν ὀργάνου προερχόμενος· ἀλλ' ἡ βασίλισσα καὶ κυρία τοῦ παντὸς, ὡς οἷά τις ἀφιλότιμος, δέξαιτο τάχα καὶ τὸν τῇδε δουλικὸν αὐτῆς βραχὺν καὶ πενιχρὸν ἡμῶν λόγον, ὡς τῶν ὑψηγόρων τοὺς μακρούς τε καὶ ὑπερλάμπρους, ταῖς τοῦ προστάσσοντος 1) εὐχαῖς εὐμενιζομένη· ἐπείπερ καὶ πρὸς ἓν μόνον βλέπει τὸ τῆς προθέσεως ἡ φιλάγαθος· ἀλλά μοι δεῦρο συναγέρθητι ἡ ὑπ' οὐρανὸν ἅπασα, ὅσον ἐν ἱεράρχαις τὲ καὶ ἱερεῦσιν, ἐν μοναδικοῖς τε καὶ μιγάσιν, ἐν βασιλεῦσί τε καὶ ἄρχουσιν, ἐν ἀνδράσι τὲ καὶ γυναιξὶν, ἐν νεανίσκοις τὲ καὶ παρθένοις, ἐν φυλαῖς τὲ καὶ γλώσσαις, παγγενεῖ τὲ καὶ παμπληθεῖ, καὶ τὰς τῶν ἀρετῶν ἐσθῆτας ἐξυπαλλάσσουσα, ὡς ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη πεποικιλμένη, πρόελθε φαιδρῶς γεγηθυῖα τῆς κυριοτόκου Μαρίας ἑορτὴν ἑορτάζουσα τὰ ἐπικήδειά τε καὶ διαβατήρια· μεταβαίνει γὰρ ἐκ τῶν ἐνθένδε καὶ ἐγγίζει ὄρεσιν αἰωνίοις, τὸ ὄρος ὄντως τὸ Σιὼν, ὃ ηὐδόκησεν ὁ θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, ὡς ἡ

ORATIO VI.

LAUDATIO IN DORMITIONEM SANCTAE DOMINAE NOSTRAE DEIPARAE.

1. Tubae vocem, bucinae clangorem, solito resonantius clamantem, et orbis fines strepitu concutientem, sermo meus quum postulet ob hanc sacri praeconii diem celebrandam; vix, o viri, per phonetici nostri organi infirmas vires procedit. Sed regina ac domina universi, tamquam minime ambitiosa, recipiet spero hunc quoque brevem, famulitio eius addictum, pauperculum nostrum sermonem, haud secus quam sublimium oratorum longas splendidasque orationes, eius qui mihi id demandavit, precibus propitiata: praeter quam quod, unice aspicit mentis propositum benignissima virgo. Age nunc mihi huc simul adesto, universa quae caelo subes terra, quantum est pontificum ac sacerdotum, monachorum et laicorum, regum et principum, virorum ac feminarum, adolescentulorum ac virginum, tribuum et linguarum, ex omni genere ac populo; virtutumque quasi mutatoriis sumptis, aureis fimbriis circumamicta et variata, prodi hilariter gestiens, ut dominiparae Mariae funebria et transitum celebres. Migrat enim ex his terrestribus et appropinquat montibus aeternis, verus Sionis mons, in quo Deo habitare placuit, ut psalmistae lyra canit. Hodie igitur ter-

* Adnotatio. In codice prisco vat. 455. f. 226. b. legitur alia oratio cum hoc titulo: τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ νέου ὁμολογητοῦ εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐν ᾧ τὸ ἑξήκοντα χαῖρε: *sancti patris nostri Theodori, novi confessoris (id est Studitae), in nativitatem sanctissimae Deiparae, ubi sexaginta ave.* Incipit. Λαμπρῶς πανηγυρίζει ἡ κτίσις τήμερον: *splendide hodie sollemnitatem agit creata natura.* Equidem vix dubito quin praedicta oratio Studitae nostri sit; sed quia sub s. Iohannis damasceni nomine edidit eam Lequinius opp. T. II. p. 849. seqq., a me praetermitti debuit. — 1) Recole p. 34. n. 1.

τοῦ ψάλλοντος λύρα· σήμερον τοιγαροῦν ὁ ἐπίγειας οὐρανὸς τῷ τῆς ἀφθαρσίας περιβολαίῳ ἑλισσόμενος, ἐξαλλάττεται εἰς διαμονὴν τὴν βελτίονά τε καὶ μακραίωνα· σήμερον ἡ νοητὴ καὶ θεοφώτιστος σελήνη τῷ τῆς δικαιοσύνης ἡλίῳ συνεισβάλλουσα, ἐκλείπει μὲν τοῦ τῆς παραυτίκα ζωῆς προσκαίρου, ἐν τ' αὐτῷ δὲ ἀνατέλλουσα καταλαμπρύνεται τῷ τῆς ἀθανασίας ἀξιώματι· σήμερον ἡ χρυσότευκτος καὶ θεοκατασκεύαστος κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος ἐκ τῶν ἐπιχθονίων σκηνωμάτων ἀπαίρουσα πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ μετακομίζεται εἰς κατάπαυσιν ἀτελεύτητον· καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαυὶδ οἷά τις κιθαρίζων ἐκεῖνα ἡμῖν μελῳδῶν ἀναφθέγγεται *· ἀπενεχθήσονταί, φησιν, τῷ βασιλεῖ παρθένοι, δηλαδὴ ψυχαὶ, ὀπίσω αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι. * Ps. XLIV. 15

β'. Νῦν οὖν αἰσθητοὺς ὀφθαλμοὺς ἡ θεοτόκος συμμύσασα, τοὺς νοητοὺς ἡμῖν ὡς λαμπροὺς καὶ μεγάλους ἀνίσχει φωστῆρας, μήπω καταδύσαντας, εἰς τὸ γρηγορεῖν τὲ καὶ ἐξιλάσκεσθαι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ἀντιλήψεως· νῦν ἐν τῇ ἐνάρθρῳ φωνῇ τὰ θεοκίνητα χείλη ὑποσιωπήσασα, αείλαλον αὐτῆς τὸ πρεσβευτικὸν ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἐξανοίγει στόμα· νῦν τὰς σωματικὰς καὶ θεοφόρους παλάμας ὑποστείλασα, αειρομένας αὐτὰς ἀφθαρτισθεῖσα πρὸς τὸν δεσπότην ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης παρίστησιν· ἄρτι τὸν ἡλιοειδῆ καὶ φυσικὸν χαρακτῆρα ἀποκρύψασα, ἀκτινολαμπεῖ τῇ σκιαγραφικῇ αὐτῆς εἰκόνι, καὶ προστίθησι τοῖς λαοῖς εἰς ἀσπασμὸν εὐεργετικὸν σχετικῆς προσκυνήσεως, κἂν μὴ βούλωνται οἱ αἱρετίζοντες 1)· ἄνω δὴ ἀναπτᾶσα ἡ πάναγνος περιστερὰ, τὰ κάτω φυλάττειν οὐ παύεται· τοῦ σώματος ἐξελθοῦσα, τῷ πνεύματι σὺν ἡμῖν ἐστιν· εἰς οὐρανοὺς εἰσαχθεῖσα, ἐξοστρακίζει τοὺς δαίμονας μεσιτεύουσα τὰ πρὸς κύριον· πάλαι μὲν διὰ τῆς προμήτορος Εὔας ὁ θάνατος εἰσ-

renum caelum incorruptibilitatis vestimento circumamictum transfertur ad meliorem aeternamque mansionem. Hodie spiritalis atque a Deo illuminata luna in iustitiae solem incurrens, deficit quidem a praesenti temporali vita, simulque exoriens immortalitatis dignitate illustratur. Hodie inaurata et divinitus fabricata sanctitatis arca de terrenis tabernaculis ad supernam Hierusalem commigrat, in requiem fine carentem; id quod nobis et theopater David, cithara veluti canens ait: adducentur regi virgines; id est animae, post illam tibi afferentur.

2. Nunc ergo materiales oculos Deipara claudens, spiritalia nobis et magna attollit luminaria, numquam occasura, ante scilicet conspectum Dei pro mundi tutela pervigilantia: nunc cum vox articulata in eius commotis a Deo labiis silet, ad aeternam loquelam supplex suum pro universo hominum genere os adaperit: nunc corporales suas, quae Deum gestavere manus demittens, facta immortalis, ad Dominum pro mundi salute attollit: nunc soli parem subtrahens naturalem formam, splendet tamen in picta icone sua, quam populis ad congruae venerationis salutarem contactum exhibet; etiamsi id minime vellent haeretici: et quum in supera evolaverit columba sanctissima, inferiora haec protegere non desinit: corpore egressa, spiritu nobiscum est: caelo inlata, daemones fugat facta apud Dominum mediatrix. Olim quidem per progenitricem Evam mors ingressa mundum imperio

1) Intelligit iconomachos mariani cultus infensissimos hostes.

ἐλθὼν ἐκοσμοκράτησε, νῦν δὲ τῇ μακαρίᾳ θυγατρὶ αὐτῆς ὁμιλήσας ἀποκέκρουσται, ἐκεῖθεν ἐκνικώμενος ὅθεν τὸ κράτος εἰσεδέξατο· ἀγαλλιάσθω τοίνυν τὸ γυναικεῖον γένος ἀντ' ὀνείδους δόξαν κατακληρούμενον· εὐφραινέσθω ἡ Εὔα, οὐκέτι γὰρ ἐπάρατος εὐλογίας γόνον τὴν Μαρίαν περιφέρουσα· σκιρτάτω ἡ σύμπασα κτίσις, τὰ τῆς ἀφθαρσίας νάματα μυστικῶς ἐκ τῆς παρθενικῆς πηγῆς ἀρυομένη, καὶ τοῦ θανατηφόρου δίψους ἀποπαύουσα· τοιαῦτα ἡμῖν τὰ ἑορταζόμενα σήμερον· τηλικαῦτα τὰ ὑμνολογούμενα, ἃ ἡμῖν ἡ χριστοανθὴς ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, ἡ ἱερόβλαστος ῥάβδος τοῦ Ἀαρὼν, ὁ νοητὸς παράδεισος τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, ὁ ἔμψυχος λειμὼν τῶν παρθενικῶν ἀρωμάτων, ἡ κυπρίζουσα θεογεώργητος ἄμπελος τοῦ πεπείρου καὶ ζωοσταγοῦς βότρυος, ὁ ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος χερουβικὸς θρόνος τοῦ παμβασιλέως, ὁ πλήρης οἶκος τῆς δόξης κυρίου, τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον καταπέτασμα, ὁ τῆς ἀνατολῆς φαεινότατος τόπος, κοιμηθεῖσα ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ χαρίζεται· κοιμηθεῖσα φημὶ, ἀλλ' οὐκ ἀποθανοῦσα· μεταστᾶσα, ἀλλ' οὐ καταλιποῦσα ὑπερασπίζεσθαι τοῦ γένους· ποίῳ τοίνυν λόγῳ παραστήσομέν σου μυστήριον, ἀποροῦμεν ἐννοῆσαι, ἀσθενοῦμεν ἐκφράσαι, ἰλιγγιῶμεν διαγράψαι, ὅτι ξένον καὶ ὑψηλὸν καὶ ἐπηρμένον διανοίαις ἁπάσαις· οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων κοινωνεῖ καὶ συμφέρεται, ἵνα δῶμεν προχείρως ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τὰς ἀποδείξεις, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς τὰ περί σου εὐσεβῶς διαλαμβάνοντες, παραχωροῦμεν σοὶ μόνῃ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον· διήλλαξας τοιγάρτοι τὴν φύσιν κατὰ τὴν ἄρρητον γέννησιν· ποῦ γὰρ ἔγνω τίς παρθένον ἀσπόρως συλλαμβάνουσαν; ὢ τοῦ θαύματος· τὴν ὡς μητέρα λοχεύουσαν, ὁρᾷ ὡς ἄφθορον παρθενεύουσαν, ἐπειδὴ θεὸς ἦν τὸ γεννώμενον· τοῦτο οὖν καὶ ἐπὶ

premebat; nunc tamen beatam illius filiam adgressa, depulsa est; indidem victa, unde olim potentiam sumpserat. Laetetur igitur femineum genus, pro ignominia gloriam sortitum. Gaudeat Eva, quae iam deinceps non est maledicta, postquam benedictionis sobolem Mariam protulit. Exultet creatura universa, quae immortalitatis fluenta ex virgineo fonte mystice haurit, quibus a mortifera siti liberatur. Haec nostra est hodierna sollemnitas: haec est hymnologia quam nobis suppeditat Iessae radix quae florem Christum extulit, sacra Aaronis virga frondescens, intellectualis paradisus ubi vitae lignum, spiritale pratum virginalium aromatum, florida et a Deo exculta vitis maturi vitaque manantis racemi: celsus elevatusque thronus cherubicus regis universalis, domus gloria Domini plena, sanctum Christi velamen, lucidissima orientis regio, quae in pace ac iustitia obdormivisti, obdormivisti inquam potius quam obiisti: translata es, neque tamen humanum genus protegere desinis. Quibusnam itaque verbis mysterium tuum explanemus, mente ambigimus, lingua infirma non eloquitur, scribere titubamus, quia peregrinum excelsumque est, atque omnes cogitationes transcendit. Neque enim illud commune aliquid habet aut comparativum, ut facile ex rebus nostris demonstrationem illius faciamus; sed ex iis quae supra nos sunt, decora tua pie comprehendentes; uni tibi quae superiora homini sunt concedimus. Immutasti igitur naturam ineffabili partu tuo. Quandonam enim audivit quisquam virginem sine semine concipientem? O rem miram! quae mater est pariens, eam vides virginem incorruptam, quia scilicet quod pariebatur, Deus erat. Hoc unum

τῇ ζωοφόρῳ κοιμήσει, ἐξαλλάττουσα τῶν λοιπῶν, εἰκότως μόνη ἔχεις τοῦ συναμφοτέρου τὸ ἄφθαρτον.

γ'. Ἀλλ' ἡ Σιὼν ἡμῖν ἀφηγείσθω τὰ τῆς ἡμέρας παράδοξα 1)· πεπλήρωτο τοίνυν τὸ τῆς ζωῆς ὁροθέσιον· παρῆν ἡ τῆς ἀναλύσεως ὥρα· προέγνω ὡς οἷα θεοῦ μήτηρ ἡ παναγία τὸ τῆς μεταστάσεως στάδιον· πόσον γὰρ δοίη τίς τὸ μεῖζον, ὦ φιλόχριστοι, πρὸς πάντα τὸν δουλικῶς ὁρῶντα, τῇ μητρὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἀρχιπροφήτιδι; ἐπεὶ δὲ ταῦτα ᾔσθετο καὶ μεμάθηκεν, οἷα ἡμῖν ὁ λόγος ἀνακαλεῖσθαι αὐτὴν ὑποφαίνει; ἥκεν ἡμέρα τῆς ἐξόδου μου· ἥκεν ὁ χρόνος τῆς πρὸς σὲ ἐκδημίας μου· παρέστωσαν μοι οἱ λειτουργήσοντες τὰ ἐντάφια, δέσποτα· ἐπισταίκησαν οἱ τὴν κηδείαν συντελέσοντες διάκονοι, καὶ εἰς μὲν χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· παλάμαις δὲ τῶν μαθητῶν σου τὸ ἄψαυστον καὶ θεόδοχον σῶμά μου, ἐξ οὗπερ σὺ ἡ ἀθανασία ἀνατέταλκας ἐκκομίσασθαι· παραστήτωσάν μοι οἱ ἐν τοῖς πέρασι διεσπαρμένοι πρὸς εὐφροσύνην μου, οἱ κήρυκες καὶ ὑπηρέται τοῦ εὐαγγελίου σου· καὶ εἰ τὸν δίκαιον Ἐνὼχ ἔτι ζῶντα μεταθέσθαι διὰ τὸ χρειῶδες ηὐδόκησας· τόν τε Θεσβίτην Ἠλίαν ἐπαρθῆναι πυρίνῳ ἅρματι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς πρὸς ἀδήλους χώρας, ἀμφοτέρους τὸν τῆς φρικτῆς σου καὶ παμφαοῦς δευτέρας παρουσίας ἀναμένοντας χρόνον· καὶ αὖθις εἰς τὸν προφήτην Ἀμβακοὺμ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Βαβυλῶνα διὰ χρείαν τοῦ Δανιὴλ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ μεταστῆσαι καὶ ἀναποδίσαι ἐτερατούργησας· τί σοι οὐ δυνατὸν θελήσαντι μόνον; ταῦτα ἐπεὶ λέλεχεν ἡ πανύμνητος, καὶ ἡ ἀποστολικὴ δωδεκὰς ἐπέστη, ἄλλος

itaque etiam in vitali dormitione, a ceteris differens, merito sola habes, utriusque simul (corporis et animae) incorruptelam.

3. Sed iam nobis Sion enarret diei illius mirabilia. Completus erat vitae terminus; aderat resolutionis hora. Praecognoverat, ut par erat, Dei mater sanctissima translationis suae stadium. Quis enim hoc multo magis, o philochristi, prae aliquo quolibet servilis conditionis vate, matri Dei et principi prophetarum non attribuat? Postquam igitur haec sensit et agnovit, qualia ipsam elata voce dixisse ratio nobis suadet? Venit, inquit, exitus mei dies: venit tempus mei ad te transitionis. Adsint mihi qui meas exequias curent, Domine: adsistant, funus meum curaturi ministri; et in manus tuas spiritum meum commendabo. Manibus discipulorum tuorum, intactum Deique receptaculum corpus meum, ex quo tu qui es ipsa immortalitas prodiisti, efferatur. Adsint mihi ad solatium qui in cunctis terrae finibus dispersi sunt, praecones ac ministri evangelii tui. Quod si iustum Enochum viventem adhuc propter suam bonitatem transferri voluisti; et Eliam thesbitem igneo curru sustolli ex hac cognita ad ignotas regiones, ambos scilicet tremendi tui ac splendidissimi adventus tempus expectantes: si praeterea prophetam Habacucum ex Hierosolymis Babylonem usque, ob Danihelis necessitatem, uno temporis momento transferri, et inde reverti mirabiliter fecisti; quid tibi impossibile sit, modo velis? Vix haec dixerat laudatissima virgo, cum duodecim apostoli supervenerunt, alius aliunde ceu nebulae alis spiritûs ad lucis nebulam

1) De Deiparae obitu, eiusque loco, et apostolis ut pie creditum est adsistentibus etc. prolixe eruditeque Trombellius in vita eiusdem Deiparae Tom. IV. dissert XLV. prolatis variis ex antiquitate testibus ac documentis, quae heic repetere non vacat. Nunc autem noster quoque Studita testis non contemnendus accedit.

ἀλλαχόθεν ὡς νεφέλαι τῷ πτερῷ τοῦ πνεύματος πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς νεφέλην ἐλασθέντες καὶ καταπαύσαντες· τί οὖν φησιν ἡ θεώνυμος καὶ πολυώνυμος καὶ μεγαλώνυμος; ἄρασα κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνακεκλιμένη καὶ ἰδοῦσα τοὺς ζητουμένους, ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἔσται μοι τοῦτο εἰς ὄνομα εὐφροσύνης καὶ εἰς αἴνεσιν καὶ μεγαλειότητα παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τῆς γῆς, ὅτι συνήγαγέ μοι τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας, ὅτι συνήθροισέ μοι τοὺς ἄρχοντας τῆς οἰκουμένης, τοὺς θαυμαστοὺς ὑπηρέτας τῆς ἐμῆς κηδείας· ὢ μεγαλοφυοῦς τερατουργήματος· ὢ μητρικῆς ἀφοσιώσεως ἔργον· ὢ σχέσεως υἱκῆς δῶρον· οὐρανός μοι τὸ δωμάτιον κατεφάνη, τοὺς φωστῆρας τοῦ κόσμου ἐν ἑαυτῷ περιφέρων· ναὸς κυρίου ἡ ὀρόφη ὤφθη, τοὺς θείους μύστας καὶ ἱερουργοὺς παραστήσασά μοι· οὐκέτι τὸ ἰουδαϊκὸν σύστημα μελετήσει τὴν κατ' ἐμοῦ παροινίαν· οὐκέτι κατ' ἐμοῦ ἐφοπλίσει τὴν πάντορμον χεῖρα πρὸς ἐμὴν φονοκτονίαν τὸ ἱερατικὸν βουλευτήριον· πάλαι μὲν οὖν μεμελετηκότες συνανῄρουν ἂν τῷ υἱῷ τὴν μητέρα οἱ φιλαίμονες. ἀλλὰ διήμαρτον τοῦ σκοποῦ, εἰργούσης αὐτοὺς τῆς προνοίας ἄνωθεν· πρὸς ἀσύλους μεταβιβάζομαι κατοικεσίας, πρὸς ἀσύλους καὶ ἀνενοχλήτους διαναπαύσεις, ἔνθα οὐ παρεισδύει ὁ ἐχθρὸς τὰ τῆς κακίας ἔνεδρα, ἔνθα ἴδοιμι τὴν τερπνότητα κυρίου, καὶ ἐπισκέψομαι τὸν ναὸν ὁ παμφαὴς ναὸς αὐτοῦ.

δ'. Ἀλλ' οἷα πρὸς αὐτὴν, εἴτε ἀφ' ἑαυτῶν, εἴτε παρὰ τῶν προφητικῶν στομάτων ἐκλεξάμενοι οἱ μακάριοι ἀπόστολοι;

α'. Χαίροις 1), φησὶ, κλίμαξ ἐστηριγμένη ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, δι' ἧς ἡ

(nempe quae lucem fulgore suo obscurabat) delati donec illic pedem figerent. Quid ergo dixit virgo theonyma, polyonyma, megalonyma? Oculos circumferens de suo recubitu, vidensque expetitos discipulos, laetetur, inquit, anima mea in Domino, sitque hic mihi gaudii titulus, et laudationis atque amplitudinis apud omnes terrae populos, quia congregavit mihi Dominus ecclesiae fundamenta, mundi principes adunavit, mirabiles funeris mei ministros. O grande portentum! o maternae sanctificationis opus! o filialis dilectionis donum! Caelum mihi patet hospitium, quod mundi luminaria continet: templum Domini, caeleste lacunar, aperitur, divos mystas sacerdotesque mihi ostendens. Haud iam ulterius iudaica factio meditabitur adversus me vesaniam, neque adversus me violentam manum armabit caedi meae anhelans sacerdotalis senatus. Iamdiu quidem hi cruenti moliti sunt matrem cum filio perimere, sed scopo aberrarunt, superna eos cohibente providentia. Ad tuta transmigro habitacula, ad tutam et sine molestia quietem, ubi inimicus malitiae suae insidias non collocat, ubi Domini deliciis fruar, templumque spectabo ego quae illius templum splendidum fui.

4. Age vero quid Virgini responderunt sive propriis sive prophetarum verbis beati apostoli?

1) Imitatur Theodorus S. Cyrillum alex. (in oratione de B. Maria opp. T. V. part. 2. p. 379. Dicerem imitari quoque Damascenum; nisi nuper p. 54. in adnotatione monuissem lectores, orationem illam de nativ. B. Mariae, editam inter damascenicas, Theodorum potius habere parentem, teste etiam codice vaticano 455.

καθ' ἡμᾶς κάθοδος, καὶ ἡ εἰς οὐρανοὺς ἄνοδος γέγονε τοῦ κυρίου, κατὰ τὸν μέγαν πατριάρχην Ἰακώβ.

β'. Χαίροις βάτε παραδοξοειδέστατε ἐξ ἧς ἐπεφάνη ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς, ἥνπερ καταχαῖον τὸ πῦρ οὐ κατέκαιεν, κατὰ Μωϋσέα τὸν θεοπτικώτατον.

γ'. Χαίροις ὁ θεόδεκτος πόκος ἐξ ἧς ἀπεῤῥύη ὁ οὐράνιος δρόσος πλήρης λεκάνη ὕδατος, κατὰ Γεδεὼν τὸν θαυμασιώτατον.

δ. Χαίροις πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ἣν οἱ βασιλεῖς θαυμάζοντες μεγαλύνουσι, κατὰ Δαβὶδ τὸν ᾀσματόγραφον.

ε. Χαίροις ἡ νοητὴ Βεθλεὲμ, ὁ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, ἐξ οὗ ἐξελήλυθεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὗ αἱ ἔξοδοι ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, κατὰ Μιχαίαν τὸν θειότατον.

ς. Χαίροις τὸ κατάσκιον παρθενικὸν ὄρος, ἐξ οὗ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐπεφάνη, κατὰ Ἀμβακοὺμ τὸν θεοβόητον.

ζ'. Χαίροις λυχνία χρυσοειδέστατε καὶ φωτοφόρε, ἐξ ἧς περιέλαμψε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις τὸ ἀπρόσιτον φῶς τῆς θεότητος, κατὰ Ζαχαρίαν τὸν θεσπέσιον.

η'. Χαίροις τὸ παγκόσμιον ἱλαστήριον τῶν βροτῶν, δι' οὗ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομα κυρίου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προσάγεται, κατὰ Μαλαχίαν τὸν ἁγιώτατον.

θ. Χαίροις κούφη νεφέλη ἐν ᾗ κύριος κεκάθηκε, κατὰ Ἡσαΐαν τὸν ἱεροφωνότατον.

ι. Χαίροις ἱερὰ βίβλος τῶν προσταγμάτων κυρίου, καὶ ὁ νεοχάρακτος νό-

1. Ave, aiebant, scala a terra in caelum protensa, per quam Domini ad nos descensus, et in caelum reditus fuit, ut Iacob patriarcha vidit.
2. Ave rube mirabillime, ex quo angelus Domini apparuit in ignis flamma, quem ardens ignis non amburebat, sicuti summo Dei spectatori Moysi ostensum est.
3. Ave Deo gravidum vellus, ex quo caelestis ros defluxit, immo plenus aqua catillus, quod admirabili contigit Gedeoni.
4. Ave civitas regis magni, quam admirabundi reges magnificant, ut hymnographus David delineat.
5. Ave intellectualis Bethleem, domus Ephratha, ex qua egressus est rex gloriae, ut fieret princeps in Israhele, cuius exitus ab initio dierum saeculi, ut ait divus Michaeas.
6. Salve umbrose mons virginee, ex quo sanctus Israhelis apparuit, ut Habacucus divinitus instinctus clamat.
7. Ave lucerna auro splendens lucifera, ex qua sedentibus in tenebris et in umbra mortis effulsit inaccessa deitatis lux, secundum divinitus afflatum Zachariam.
8. Ave universale mortalium propitiatorium, per quod ab ortu solis usque ad occasum nomen Domini glorificatur in gentibus, et in omni loco thurificatio nomini eius offertur, sicut ait sanctissimus Malachias.
9. Ave levis nebula, in qua Dominus resedit, ut est apud sacra magnaque voce praeditum Isaiam.

μος τῆς χάριτος, δι' ἣν τὰ ἀρεστὰ θεῷ, ἡμῖν γνωστά ἐστι, κατὰ Ἱερεμίαν τὸν πολυθρηνότατον.

ια. Χαίροις πύλη κεκλεισμένη, δι' ἧς κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἰσελήλυθεν καὶ ἐξελήλυθεν, κατὰ Ἰεζεκιὴλ τὸν θεοπτικώτατον.

ιβ. Χαίροις τὸ ἀλάξευτον χειροϋψηλότατον ὄρος, ἐξ οὗ ὁ ἀκρογωνιαῖος ἀποτέτμηται λίθος, κατὰ Δανιὴλ τὸν θεολογικώτατον.

ε'. Καὶ ποῖος νοῦς χωρήσειεν, ἢ τίς λόγος ἐφίκοιτο, ὅσα ἐκεῖσε ἦσαν, ἔφασαν, ἐμακάρισαν οἱ θεολόγοι; Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ εἰκότα ἱερούργησαν ἱερῶς, καὶ ἁγίως τὰ ἅγια ἐπετέλεσαν, ἰδοὺ παρεγένετο καὶ ὁ κύριος μετὰ δόξης ἰσχύος αὐτοῦ καὶ πάσης στρατιᾶς οὐρανοῦ· καὶ ἀοράτως μὲν ἐλειτούργουν οἱ ἀσώματοι, σωματικῶς δὲ οἱ ἀπόστολοι ὑμνῳδοὶ τῆς θείας μεγαλειότητος ἐδείκνυντο· συμμιγὴς ἦν, ἀδελφοὶ, ἡ πανήγυρις καὶ ὁ θίασος οὐράνιός τε καὶ ἐπίγειος· καὶ μὴ ξενιζέτω ὁ λόγος τὰ θεοπρεπῆ ὑπογράφων, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, κυριοτήτων, θρόνων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, δυνάμεων, τῶν χερουβικῶν, καὶ σεραφικῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, δικαίων, τῶν μὲν προτρεχόντων, τῶν δὲ προσυπαντώντων, τῶν μὲν ἡγουμένων, τῶν δὲ προηγουμένων, τῶν δὲ επομένων, τῶν δὲ παρεπομένων, πάντων φωνῇ μιᾷ ἐν εὐφροσύνῃ βοώντων· ᾄσατε τῷ κυρίῳ· αἰνέσατε τὸν κύριον· εὐλογημένος κύριος ἐπὶ δίκαιον ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· καὶ ἀνυψωθήτω ὁ οὐρανὸς εἰς τὸ μετέωρον· τίς οὖν ἤκουσεν ἐξ αἰῶνος τοιοῦτον ἐξόδιον, ὁ φιλόχριστοι; τίς ἔγνω τηλικαύτης κηδείας προπομπήν; τίς ᾔσθετο τοιαύτης μεταβάσεως πώποτε, οἵας ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου ἠξίωται; καὶ οὐκ ἀπεικός· ἐπειδήπερ οὐδέ τις ὑπέρτερος αὐτῆς δέδεικται, μειζο-

10. Ave sacer mandatorum Domini liber, noviter scripta gratiae lex, per quam Deo placita nobis innotescunt, prout luctuosissimus ait Hieremias.

11. Ave ianua clausa, per quam Deus Israhelis ingressus est et egressus, sicut summus Dei speculator Ezechiel scribit.

12. Ave nulla manu laborate mons celsissime, ex quo angularis abscisus fuit lapis, sicut ait summus theologus Daniel.

5. Sed enim quaenam mens complectatur, vel oratio exaequet, quot quantaque ibi cecinerunt, dixerunt, laudativo praeconio extulerunt theologi viri? At postquam iustis sacris functi fuerunt, sancteque sancta peregerunt, ecce adfuit ipse Dominus cum gloria fortitudinis suae omnique caelorum exercitu. Et invisibiliter quidem incorporei (angeli), corporaliter autem apostoli divinorum magnalium hymnistae erant. Mixta erat, o fratres, panegyris atque chorus caelestium ac terrenorum (nec quisquam miretur nostram Deo dignas res narrantem orationem), angelorum, archangelorum, dominationum, thronorum, principatuum, potestatum, virtutum, cherubinorum, seraphinorum, apostolorum, martyrum, iustorum: quorum alii deducebant, alii praecedebant, alii subsequebantur, alii stipabant, cunctique una voce cum iubilis clamabant, cantate Domino, laudate Dominum, benedictus Dominus super iusto monte sancto eius, et exaltetur caelum in sublime. Quis ergo audivit par canticum a saeculo, o philochristi? quis huiusmodi exequiarum pompam? Quis umquam talem transitum novit, quali mater Domini mei digna fuit? Neque id immerito, quandoquidem nemo illa

τέρας οὔσης ἁπάντων· φρίττει μου οὖν τὸ πνεῦμα τὸ μεγαλεῖον τῆς μεταστάσεώς σου, ὦ πάρθενε. διενθυμούμενος· ἐκπλήττεταί μου ὁ νοῦς τὸ τῆς κοιμήσεώς σου θαυμάσιον ἀναλογιζόμενος· συνδέδεταί μου ἡ γλῶττα τὸ τῆς παλινζωΐας 1) σου μυστήριον ἐκδιηγουμένη· Τίς γάρ ἐστιν ἐκεῖνος, ὃς ἐπαξίως ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις σου; διηγήσοιτο πάντα τὰ θαυμάσιά σου; ποῖος νοῦς ὑψηγορῶν ῥητορεύσει; ποία γλῶσσα μεγαληγοροῦσα φθέγξεται, καὶ τὰ σὰ ἐξείποι, τὰ σὰ παραστήσει, τοῖς σοῖς προσβάλλει ῥήμασιν, ἢ τῶν σῶν ἐφικνεῖται θαυμασίων τελετῶν, πανηγύρεων, ἑορτῶν, διηγήσεων, ἐγκωμίων; μεθ' ὧν καὶ τοῦ παρόντος μυστηρίου ἀσθενεῖ, ἀτονεῖ, ἀποτυγχάνει, ἀπελέγχεται· καὶ γὰρ ὑπερέχεις, ὑπερβάλλεις, ὑπερτερεύεις ἀσυγκρίτως, ἐν ὕψει καὶ μεγέθει τοῦ ἀνωτάτου πόλου, ἐν ἁγνείας λαμπρότητι τοῦ ἡλιακοῦ φάους, ἐν παῤῥησίας οἰκειώσει τῆς ἀγγελικῆς ἀξίας, πάσης τῆς ἀΰλου καὶ λογικῆς οὐσίας νοητῶν τε καὶ νοερῶν δυνάμεων.

ς'. Ἀλλ' ὦ τῆς ἐπιφανοῦς σου καὶ λαμπρᾶς, δι' ἡδονῆς γὰρ ἔχω λέγειν, πανηγύρεως· ὦ τῆς σημειοφόρου καὶ θαυμαστοποιοῦ μεταστάσεώς σου· ὦ τῆς ζωοπαρόχου καὶ ἀειφθαρτοδωρήτου ἐνταφιάσεώς σου τῆς φωτοκυήτορος· ἀλλὰ τὰς νεφέλας διασχοῦσα, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνιοῦσα, καὶ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιοῦσα ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεώς τε καὶ ἐξομολογήσεως κατευλογῆσαι ἀξίωσον, θεοτόκε, τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα· πρεσβείαις σου τοὺς ἀέρας εὐκρατοῦσα, τοὺς ὄμβρους εὐκαίρως δωρουμένη, τοὺς ἀνέμους εὐθετοῦσα, τὴν γῆν εὐ-

excelsior, quae omnium maxima fuit. Horret spiritus meus, dum transitus tui magnalia, o Virgo, recogitat. Perhorrescit mens mea, dum tuae dormitionis admirabilitatem reputat. Haeret lingua mea, dum tui reviviscentis mysterium enarrat. Nam quis digne auditas faciet omnes laudes tuas, et narrabit cuncta mirabilia tua? Quaenam mens satis sublimi facundia eloquetur? quaenam lingua magnisona praedicabit? tua inquam decora effabitur, res tuas describet, merita tua verbis exprimet, vel tua mirabilia exaequabit mysteria, celebritates, festos dies, laudationes, encomia? Quamobrem ad hoc quoque mysterium celebrandum infirma est, viribus impar, et adtingendo scopo inepta convincitur. Tu enim superemines, excedis, incomparabiliter superas, altitudine, magnitudine, sublimissimam quamlibet caeli partem: sanctitatis quidem splendore lucem solis, meritorum iure angelorum dignitatem, et cuiuslibet incorporeae rationalis substantiae intellectualium et intelligibilium virtutum.

9. Sed o illustrem splendidamque, sic enim laetanter aio, sollemnitatem tuam! O prodigiosum plenumque stupore transitum tuum! O vitae incorruptelaeque datricem sepulturam tuam, o lucis Parens! Sed nubes permeans, et in caelum conscendens, et in sancta sanctorum ingressa in voce exultationis et confessionis, benedicere digneris, o Deipara, orbi terrarum; intercessionibus tuis aërem salubriter tempe-

1) De Deiparae corpore resuscitato et in caelos assumpto, copiose item Trombellius in citato operis tomo dissert. XLVI. Videndus insuper Benedictus XIV. de festis lib. II. cap. 8. Rem attingit etiam Atto vercellensis in sermone XVII. inter illos a nobis editos. Inter vetera scripta eminet pseudo-Hieronymus tract. de assumptione B. Mariae ad Eustochium. Studita autem noster ecclesiasticam traditionem tenere se nunc indicat vocabulo παλινζωΐας. Et quidem pluribus verbis Damascenus orat. II. de dormitione Deiparae n. 14. Nunc adde Epiphanium monachum nuper a cl. Dresselio editum.

καρποῦσα, τὴν ἐκκλησίαν εἰρηνεύουσα, τὴν ὀρθοδοξίαν κρατύνουσα, τὴν βασιλείαν φυλάττουσα, τὰ βάρβαρα ἔθνη ἀποσοβοῦσα, ἅπαν τὸ χριστιανῶν φῦλον περιέπουσα· εἶτα καὶ τῆς ἐμῆς τολμηρίας συγγινώσκουσα· σοῦ γάρ ἐστι τὸ λόγιον, καὶ σὺ ὦ μήτερ θεοῦ τὸ ἐσόμενον προφητικῶς ἐμελῴδησας· ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· ἐπεὶ οὖν οὐχ οἷόν τε διαπείπτειν σου τὸν θεόφραστον λόγον, δέξαιο κἀμοῦ τοῦ ἀναξίου σου οἰκέτου τὴν κατὰ δύναμιν πρόσρησιν, καὶ ἀπόδος τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου· σθένει τε τῶν πρεσβειῶν σου στήριξόν με, σὺν τῷ διαφέροντί μοι πατρὶ, καὶ τῇ ἀνατεθειμένῃ ποίμνῃ· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ παντοκράτορι πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Ζ'

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Cod. vat. 2019. f. 156. 1. Οὐρανοῦ προκειμένου ἡμῖν εἰς ὑπόθεσιν ἐγκωμίου, τίς ἆρα ἐξευρεθείη λόγος τῷ ὕψει τῶν ἐγκωμίων συνεπαρθῆναι δυνάμενος; ποία δὲ διάνοια ὑφάψοι τὸ τοῦ μεγέθους τῆς ὑπερφυοῦς αἰνέσεως; τάχα ἂν ἀποκάμοιμεν καὶ μόνον τῆς ὑποθέσεως κατάρξασθαι, ὡς τῶν ἀνεφίκτων ἐφαπτόμενοι, καὶ εἰς ἀπειροπληθὲς ὕψος πηδᾷν δοκιμάζοντες· καὶ μὴν οὐ τόνδε φημὶ τὸν πόλον, ὃν ἀστρῷοι

rans, imbres idoneo tempore donans, ventos apte regens, terram frugiferam faciens, ecclesiam tranquillam, orthodoxiam firmam, imperium tutum; barbaras autem gentes longe submovens, universum Christi populum protegens; postremo meae quoque audaciae parcens. Tuum enim hoc fuit effatum: tu, mater Dei, prophetice quod futurum erat cecinisti: ecce enim, inquiens, ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes. Quia igitur divinitus inspirata verba tua excidere nequeunt, recipe mei quoque indigni famuli tui, quam pro viribus dixi orationem, et redde laetitiam salutaris tui. Precum tuarum robore confirma me, cum praesule meo parente, et cum grege commisso: in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et honor atque dominatio cum patre omnipotente, et vivifico spiritu nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

ORATIO VII.

LAUDATIO IN S. IOHANNEM APOSTOLUM ET EVANGELISTAM 1).

1. Cum caelum nobis ad laudationis argumentum propositum sit, quis sermo invenietur, qui encomiorum altitudinem aequare possit? Quod vero ingenium ad magnitudinem se extollat nobilissimae laudis? Fors ipsâ dumtaxat argumenti adgressione fatiscemus, tamquam ea tentantes quae nemo adsequi possit, ac qui in immensam

1) Graecus huius orationis textus nunc primum prodit; interpretatio autem latina Combefisii est, a nobis tamen non parum, et quidem necessario, variata.

χορεῖαι ἐκπρεπῶς καταποικίλλουσιν, οὐδ' ὅνπερ ἥλιος ἁρματηλατῶν τὸν ἐφήμερον διανύει δίαυλον, οὐδ' οὐ μὴν ὅνπερ σελήνη μηνοειδὴς διαθέουσα ἡμεροφανῆ τὴν νύκτα ἀπεργάζεται· οὗ τοῦ θαύματος καὶ ἡ ὄψις διδάσκαλος, τοῖς τῆς κτίσεως ἐμβαθύνουσα κάλλεσι, καὶ πρὸς τὸν τῆς δημιουργίας αἴτιον τὸν νοῦν ἀναπέμπουσα· ἀλλ' οὐρανὸν ἐκεῖνον λέγοιμι, οὗ ἀστέρες ἀειφανεῖς τῶν ἀρετῶν σύνοδοι πολλῶν, πῶ φάει τῆς εὐπραξίας ἀποστιλβοῦντες, καὶ οὗπερ ἥλιος, τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, εἰς τὰ τῆς οἰκουμένης διάττων πέρατα, μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότερον φρυκτορεῖ κόσμον ὁρατόν τε καὶ ἀόρατον· σεληνιαίου γὰρ φωτὸς οὔπω δέδεκται, ὅτι μηδὲ νὺξ τὴν περὶ αὐτὸ ἡμέραν οἶδεν διαδέχεσθαι, ἀνεπιδύτως τοῦ φάους μαρμαρύσσοντος.

β'. Καὶ τί οὗτος ὁ μεγαληγορούμενος, μαθεῖν βούλεσθε; Ἰωάννης, ὦ ἄνδρες, ὁ ὑπερλίαν ἀπόστολος, τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ προφερέστατος, ὁ τοῦ θεοῦ ἀετὸς, ὁ μέγας, ὁ χρυσοπτέρυξ, ὁ τοῦ οὐρανίου βυθοῦ ἐρευνητὴς ἄφθαστος, ὁ ἐπέκεινα τῶν χερουβὶμ ἀνανήξας τῇ θεωρίᾳ ἄνθρωπος, ὁ τῆς τοῦ λόγου ἀνάρχου ὑπάρξεως καὶ ἀγγέλοις ἄγγελος· ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κήρυξ ὁ νοῦς ὁ ὑψόβλεπτος, ἡ γλῶσσα ἡ πύρινος, τὸ στόμα τὸ θεόφραστον, τῆς σοφίας τὸ ἄπειρον πέλαγος, τῶν δογμάτων ὁ βυθὸς ὁ ἄφθαστος, τῆς γνώσεως τὸ δοχεῖον τὸ μέγιστον, ἡ κοσμοφανὴς ἀστραπὴ τοῦ πνεύματος, ἡ οἰκουμενικὴ βροντὴ τῆς χάριτος, τῶν ἐκκλησιῶν ὁ στύλος ὁ ἀκρότατος, ὁ τοῦ θεοῦ στερεοπαγὴς θεμέλιος, ἡ ἀγρευτικὴ σαγήνη τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὁ ἁλιευτικὸς τῶν ψυχῶν οὐρανομήκης κάλαμος, ὁ κατὰ πασῶν αἱρέσεων πρίων

celsitudinem videamus prosilire. Non hunc autem polum dico, quem stellarum chori vario decore perornant, nec quem sol aurigans reciproco cursu quotidie peragrat; at neque quem luna cornuta percurrens, diei fulgore noctem collucentem praestat; cuius miraculi visus magister existit, dum in rerum creatarum pulchritudinem penetrat, animumque ad creationis auctorem transmittit: quin potius illud dixerim caelum, cuius stellae, perpetuo lucentes sunt multarum virtutum turmae, bonaeque actionis splendore fulgentes: et cuius sol, evangelica nempe praedicatio, ad orbis terrarum fines pervadens, mille partibus lucidius sole mundum collustrat, tum hunc oculis subiectum, tum illum sola cognitum mente. Non enim lunari lumine opus ei est: quippe cum ne nox quidem excipiat diem, quia splendoribus illustratur qui nunquam occidunt.

2. At scire vultis quisnam hic sit magnifice adeo praedicatus? Nimirum Iohannes est, auditores: Iohannes, inquam, perquam excellenter apostolus; evangelistarum praestantissimus; Dei aquila, magna illa pennis aureis praedita; caelestis profundi investigator, quem nullus adsequi potest: homo qui cherubinos contemplatione superavit, qui aeterni Verbi existentiam angelis ipsis nunciavit: vocalissimus veritatis praeco; mens sublimia spectans; lingua ignea; os divino sermone instructum; immensum sapientiae pelagus; dogmatum imperscrutabilis gurges; scientiae conceptaculum maximum; fulgur Spiritûs mundo relucens; gratiae tonitru mundum perstrepens; sublimis ecclesiarum columna, Dei firmissimum fundamentum; humanae naturae praedatrix sagena; piscatoria animarum arundo ad usque caelum attingens; serra

ἀεικίνητος, ἡ τὰ τῆς ἀσεβείας ζιζάνια διατέμνουσα ὀξεῖα μάχαιρα, ἡ τὰ τῆς ἀθεΐας στρατεύματα διατειχίζουσα κλεῖς οὐράνιος, ἡ σφενδονῶσα τοὺς νοητοὺς θῆρας θεοσθενὴς διάνοια, ὁ πελαγίζων ποταμὸς τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας τὰ νάματα, ὁ τῆς παρθενίας ναὸς καθαρώτατος, ὁ τῷ ὄντος ἐραστῷ λίαν ἀγαπητὸς καὶ ἐπιστήθιος, ὁ μέγας τοῦ εὐαγγελίου ὡραιόδρομος ἥλιος, ἡ εὔηχος λύρα καὶ σάλπιγξ τοῦ πνεύματος· καὶ τί δεῖ λέγειν: οὐ δ' εἰ μυριοστὸν φαίην κατάλογον δυνηθείην ἂν ἐξιχνεῦσαι τῶν ἐγκωμίων τὴν ἄβυσσον· φέρε δὴ, φέρε, οὐ τὸ ὅλον εἰπεῖν, τοῦτο γὰρ ἤδη ἄπορον, οὐ τῇ ἐμῇ ἀγλωττίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ οἷς ὑψηγορεῖν δύναμις, ἡττωμένοις τῷ μεγέθει τοῦ θαύματος, ὅτι μηδὲ ὕψος οὐρανοῦ μετρητόν· κἂν δοίη τίς συναίρειν τὸν ἔπαινον, βραχέα δέ τινα ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν λειμώνων μελισσειδῶς ἄνθη λογήσαντες, καὶ ταῦτα οἷά τινα σίμβλα λογικῶς κηροπλαστήσαντες, καὶ ὡς ἀπαρτήσαντες τῇ ἀποστολικῇ πανηγύρει ὥσπέρ τινι βασιλίδι, ἐπίκουρον τὸν περὶ οὗ ὁ λόγος λαμβάνοντες, προσενεγκεῖν ἥδιστα θαρσήσομεν.

γ'. Πατρίδα μὲν εἴ τις ἐπιζητήσοι ἐγκωμίων νόμοις ἐπερειδόμενος, ἀφ' ἧς ὁ ἀπόστολος εἰς φῶς ἐλήλυθεν, οὐ περιφανῆ ταύτην εὑρήσοι, ἀλλὰ γὰρ καὶ λίαν ἄσημον, τὴν Γαλιλαίαν· κοινοτέρως γάρ· ὅμως κἀνταῦθα περίβλεπτος ὁ ἀπόστολος· πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ὅτι ἐξ ἧς οὐδένα προφήτην ἐγηγέρθαι, οὐ δ' οὐ μήν τι ἀγαθὸν εἶναι ἰουδαίοις τε καὶ τῷ ἀληθῶς ἰσραηλίτῃ ᾤετο, ἐνταῦθα Χριστὸς, ἡ πηγὴ πάσης ἀγαθότητος, ἐν γαστρὶ παρθένου τῆς ἀρχιπροφήτιδος

adversus omnes haereses, perpetuo motu agitata; acutus gladius, impietatis zizania dissecans; caelestis clavis impietatis turmas occludens; divino robore animus spiritales bestias velut fundâ impetens; fluvius Dei sapientiae latice exundans; virginitatis mundissimum templum; ei, qui revera amabilis est, valde carus, ac supra eiusdem pectus recumbens; magnus evangelii sol speciose discurrens; sonora Spiritûs lyra ac tuba. At quid opus est dicere? Ne si mille quidem titulis auctum catalogum contexam, eius possim pervestigare laudum abyssum. Age vero, age, non ut universa dicamus (hoc enim inconcessum, nedum mihi qui sermonis ac facundiae penuriâ laboro, sed et iis qui altiloquii facultate pollent, quos tantum illud miraculum ingenti sua magnitudine vincit; quando neque altitudo caeli eiusmodi est, ut eam metiaris). Quod si nobis concedatur, partem aliquam laudum conferre, pauca quaedam ex evangeliorum pratis in modum apum decerpentes, ac velut in quibusdam alveolis ceras ingeniose fingentes, atque huic sollemnitati apostolicae, tamquam reginae cuidam, circumponentes, ipsum sermonis auspicem adhibentes, de quo nobis est instituendus sermo ; lubentissime offerre praesumemus.

3. Patriam quidem, ex qua apostolus in lucem prodiit, si quis encomiorum legibus nitens, inquirendam dixerit, haud illam admodum illustrem invenerit: quin etiam obscuram valde et ignobilem, nempe Galilaeam: communior enim haec est opinio. At hinc tamen spectabilis existit apostolus. Quomodo, aut quâ ratione? Quia unde nullus surrexisse propheta, ac nec boni quidem aliquid esse, Iudaeis pariter ac vero Israhelitae, videbatur, illic Christus totius bonitatis fons in Virginis principis prophetissae utero conceptus, illicque cum humanam induisset formam parentibus

συλλαμβάνεται· ὧδε μορφωθεὶς τῷ καθ' ἡμᾶς εἴδει ἐντέθραπται, τοῖς γονεῦσιν ὑποτασσόμενος τῆς πόλεως ἀφ' ἧς τὴν κλῆσιν εἴληφεν· ναζωραῖος γὰρ ὑπὸ τὴν Γαλιλαίαν, ὡς τῆς κώμης Βηθσαϊδᾶ ὑποτελούσης μάλιστα· ὡς ἀξιάγαστον τὸ ἔδαφος, ὡς μακαριστὴ ἡ πατρὶς, τῆς ἀδαμιαίας πατρίδος αἰδεσιμώτερον διαλάμπουσα, ὡς τὸν ἐξ οὐρανοῦ δεύτερον Ἀδὰμ σὺν τῷ Ἰωάννῃ προικοφορήσασα· γένος οὐδ' αὐτὸ εὐκαταφρόνητον· πῶς; ὅτι ἀπὸ Ζεβεδαίου καὶ Σαλώμης ὁμαίμονος Χριστοῦ κατὰ σάρκα ὁ εὐφημούμενος· ὢ πῶς εὐαγῶς ἀμφότερα εἰς ταυτὸν συνέδραμεν, τὸν υἱὸν τοῦ νυμφῶνος ἀδελφιδοῦν Χριστοῦ ἐξευρεθῆναι ἁρμοδιώτατον· καί γε τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν Ἰωάννης εὐγενέστερος, γένος θεοῦ χρηματίζεται ἀμφοτέρωθεν· ὁρᾶτε ἡλίκα ἀνεφάνη τὰ δόξαντα εἶναι φαυλότερα τῇ φιλοπόνῳ ἐργασίᾳ πλεκόμενα· τίς ἡ ἀνατροφὴ, ἐπιτήδευμα, ἥτις καὶ οἷον ἐπιδεικτέον, εἰ ἄρα κἀντεῦθεν καθ' εἱρμὸν βαίνει ὁ λόγος.

δ'. Οὐδὲν ἀπορώτερον ὧν ἴσμεν ἐν βίῳ μεθόδων ἁλιευτικῆς τέχνης, οὔτε μὴν τῆς περὶ αὐτὴν ἀνατροφῆς ἀγροικότερον· διότι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν αἱ προχειρίσεις πρὸς τῷ ἐμπολιτεύεσθαι καὶ πλείονα πορισμὸν τῷ τεχνίτῃ εἰσφέρουσιν, ἄν τε λογικῶς ἄν τε πρακτικῶς εἴποιέν τις· τῆς δὲ, πρὸς τῷ ἰδιάζων, καὶ ἡ τῶν ἐδωδίμων σπάνη ἐφάμιλλος, ὡς πληροῦσθαι τὸ τοῦ γράμματος πᾶς, μόχθος ἀνθρώπου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ*· καὶ γάρ εἰσι ῥακοδοτοῦντες καὶ ἐρικνωμένοι, αὐχμηροὶ τὴν κόμην καὶ ὀψίκαυστοι, γυμνοποδοῦντες ὁμοῦ καὶ ἀναθέοντες, ἀκταῖς τε καὶ ἐρημικωτέροις τόποις ἐνδιατρίβοντες· πῇ μὲν πέτραις ὑπερκαθεζόμενοι, πῇ δὲ βυθοὺς διορῶντες, κἀντεῦθεν τὴν ἄγραν ἀνέχοντες· τίνος οὖν εἵνεκεν περιεργότερον ὑπεῖπον ταῦτα; ὅτι εἰ καὶ ταύτην τὴν τέχνην μέτ-

* Eccle. VI, 7

subiectus, educatus est; cum civitas ex qua ille cognomen accepit (nazarenus enim appellatus est) Galileae provinciae esset: cui quidem Bethsaidae pagus subiectus erat. Quam dignum admiratione solum! Quam beata patria! Adami patria venerabilius effulgens, ut quae secundum e caelo Adamum cum Iohanne protulerit. Genus ne ipsum quidem contemptibile. Quomodo? Nimirum, quod is, quem laudamus, natus sit patre Zebedaeo, ac matre Salome, Christi, si carnem spectes, consanguinea. O quam sancte ac praeclare ambo concurrerunt, ut thalami filius, Christi consobrinus inveniretur! adeo ut Iohannes universis ab ortu Solis nobilior existat, qui utrimque Dei genus sit. Videtis quanta haec appareant, quae videbantur contemptibiliora, studioso opere nunc contexta? Quid ultra? Vitae studium, quodnam illud ac quale fuerit ostendendum est; siquidem hinc quoque orationis series procedit.

4. Inter studiorum ac professionum nota nobis in saeculo genera, nihil piscatoria arte egenum magis; nec quicquam vita piscationi addicta rusticius invenias: nimirum aliarum artium studia, praeter vitae ac conversationis rationem, maius quoque lucrum artifici conferunt, sive quis rationem aestimet, sive actionem: piscatoria autem ars, parem cum solitudine parsimoniam habet, ut impleatur quod scriptum est: *Omnis labor hominis in ore eius.* Sunt namque pannis obsiti, ac vestibus detritis, squallenti coma, ac adusta facie, nudis pedibus discurrentes, littoribus, ac magis solitariis locis immorantes, modo quidem super petras sedentes, modo imos gurgites, unde praedam expectant, dispicientes. Quorsum haec tam diligenter exposui?

εισιν ὁ Ἰωάννης, οὐ νεμεσητόν. Μετάβηθι ἐπὶ τὸν τῆς μεταφορᾶς τρόπον θεωρητὸν, καὶ εὑρήσεις συμβαίνουσαν τῷ γένει τὴν ἐπιστήμην· Δαβὶδ ποιμὴν πρότερον προβάτων· εἶτα ὑπὸ θεοῦ ποιμαίνων Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ καὶ
Ps. LXXVII. 71. Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ*· σκέψαι μοι καὶ Ἰωάννην ἀπὸ τῆς ἀλόγου εἰς λογικὴν ὑπὸ τοῦ μεγάλου λόγου μετενηνεγμένον θεοπρεπῶς ἁλείαν· οὐ γὰρ ποιμαίνειν τήνδε ἢ τήνδε καί τισιν ὁρίοις διειλημμένας φυλὰς, ἀλλὰ γὰρ τὴν οἰκουμένην ἁλιεύειν ἅπασαν· δεῦτε, γάρ φησιν, ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς
Matth. IV. 19. ἀνθρώπων*· εἰ δὲ ὅτι κατὰ κοινοῦ ἡ κλῆσις, ἀλλ' ἡμῖν γε ἀκτέον ταύτην ἐπὶ τὸν περὶ οὗ ὁ λόγος· ὥσπερ καὶ ἐπί τισιν ἄλλαις γενικωτέραις φωναῖς, οὐ πλεονεκτοῦσι παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους τῷ θεολόγῳ τὰς δὲ διὰ τῆς μερικωτέρας ἀναλήψεως, ἄπαγε· ὅτι μηδὲ μειονεξία τοῖς ἀπὸ κοινοῦ φωτὸς ἀναφθεῖσι λαμπτῆρσιν, ἡ ὑφ' ἑνὸς ὁλικὴ τῆς λαμπρότητος μέθεξις.

ε'. Ἐπεὶ δὲ κατέστη ὑπὸ θεοῦ ἁλιεὺς ὁ μέγας ἀπόστολος, δεῦρο ἴδωμεν αὐτὸν ἀλληγορικῶς ὡς ἐν πλοίῳ ἐν τῷδε τῷ σαρκίῳ καταρτίζοντα οὐ διεῤῥωγότα δίκτυα, ἀλλὰ τὰ εὐαγγελικὰ ἀπαρτίζοντα ἀμφίβληστρα· τίς ὁ κάλαμος; ὁ δογμάτων δόναξ· τίς ἡ ὁρμιά; ἡ πλοκὴ τῆς θεολογίας· τὶ τὸ ἄγκιστρον; ὁ τρίμερος σταυρός· τὶ τὸ δέλεαρ; ἡ θεοφόρος σάρξ, ἐν ᾗ δελεασθεὶς ἐχειρώθη τὸ μέγα κῆτος ὁ Βελίαρ· ζητεῖς ἐν ᾗ ὑπερκαθίζεται πέτρᾳ; νόει μοι τὴν στερεὰν ἕδραν τῆς πίστεως· ὢ τοῦ θαύματος· ῥίπτει τὸ ἀμφίβληστρον οὐκ εἰς τόνδε τὸν κόλπον καὶ τόνδε, ἀλλ' εἰς τοῦ βίου τὴν θάλασσαν· ἐκτείνει τὸν κάλαμον οὐκ εἰς μικρόν που διάμετρον, ἀλλ' εἰς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα· ἐνίεισιν

Nimirum ut ostendam nihil esse dignum vituperatione, tametsi Iohannes hanc exercuerit artem. Transi tu spiritalis sensus investigator ad visibilem metaphorae modum, occurretque scientia generi congruens. David cum prius pastor ovium esset, postmodum a Deo electus est, *pascere Iacob servum suum, et Israhel hereditatem suam.* Mihi quoque Iohannem considera, ab irrationalium piscium, ad rationalium capturam magno Verbo vocante, prout Deum decebat, translatum. Non enim electus fuit ut hunc illumve gregem pasceret, aut quibusdam terminis discretas tribus, sed ut orbem universum piscatione caperet. *Venite*, enim inquit, *post me, et faciam vos piscatores hominum.* Tametsi autem communis fuit vocatio; ad eum tamen a nobis reducenda est, de quo haec est instituta oratio; quod etiam in quibusdam aliis universalioribus vocabulis fiet; non ut prae apostolis aliis theologo ius vindicemus, ex his quae peculiarius de ipso exponimus; absit: nam neque accensis e communi aliquo lumine facibus, idcirco minor est splendoris ex uno plena participatio.

5. Quandoquidem vero magnus hic apostolus a Deo piscator constitutus est, age videamus eum allegorice, quasi in navicula, in corpusculo suo reficientem, non discissa retia, sed evangelica verricula. Quaenam arundo? doctrinae calamus. Quisnam piscatorius funiculus? theologiae nexus. Quisnam hamus? tripartita crux. Quaenam esca? caro deifera, qua inescatus magnus ille cetus Beliar captus est. Quaeris super quam sedeat petram? Firmam mihi fidei considera sedem. O rem mirabilem! Verriculum iacit, non in hunc illumve sinum, sed in saeculi mare

τὴν ὁρμίαν οὐκ εἰς βάθος ἐπιμετρούμενον, ἀλλ᾿ ἔσω αὐτὴν τῆς ἀσεβείας τὴν ἄβυσσον· θέα μοι τὴν ἄγραν πλούσιον ἐκ μοναδικῶν τε καὶ μιγαδικῶν συνηθροισμένην, τοὺς ἁδροὺς φημὶ τοῦ λαοῦ καὶ ἀγελαίους, πολυειδῆ τε καὶ ποικίλον, ἔθεσι λέγω καὶ πάθεσιν, ἐκ μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἡλικίαις δηλαδὴ καὶ τάξεσιν· οὓς μὲν τετραχυνομένους δόγμασι μοχθηριῶν, ὡς ἐξ ὑφάλων τῆς ἀθεΐας πετρῶν λαμβάνων· οὓς δὲ λεληϊσμένους ἀφελότητι διανοίας οἷα πελαγοδρομοῦντας σαγηνεύων· καὶ ταῦτα οὐ θανατῶν, ἀλλα ζωογονῶν, οὐκ ἐν ἁλμυροῖς ὕδασι τῆς ἁμαρτίας συνέχων, ἀλλ᾿ ἐν γλυκέσι νάμασι τοῦ βαπτίσματος ἐνδιαιτῶν· οὐδ᾿ οὐ μὴν ἀργυρίοις φθαρτοῖς ἐμπολῶν, ἀλλ᾿ ὑπογραφῇ υἱοθεσίας ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας ἐλευθερῶν, προεζωγρημμένους ὑπ᾿ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Ὢ τοῦ ὁράματος· τίς ἠκουτίσθη τοιοῦτον θήραμα ἐξ αἰῶνος; τίς ἔγνω τηλικοῦτον μεγαλέμπορον ἁλιέα; ὅτι μὴ ἑκατοντάδας μόνον καὶ χιλιάδας, ἀλλὰ γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἃ μαθητεύειν ἐπιστεύθη προσάγοντα τῷ πρωταλιεῖ δεσπότῃ Χριστῷ· οὐκ ἄρα εἰκότως προύλεγον μὴ οἷόν τέ με ἐφικνεῖσθαι τῆς ὑποθέσεως, κἂν ἄκρῳ οἱονεὶ δακτύλῳ;

ϛ΄. Σκέψαι μοι καὶ τἄλλα εἱρμολογίᾳ ἀρίστῃ ἀλληγορούμενα. Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου *· τὸ φῶς ἐλαστικὸν σκότους, ὀφθαλμῶν ὄψις, σωμάτων ἀνακαίνωσις, ἐφετὸν, ἀγαστόν· τί οὖν ἀπόστολος; οὐ μειοῖ σκότος ἀντικείμενον; οὐκ ὀμματοῖ τυφλοὺς ἀμφοτέρωθεν; οὐ ῥῶσιν παρέχει σώμασιν; οὐ διὰ ταῦτα στερκτὸς καὶ θαυμαστός; τοῦτο ἦν ἄρα ὁ Χριστὸς παρεγγυᾶτο *· ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε·

* Matth. V 14.

* Matth. X. 8.

universum. Extendit calamum non in modicum aliquod spatium, sed in fines orbis terrarum: immittit funiculum non in gurgitem immensum, sed in ipsam impietatis abyssum. Tu mihi locupletem capturam considera ex singularibus pariter ac promiscuis collectam; crassos dico de populo ac gregales; moribus scilicet atque affectionibus varios, ex minoribus maioribusque, aetate nimirum ac dignitate: alios quidem pravis exasperatos doctrinis, tamquam e petris sub undis latentibus, ab impietate capit; alios mentis simplicitate interceptos tamquam per mare cursitantes, verriculo includit: et quidem haud neci tradens, sed vivificans: non in salsis peccati aquis continens, sed in dulcibus baptismi fluentis vivere faciens: quin neque corruptibili pecunia adquirens, sed adoptionis chirographo a diaboli servitute eximens, cum antea capti tenerentur ad huius arbitrium. O rem mirabilem! Quis a saeculo capturam eiusmodi audiit? Quis talem, copiosaque adeo instructum merce piscatorem agnovit? Quandoquidem non centenos, vel millenos tantum, sed universas gentes, quarum docendarum creditum munus accepit, ad Christum dominum ac principem piscatorum adducit. Nonne igitur iure meritoque ante dicebam, maius hoc argumentum esse quam pro mea facultate, vel si extremo veluti digito attingere velim?

6. Mihi quoque alia expende egregiam per allegoriam seriatim exposita. *Vos estis lux mundi.* Lux, tenebrarum expultrix, oculorum illuminatio, corporum refocillatio: desiderabilis omnino res et admirabilis! Quid ergo apostolus? Nonne tenebras adversarias minuit? Nonne utrimque caecis visum restituit? Nonne robur corporibus tribuit? Nonne ob haec amore dignus et admiratione? Hoc utique Christus mandabat: *in-*

δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Ἐννόει μοι τὰ μυρία γένη τῶν νοσημάτων, καὶ ὄψη τὰ ἄπειρα πλήθη τῶν θαυμάτων τῶν ἐξ ἑκασταχοῦ βοτρυδὸν ἀγεληδὸν πρὸς τὸ ἄμισθόν τε καὶ ἄλυπον ἰατρεῖον τῆς σωτηρίας συῤῥεόντων, ὅτι μηδὲ τομαῖς τε καὶ καύσεσιν ἢ τισι φαρμακοποσίαις ἢ τῶν ἀλγεινῶν φυγαδεία· πίστει δὴ μόνῃ καὶ λόγου μάστιγει· ὢ τῆς μεγαλοδωρεᾶς· ἄρτι τυφλὸς, βλέπει τὸ φῶς, ἐξαπίνης τὸ ἀεινεφὲς ἀποθέμενος, καὶ χαίρει ὁρῶν τὰ ὑπ' οὐρανὸν κάλλη τε καὶ θεάματα· ἄρτι χωλὸς, παραχρῆμα στερεοποδεῖ καὶ γήθει ἀλλόμενος ὡς ἔλαφος· ἄρτι μὲν μογγιλάλος, τῶν δεσμῶν τῆς γλώσσης λυθεὶς ὀρθολεκτεῖ εὐχαριστήρια· ἄρτι δὲ ξηρόχειρ, ὑγιασθεὶς ἄμφω τὼ χεῖρε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς δεσπότην ᾄδει εὐκτήρια· ἄρτι μὲν ὑδεριῶν, κενοῦται τοῦ πάθους ὡς τάχιστα, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ὑγίειαν ἄνεισιν· ἄρτι δὲ λεπρὸς ἀποσύρεται τῆς λώβης, καὶ βλέπων τὴν ἑαυτοῦ νεουργηθεῖσαν σάρκα ἀγάλλεται· ἄρτι μὲν παράλυτος, ἀρτιασθεὶς ἐπωμάδιον φέρει τὸ κλινίδιον· ἄρτι δὲ δαιμονῶν, τοῦ πνεύματος καθαρθεὶς, σωφρόνως δοξάζει τὸν κύριον· ἄρτι μὲν ἡμιθανὴς ἀσθμαίνων, ἐξόδια ἀναθρώσκει τάχιστα· ἄρτι δὲ νεκρὸς, ἐκ φθορᾶς ἀνέθορε τὰ ἐν ᾅδου λογοθετῶν τοῖς ὑπὲρ γῆν, καὶ ζωάρχην θεὸν ἀνθομολογούμενος· ἄρτι μὲν ἑτερόφθαλμος, ὀρθοβλεπτεῖ, καὶ μονόμματος διδυμομματεῖ, καὶ ἄθριξ καρηκομεῖ· ἄρτι δὲ κυρτὸς, ὀρθοῦται, καὶ κωφὸς ὠτακουστεῖ, καὶ πυρετῶν ἔῤῥωται, καὶ ῥιγιῶν εὐκρατεῖ· ἄρτι στεῖρα παιδοποιεῖ, καὶ αἱμόῤῥουσα εὐπαθεῖ, καὶ δυστοκοῦσα εὐτοκεῖ, καὶ καρκινόσαρξ εὐσωμεῖ, καὶ

firmos curate, leprosos mundate, daemones eiicite; gratis accepistis, gratis date. Considera mihi innumerabilia morborum genera, occurretque infinita miraculorum copia in hominibus patratorum, qui conferta multitudine ad gratuitum nihilque molestiae facientem salutis medicum confluunt; quia nimirum non ferro ac igne, aut potionibus quibusdam medicis morbos abigit, sed sola fide ac sermonis flagello. O doni magnificentiam! Nunc caecus, de repente lumen videt, cum nubem impositam oculis semper habuisset, gaudetque sublunaria haec decora ac spectacula aspiciens. Nuper claudus, solidatis plantis firmum recipit gressum, gestitque saliens ut cervus. Modo blaesus, linguae vinculis solutis, expedito sermone gratiarum actionis laudes pangit. Modo aridam manum habens, sanus effectus, manus ambas tendens ad Dominum in caelis existentem, preces canit. Modo hydropicus, quam citissime morbo vacuatur, et ad pristinam sanitatem redit. Modo leprosus, plaga sua eripitur, vidensque carnem suam renovatam, exultat. Modo paralyticus, artubus instauratis lectulum in humeros tollit. Modo daemoniacus, a spiritu mundatus, sobria ac sana mente Dominum laudat. Modo semimortuus et suprema verba iam dicens, confestim revalescit. Modo mortuus, a corruptione velox resurgit, eorum rationem quae sunt in inferno reddens hominibus in terra constitutis, ac vitae auctori Deo vicissim confitens. Modo altero laesus oculo, recte videt; unumque oculum a natura sortitus, duobus oculis intuetur: glaber, comam nutrit: modo incurvus erigitur, surdoque aperiuntur aures: febris ardore aestuans, bene valet; contrario item frigore algens, temperationem humorum recipit. Modo sterilis, prolem suscipit: fluensque sanguine, valetudinem obtinet: atque ad partum difficilis, expedita redditur: haemorrhoissa sa-

πᾶν κολόβωμα φυσικὸν ἀρτιάζεται, καὶ πᾶσα μαλακία ὑποχωρεῖ καὶ πᾶν ψυχικὸν πάθος ἐξωστατεῖ· ἐῶ λέγειν τὰς ἐν ἀλόγοις ζώοις θαυματουργίας, τάς τε τῶν στοιχείων ἄρσεις καὶ μεταθέσεις, ἧς τινος οὖν ἄλλης φύσεως παραδοξοποιΐαν· ἢ γὰρ οὐκ ἀληθὲς τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον * ὅτι ὃ ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἀλλὰ πιστεύσει ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἂν εἴπῃ· ὅρα μοι λοιπὸν καὶ ὄρος εἰς ὑγρὸν μεταιρόμενον τυχὸν, καὶ αὖ πάλιν βυθὸν ξηραινόμενον καὶ εἰς χλοηφόρον πεδίον μετατιθέμενον· καὶ . . . ριγὲς ὕδωρ ἀθρόως ἐκ πυθμῶν πηγάζον, πετράν τε σχιζομένην καὶ τὸν χριστοφόρον ἀποπέμπουσαν *· καὶ εἴ τι ἄλλο κατὰ χρείαν τῶν εἰς πίστιν ἑλκόντων τοὺς μαθητιῶντας, οὐδὲν ἀδυνατούσης τῆς θείας χάριτος.

* Marc. XI. 23.

* I. Cor. X. 4

ζ΄. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβων τοῖς κατὰ μέρος διακορὴς γίνοιμι τοῖς ἀκούουσιν, ἐπ' ἄλλο δὴ καὶ τρέψομαι. Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἅλας τῆς γῆς *. Ἐκ τῶν ἀναγκαίων εἴληπται κἀνταῦθα ἡ μεταφορά· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ, ἔχετε ἅλας ἐν ἑαυτοῖς *· τοῦτο δὲ τί ἄλλο ἢ ἀγάπη ἂν εἴη, ἥ τις καὶ νόμου πλήρωμα, ὥς φησι Παῦλος ὁ ἱερὸς ἀπόστολος; ὡς οὖν οὔτε ἄρτος βρωθήσεται ἄνευ ἁλὸς, ὅτι μὴ δέ τι σχεδὸν τῶν ἐδωδίμων, οὕτω δῆλον ὅτι καὶ ἀγάπης δίχα οὐδὲν τῶν θεοφιλῶν ἐξεργασθήσεται· τοιοῦτον ἡμῖν ἑαυτὸν παρίστησιν ὁ ἀπόστολος ἀδαμαντίνην ἔχων οἱονεὶ τὴν ψυχὴν καὶ ἀκαταγώνιστον ἐν τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶσι· καὶ μηδοπωτέρῳ διὰ τῶν δεξιῶν ἢ ἀριστερῶν μεταβαλλόμενος ἤγουν μωραινόμενος· σκόπει· ἐδεδίωκτο,

* Matth. V. 13.

* Marc. IX. 49.

natur; cancromate laborans, corpus integrum recuperat: quodlibet naturae detrimentum sarcitur: ac omnes languores recedunt: animae item morbi omnes pelluntur. Mitto dicere, quae erga brutos animantes miracula patrata sunt: elementorum item de suo statu commotiones ac translationes. , et alterius cuiusvis naturae miraculum. Nonne enim illud veritate nititur, quod a Domino dictum est: *quisquis dixerit monti huic: tollere, et mittere in mare, et non haesitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quod dixerit fiet, fiet ei quodcumque dixerit.* Iam mihi et montem forte videas in aquas translatum, vicissimque exsiccatos imos gurgites, atque in campum herbiferum mutatos: quin et aquam repente a fundo scaturientem, scissamque petram, et hominem Christo plenum assectantem: ac si quid aliud discipulis ad fidem trahendis idoneum iusta exigebat necessitas; quum nihil sit, quod divina gratia praestare non possit.

7. At ne singulis plus aequo immorans, auditoribus taedium creem, ad aliud tiam transeo. *Vos estis sal terrae.* Hic quoque metaphora ab illis sumpta est, quae ad usum necessarium veniunt: quemadmodum etiam alio loco: *Habete in vobis sal.* Hoc autem quid aliud quam caritas sit? quae etiam est plenitudo legis, ut sacer apostolus Paulus docet. Sicut enim absque sale panis non manducabitur, ut nec fere quisquam alius cibus, sic liquet absque dilectione nihil praestitum iri eorum quae Deo accepta sunt. Talem se nobis exhibuit apostolus, adamantino animo praeditus, atque in certaminibus pietatis causa susceptis insuperabilis, neque prosperis mutatus neque adversis, id est infatuatus. Videsis: persecutiones patiebatur, nec

καὶ τῶν διωκόντων τοῦ πόθου οὐκ ἀφίστατο· ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας ἤγετο, καὶ τῆς εὐθάρσου ὁμολογίας οὐκ ἐλλέλειπτο· ἐμαστίζετο, καὶ τοῖς κολασταῖς ἰατὴρ ἐγνωρίζετο· ὠνειδίζετο, προὐπηλακίζετο, καὶ τοῖς ὑβρισταῖς δόξαν ἐπραγμάτευε· μιμούμενος τὸν διδάσκαλον, ὃς καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους τοῖς σταυρωταῖς τὴν ἄφεσιν ἐζητεῖτο παρὰ τοῦ πατρός· ῥομφαίαν δ' ἐκεῖνοι προὔτεινον, αὐτὸς τὴν διδασκαλίαν προὔβάλλετο· πῦρ ἠπείλουν ἐκεῖνοι, ὁ δὲ τὸν πόθον ηὔξει· αὐτοὶ τὰς ἀπειλὰς, καὶ οὗτος τὴν προσευχήν· τὸν θλιμμὸν ἐκεῖνοι, καὶ οὗτος τὸ διψᾶν τὴν σωτηρίαν· τῶν ἀλγεινῶν τερπόμενος, τοῖς ὑποπιεσμοῖς εὐρυνόμενος. Καὶ μὴν κἀκ τῶν δεξιῶν ἡ πεῖρα· εἵπετο γὰρ δήπουθεν τοῖς σημείοις τε καὶ τέρασιν οὐχ ἡ τυχοῦσα τιμή τε καὶ ἀφοσίωσις· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖθεν καὶ ἀπέψυκτο τῆς ἀγάπης, οὔτε ἐντεῦθεν ἐχαυνοῦτο τοῖς ἐπαίνοις· ὁ αὐτὸς δὲ ἐν ἅπασι πρὸς τὴν ἑκάστου ἰδιοτροπίαν ἀεὶ ποικιλλόμενος καὶ παραρτυόμενος κατὰ τὴν τοῦ μάννα διάγευσιν· ὢ τοῦ θαύματος· προσθετέον γὰρ καὶ ταῦτα· ὡς πρόβατον ἐν μέσῳ λύκων ὑπὸ τοῦ ἀρχιποίμενος Χριστοῦ ἀποσταλεὶς, οὔτε αὐτὸς ἐλελύκωτο, καὶ τοὺς λύκους εἰς ἄρνας μετέπλαττεν· δακνόμενος, ἰᾶτο τὰ τῶν ψυχῶν δήγματα τραύμασι θεραπείας ἀμείβων· ἀγράμματος καὶ τοὺς τοῦ κόσμου σοφοὺς μετεστοιχειοῦτο εἰς τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα· ἄοπλος, καὶ τοὺς πολεμίους θεῷ ἀντεστρατολογεῖτο κατὰ τοῦ διαβόλου· ὢ πόσης ταῦτα δυσχερείας, προσθείην δ' ἂν καὶ χάριτος; τοιοῦτον δὴ τὸ θεῖον ἅλας· τό τε πανοῦργον τοῦ ὄφεως, καὶ τὸ τῆς περιστερᾶς ἀκέραιον, ὅσον ἐκ τῶν προσεχῶς εἰρημένων, ὁ λόγος ὑπείληφεν· καὶ τὰ πλείω πάρεισι τοῖς εἰδόσι, φειδοῖ τοῦ μακρηγορήματος· ἀλλ' ἐπὶ τὸν καλοφῶνα τοῦ λόγου ἰτέον.

ab eorum qui persequebantur amore recedebat: ducebatur ad reges et praesides, nec quicquam de animosa confessione remittebat: virgis caedebatur, ac verberantibus sese medicum praebebat: conviciis appetebatur, et ludibrio habebatur, illusoribusque gloriam curabat; magistrum imitatus, qui etiam dum pateretur, crucifixoribus veniam a patre precabatur. Praetendebant illi gladium, ipse obiiciebat doctrinam: illi ignem minabantur, ipse caritatem augebat: illi minas, ipse preces: illi afflictionem, iste salutis eorum qui affligebant, sitim prae se ferebat: molestiis delectabatur: angustiis dilatabatur. Quin adeo, ne a prosperitatibus quidem ei tentatio defuit: sequebatur enim signa edita ac prodigia non vulgaris honor ac commendatio. At neque adversis refriguit caritas, neque laudibus emollita est: sed idem in omnibus perstitit, ad cuiusque modum varius atque conditus, iuxta mannae gustum. O rem mirabilem! Nam haec quoque addenda sunt. Missus tamquam ovis in medios lupos a pastorum principe Christo, nec ipse in lupum mutatus est, luposque in agnos convertit. Cum morderetur, animorum morsibus medebatur, vulneribus acceptis curationes rependens: illitteratus, etiam saeculi sapientes ad religionis dogmata convertebat: inermis, hostes quoque Dei militiae adscribebat adversus diabolum. O quantam haec habebant difficultatem! addiderim etiam quantam gratiam! Tale sane est divinum sal. Serpentis astutia, ac columbae simplicitas quanta fuerit, iam ex proxime dictis palam factum est; pluraque apud gnaros dicere omittimus, vitandae causa prolixitatis. Verum ad sermonis colophonem veniendum est.

η'. Καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὄνομα βοανέργες, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Τὴν βροντὴν φασί τινες γέννημα εἶναι ἀνεμιαίου πνεύματος, ὃ συλληφθὲν ἐν νέφεσι καὶ οὐκ ἔχων ὅπου ῥαγείη διέξοδον, τῇ μὲν θλίψει τὴν ἀστραπὴν, τῇ δὲ ῥήξει τὴν βροντὴν ἀπεργάζεται· ἐκ δὲ βροντῆς βροντὴν κυήσκεσθαι εἰπών τις, οὐκ ἔξω βάλλει τὸν λόγον τοῦ δέοντος· εἴπερ οἷον τὸ γεννῶν, τοιοῦτον δὴ καὶ τὸ γέννημα· τί οὖν ἐντεῦθεν; ὅτι κατὰ τὸ πνεύματος ἁγίου εἶναι ἀπήχημα υἱὸς βροντῆς ὠνόμασται ὁ ἀπόστολος, ἀστράπτων ὁμοῦ καὶ βροντῶν ἡμῖν τὰ θεῖα, ὡς ἐκ νεφελῶν οἱονεὶ ἐκραγεὶς τῆς θείας χάριτος. Εἴδωμεν δὲ εἰ δοκεῖ ἐν κεφαλαίῳ οἷα καὶ τὰ βροντήματα, ὡς ἂν μᾶλλον θαυμάσοιμεν τοῦ ὀνοματοθέντος τὴν δύναμιν. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· ὢ τῆς μεγαλοφωνοτάτης θεηγορίας· οὐκ οὕτω βροντῆς πατάγῳ τεθήπασιν ἄνθρωποι, ὡς τὴν Ἰωάννου θεολογίαν σὺν τοῖς ἐπιγείοις ἐξεπλάγησαν καὶ τὰ οὐράνια, εἴπερ κἀκείνων παρὰ Ἰωάννου ἡ μαθητεία· ἵνα γάρ, φησι, γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ*· ὡς μὲν οὖν τὰ ἐν αἰσθήσει συγγράφων, ἀρχὴν ἁπάντων τῶν ποιημάτων τὸν οὐρανὸν προὔθηκεν εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· οὐδὲ γὰρ οἷον τε ἦν ὀφθαλμὸν πρῶτον ὄντα τῶν ἐν ἡμῖν αἰσθήσεων, ὑπερταθῆναί που περαιτέρω τοῦ οὐρανίου ὕψους· διὸ καταλλήλως τῇ αἰσθήσει, καὶ τὸ ποίημα προτέτακται, τῶν ἄλλων ταῖς ἄλλαις δευτερευόντων· ὁ δὲ ἅτε ὑπὲρ αἴσθησιν τὴν ἐξηγορίαν ποιούμενος, οὐκ οὐρανὸν καὶ γῆν, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ ὁμοῦ πάντων τῶν ὑπερουρανίων νοῶν

* Marc. III, 17

* Eph. III, 10.

8. *Et imposuit illis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui.* Sunt qui dicant fieri tonitruum ex aereo spiritu, qui nimirum inclusus in nubibus, nec inveniens qua parte exeat, collisione quidem, fulgur; ruptione autem, tonitruum efficiat. Quod si quis tonitruum tonitruo progigni dicat, nihil a probabilitate alienum dixerit: siquidem quale est gignens, tale et quod gignitur. Quid ergo inde? Nimirum, tamquam Spiritus sancti resonantia appellatus est apostolus tonitrui filius, divino nobis splendore in modum fulgetri elucens, atque instar tonitrui mugiens, velutque ex nubibus e divina quasi caritate erumpens. Videamus autem, si lubet, quasi summatim quantae hae sint tonitrui voces, ut eo maiori admiratione illius potentiam admiremur, qui indidit nomen. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* O divinae praedicationis clarissimam vocem! Non sic homines tonitrui fragore obstupescunt, uti Iohannis theologiam, cum terrae colonis etiam caelestes virtutes obstupuerunt: quando et illae Iohannis discipulae quodammodo sunt. *Ut enim,* inquit, *innotescat principatibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Et Moyses quidem, cum rerum sensui subiectarum historiam conscriberet, creaturarum omnium principium, caelum posuit, dicens: *in principio creavit Deus caelum, et terram.* Non enim fieri poterat ut oculus, qui inter sensus primatum tenet, caeli altitudinem superaret. Quocirca pro sensus ratione etiam creatura prior est, cum aliae aliis posteriores sint. At Iohannes, tamquam ea enarrans quae sensum superant; non caelum et terram, sed caeli ac terrae omniumque caelestium mentium creatorem, principium assum-

ποιητὴν, ἀρχὴν εἴληφεν, εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.

θ'. Εἶδες εἰς ποῖον ὕψος ἄπειρον ἦρε τὸ ὄμμα τοῦ νοῦ· ὥσπέρ τι νοητὸν στερέωμα καταπηξάμενος ἡμῶν ἐν διανοίᾳ τὸ τριταῖον ἩΝ· ἵνα μέχρι τοῦδε ὥσπέρ τι ἔξαλμα φωτὸς προϊὼν ὁ νοῦς, πρῶτος ὢν καὶ οὗτος τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, μὴ ἔχοι φύσιν ἀρθῆναί που ἐπέκεινα, κἂν κενεμβατεῖν δόξοιεν ἐκ πολυπραγμοσύνης ἀνενδέκτου· ἀλλ' οἷον ἐπαναπαυσάμενος τῆς ἐφέσεως παλινδρομῇ πρὸς τὰ κατόπιν καὶ ὑπὸ κτίσιν, οἷς καὶ συγγενῶς ἔχοι, ὁρῶν τὰ δημιουργήματα, καὶ δοξάζων τὸν ἀριστοτέχνην, ἕνα τε ὄντα ἄναρχον Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, τὸν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐπιστατοῦντα· τίνα ταῦτα; σεραφὶμ, χερουβὶμ, θρόνους, δυνάμεις, ἐξουσίας, κυριότητας, ἀρχὰς, ἀρχαγγέλους, ἀγγέλους· εἶτα τὰ κατ' αἴσθησιν, οὐρανὸν, ἥλιον, σελήνην, ἀστέρας, ἀέρα, γῆν, θάλασσαν, ζῶα χερσαῖα, ἐνάλια, ἐναέρια, φυτὰ, βοτὰ, πᾶσαν συλλήβδην φύσιν ἔμψυχόν τε καὶ ἄψυχον· ἅπαντα γὰρ ταῦτα, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν τοῖς ἄμφω κόσμοις ἀκατονόμαστον, διὰ τοῦ εἰπεῖν, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν ὃ γέγονεν, συνεκδοχικῶς παρεδήλωσεν· τί γὰρ δεῖ πλέον περιττοεπεῖν τοῖς θεοφόροις, κατὰ λέξιν πάσης τῆς θεολογίας ἐνθεαστικώτατα ἐξητασμένοις, παρ' ὧν καὶ ἡμῖν τοῖς κυνιδίοις οἱονεὶ ψιχιώδης συνεισφορὰ τοῦ λόγου; Ὦ θεολογίας γεγωνότερον βροντῆς ἠχησάσης τὰ οὐράνια δόγματα· ὢ περιφράσεως γοργότερον ἀστραπῆς ἐπελθούσης τοῖς σύμπασιν· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ*· καὶ πρὸς Ἰωάννην ὡς θεοείκελον λεγέτω πᾶς τις, τὸν περιλαβόντα τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανὸν τοῖς κηρύγμασι, τὸν ἐνὶ χνεσιν ἀβύσ-

* Ps. CXXXVIII. 6.

psit, dicens: *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*

9. Vidisti in quantam altitudinem extulit mentis oculum? intellectuale veluti firmamentum menti nostrae infigens trinum illud ERAT; ut eo usque, salientis instar lucis, mens progressa (namque haec est facultatum animae prima) nolit deinceps ulterius subvehi, ne per aërem curiositate inutili videatur discurrere: sed quasi cursum inhibens retrocedat ad res creatas, quibus necessitudine homo devinctus est, intuens in eas, optimumque artificem laudibus celebrans, unum Deum aeternum in tribus subsistentem personis, rebusque universis praesidentem. Quaenam vero hae? seraphim, cherubim, throni, virtutes, potestates, dominationes, principatus, archangeli, angeli: tum res sensui subiectae, caelum, sol, luna, stellae, aër, terra, mare, animalia terrestria, marina, aërea, plantae, herbae, universa denique, ut summatim dicam, natura, tum anima praedita, tum expers animae. Omnia enim haec, ac siquid aliud uterque mundus innominabile habent, illis verbis, *omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est*, comprehendi declaravit. Quid enim pluribus superfluum esse oportet, cum divino Spiritu afflati viri theologiam omnem ad verbum divinitus sint interpretati, a quibus nos quoque catellorum instar habuimus, quas velut sermonis micas inferremus. O theogia quae tonitruo exaudibilior caelesti doctrina insonuit! O locutio, quae velocius fulgetro universa pervasit! *Mirabilis facta est scientia tua ex me;* dicat

σου σοφίας περιπατήσαντα τοῖς ἐνθυμήμασιν· δι' οὗ πύλαι ᾄδου κατήργηνται θεοῦ φωνῆς πληρώματι, καὶ ὀρθοδοξίας ἀνέτειλεν ἥλιος· δι' οὗ ἡ τοῦ κόσμου σοφία μεμώραται, καὶ θεοσοφίας ἐμπέπλησται τὰ πέρατα· ῥητόρων καὶ σοφιστῶν καταποθέντων, Ἰωάννου δὲ τῆς θεολογίας βασιλευσάσης· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι λέξεων εἴποιμι ἐπάξιον τῆς ὑπερηρμένης ἀποστολικῆς μεγαλειότητος, ἢ τὸ παραχωρῆσαι τοῖς προευφημήσασιν αὐτὸν θείοις στόμασιν τὸν ἱερόν ἔπαινον.

ι'. Ἀλλὰ τί ἔτι *: Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ, γύναι ἰδοὺ ὁ υἱός σου· εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας παρέλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος εἰς τὰ ἴδια· καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν *· ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· κύριε τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; ταῦτα ἀποκληρωτικὰ ὥς πέρ τινα ἕδνα βασίλεια τῷ θεολόγῳ, φημὶ δὴ τὸ κατ' ἐξοχὴν παρὰ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς ὑπὸ Ἰησοῦ ἠγαπᾶσθαι· ἤ τε ἐπὶ τοῦ ἀκηράτου στήθους ἐπίπτωσις· πρὸς τῷ καὶ υἱὸν εἰρῆσθαι τῆς θεομήτορος· ὡς φοβερὰ τὰ τρία, θάτερον θατέρου ὑπεραιρόμενον, καὶ ἕκαστον ἰλιγγά μοι φέρον νοήματος ὡς ἐξαισιώμενον· Ἀνδρέας ἐν μαθηταῖς πρωτόκλητος, ἀλλ' οὔπω ἀγαπητὸν Ἰησοῦ ἑαυτὸν ὠνόμακεν ὡς οὗτος· Πέτρος πρωτόθρονος, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς τῆς τοιαύτης προσηγορίας τετύχηκεν. Τὸ θεῖον ἀπαθές· Χριστὸς ἐξ ἴσου ἅπασι τὴν τῆς ἀγάπης ἀκτῖνα ἀφίησιν· ἄλλως τε εἰ Πέτρος πλεῖον ἀγαπᾷ ἁπάντων * ὡς ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησεν, καὶ τὴν ὁμολογίαν Χριστὸς ἐβεβαίωσεν, διὰ τῆς τρισσῆς πεύσεώς τε καὶ ἀποκρίσεως, ἧς προῖκα καὶ τὸ τοὺς ἄλλους ποιμαίνειν εἴληφεν, καὶ ἀντ-

* Ioh. XIX 26.
* Ioh. XIII. 23
* Ioh. XXI, 15

aliquis ad Iohannem quasi Deo similem, qui terrae latitudinem complexus est praedicatione; qui animi cogitationibus in abyssi sapientiae vestigiis ambulavit; per quem portae inferorum divinae vocis plenitudine destructae sunt, exortusque est orthodoxiae sol: per quem mundi sapientia infatuata est, orbisque fines impleti sunt sapientia: oratoribus ac sophistis proculcatis, Iohannis autem dominante theologia. Verumtamen nescio quid ego dignum celsa adeo apostoli magnitudine dicam, nisi potius iis cedam qui sacras eius laudes divino ante me ore celebrarunt.

10. At vero quid illud significat? *Iesus ergo cum vidisset matrem, et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae: mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus ille in sua.* Alioque rursus capite: *qui et recubuit in caena super pectus eius, et dixit: Domine, quis est qui tradit te?* Sunt haec peculiarius attributa theologo velut dotalia quaedam regia munera; ut, inquam, prae discipulis reliquis, ac privilegio a Iesu dilectus fuerit; utque super purissimum recubuerit pectus; ac demum ut Dei genitricis filius sit appellatus. Quam tria haec tremenda! ut alterum alteri praecellat, ac quodque eorum velut singulariter eximium, mei animi sensum in stuporem agat. Andreas primus inter discipulos vocatus; nec dum tamen se Iesu dilectum appellavit sicut iste. Petrus apostolorum princeps; atqui nec ipse appellationem eiusmodi consecutus est. Deitas ab affectionibus immunis est. Christus ex aequo universis dilectionis radium immittit. Praeterea: siquidem Petrus plus omnibus amat, uti ipse interrogatus confessus est, Christusque confessionem confirmavit, trina illa inter-

αγαπᾶσθαι τυχὸν πλεῖον ὤφειλεν, καμπύλον τὸ λῆμμα· καί μοι δοκεῖ τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα εἶναι αἴτιον· πῶς; ὅτι εἰ καὶ ἐπ' ἴσης τοῦ φωτὸς ἡ βολὶς
Ioh. XV. 3. τοῖς κατόπτροις, ἐπείπερ πάντες καθαροὶ, ὡς ὁ λόγος *, ἀλλ' ὅμως τῇ τῆς παρθενίας στίλψει διειδέστερον ἐν τῷ ἑνὶ παρὰ τοὺς ὁμοταγεῖς ἐνίεται· εἰ καὶ παράδοξος πῶς ὁ λόγος· καὶ τοῦτό ἐστι πλεῖον εἰς ἀγάπην, τὸ φῶς πλεῖον λαμπρύνειν τὸν διειδέστερον μέτοχον· εἰ δὲ ὅτι πλέον ἀγαπᾷ Πέτρος προΐσταται, ἐκεῖνό μοι ῥητέον, ὅτι οὐ τὸ πλησιάσαν σῶμα τῷ φωτὶ μᾶλλον φωτίζεται, ἀλλ' ὃ τὴν φύσιν διειδεστέραν, κἂν οὐκ ἔγγιον κέκτηται· εἰ δέ σοι ὁ λόγος ἀσθενὴς φαίνοιτο ἔτι, ὁ βαλὼν καὶ ἰάσεται. Ἐντεῦθεν ἡ ἐπιστήθιος πρόσπτωσις· ὢ τοῦ ἀξιώματος· τὰ χερουβὶμ, θεοῦ ὄχημα, καὶ Ἰωάννης ἐπιστέρνιον ἀνάκλιμα· Μωϋσῆς μόλις ἴδεν θεοῦ τὰ ὀπίσθια καὶ ταῦτα αἰτησάμενος· καὶ Ἰωάννης αὐτεπάγγελτος ἐπίπροσθεν περιφὺς, καὶ πυνθάνεται ἐκεῖνα δηλαδὴ ἃ Πέτρος ὁ κορυφαῖος θαῤῥήσειν οὐκ ἤνεγκεν, δοὺς ἑαυτῷ τὰ δευτέρια, τῇ εἰς Ἰωάννην προτιμήσει· ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας ἐξετάζων, γνοίης οἷον καὶ ἡλίκον τὸ ὑπεροχικὸν Ἰωάννου ἀξίωμα· ἐντεῦθεν μοι δοκεῖ ὥσπερ ἀπό τινος πηγαίας ζωῆς τὰ θεόβρυτα αὐτὸν τῆς σοφίας ἀρύσασθαι νάματα, κἀκ τούτων ἐκ τῆς ἐμψύχου κοιλίας τοὺς ποταμοὺς τῆς θεολογίας ῥυήσκεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ τὸν σταυρὸν μετιτέον 1).

ια'. Ἰδοὺ φησὶν ὁ υἱός σου· εἶτα τῷ μαθητῇ, ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· βαβαὶ τοῦ δωρήματος· τὸν δοῦλον, τῆς δεσποίνης διὰ περιουσίας καθαρότητος υἱὸν

rogatione ac responsione; eiusque confessionis praemio, munus alios pascendi accepit; plus fortasse etiam debuit redamari; reflexo munere ac reciproco. Existimo autem virginitatis excellentiam in causa fuisse. Cur? Quia nimirum, tametsi lucis radius aequis portionibus in illa specula incidebat (nam omnes apostoli puri erant, ut ait scriptura;) ob virginitatis tamen nitorem in unum prae collegis aliis dilucidior ferebatur. Quamquam novum videtur quod dicitur. Atque hoc maius aliquid ad dilectionem habet, quod nimirum nitidius corpus ac magis pellucidum, lumine magis illustretur. Quod si Petrus ea ratione, quod plus amet, praefertur, hoc mihi occurrit dicendum: non eo corpus maiori perfundi lumine, quo lumini propinquius est, sed quo maiore nitore suapte natura pollet, quamquam non propinquius existat. Quod si hic sermo tibi infirmus videbitur, quae manus vulnus inflixit, ea et sanabit. Inde est ut recubuerit super pectus Iesu. O dignitatis praestantiam! Cherubim, Dei sunt vehiculum; at Iohannes super pectus reclinatur. Vix Moyses Dei posteriora vidit, idque cum videre rogasset; at Iohannes ultro, ac ipso invitante Domino, pectori haerens atque complexus, ea interrogat, quae nec Petrus apostolorum princeps interrogare sustinuit; qua sibi ipse ratione Iohannem voluit praelatum. Siquidem ambas considerationes animo expenderis, scies quanta ac qualis sit excellentia dignitatis Iohannis. Hinc tamquam e fonte quodam vitae, ipsum divinitus scaturientes latices hausisse existimo: indeque ex animato ventre theologiae flumina progignere. Verum ad crucem nobis redeundum est.

11. *Ecce*, inquit, *filius tuus. Deinde discipulo: ecce mater tua.* Papae, quan-

1) Sic etiam in sermone edito de cruce Theodorus: ἐπὶ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπιτέον.

ἀκουτισθῆναι. καὶ φύλακα προχειρισθῆναι τοῦ τῆς ζωῆς θησαυροφυλακίου· ὁ μὲν ἀφίσταται, διὰ πάθους, τῆς ἀπαθῶς τεκούσης· ὁ δὲ ταύτην ὑπηρετικῶς λαμβάνει εἰς τὰ ἴδια· ὁ παρθένος τὴν παρθένον· τὸ κλῆμα τὴν ἀμπελοτόκον· ὁ στρατιώτης τὴν βασιλίδα· ὁ θεολόγος τὴν θεοτόκον· ὁ κατὰ χάριν θεάδελφος τὴν κατὰ φύσιν μητρόθεον· ἴδε τὴν ἁρμονίαν τῆς καταλλήλου κλήσεως, καὶ ὑπεραίνεσον τὴν σύμβασιν. Ἆρ' οὐ τοῦτο μόνον πᾶσαν ἀποκρύψαι ὑπερβολὴν ἐγκωμίου τῷ θεολόγῳ πάρεστιν, ἀμοιροῦντι τῆς οἱασοῦν ἄλλης αἰνέσεως; εἰ δὲ μετὰ τῆς τῶν προλαβόντων ὑπερβολῆς καὶ τὰ φθάσαντα συναστράψοι, τίς ἂν δυνηθείη ἀντωπῆναι τοῦ ὕψους τὸ ἀναντίβλεπτον; οὕτω τοιγαροῦν ὑπερανεστώς ἐστι πάσης τῆς ἐν λόγοις ἐγκωμιαστικῆς δυνάμεως, ὡς μόνου θεοῦ εἶναι ἐκεῖνον ἐπαινέσασθαι, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, παρ' οὗ καὶ πλεονάζει τὴν ἔφεσιν· ὑφ' οὗ καὶ τὰ ἐγκώμια ἔστεπται, φῶς καὶ βροντὴ καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορευόμενος· ἀλλ' ἐπείπερ ταῦτα οὕτως, καὶ πέρας εἴληφεν ἡ ἀκήρατος ἀνθολογία, καθ' ὅσον ἐφικτὸν ἡμῖν δρέψασθαι τοῖς πενολόγοις, δεῦρο καὶ ἡμεῖς ἐν τούτοις συγκαταπαύσωμεν τὸν λόγον, μικροῖς μεγάλα ἀμείψαντες· ἐκεῖνο προσθέντες τοῖς εἰρημένοις, ὡς οὐ μικρὸν ἂν εἴη γέρας αὐτῷ εἰς φιλοτιμίαν καὶ ἡ φρικωδεστάτη ἀποκάλυψις, ἣν ἐν Πάτμῳ περιορισθεὶς διὰ τὸν λόγον παρὰ τοῦ τηνικάδε κρατοῦντος, θεόθεν μυηθεὶς ἐκδέδωκεν· καὶ τοῦτο ἐκ πλεονασμοῦ τῆς ἀγάπης ἰδιαίρετον παρὰ τοὺς λοιποὺς εἰληφώς· φασὶ δὲ αὐτὸν μετὰ τὰς ἱερὰς ἐκείνας περιόδους καὶ τὴν εὐαγγελικὴν περίληψιν τῶν περάτων, ὧδέ που μέσον εἰς τὴν ἀσιάτιδα χθόνα, ἐν ᾗ καὶ τὸν διδακτικὸν θρόνον

tum munus! Ut nimirum servus ob excellentem munditiam, Dominae filius appelletur; ac eius quae vitae thesauri custos fuisset, custos constituatur. Ille quidem recedit, per passionem ab ea, quae sine passione id est illaesa integritate peperit; hic autem ministri more, in sua eam accipit: nimirum virgo virginem, palmes foecundam vitem, miles reginam, theologus deiparam: Dei frater per gratiam, Dei parentem per naturam. Vide convenientis appellationis consonantiam, ac supra modum lauda concursum. Nonne vel hoc unum satis sit, ut laudationis omnem excellentiam, qua quis theologum prosequatur obscuret, tametsi desit alia omnis laudatio? Sin autem cum eorum quae superius dicta sunt sublimitate, etiam proxima colluceant, quis inaccessam visui altitudinem possit intueri? Sic itaque superior est omni facultate laudandi, ut solius Dei commendatione ornandus sit (quamquam hoc videtur audacius dici); a quo etiam amoris illam praerogativam obtinet; a quo et laudibus coronatus est, lucis illa appellatione, tonitruique, ac similium. Cum haec autem ita se habeant, et postquam sincera florum decerptio finem accepit, quantum nobis pro tenui facultate dicendi decerpere licuit, age et nos in his peroremus, minora rependentes maioribus: hoc dumtaxat addentes iis, quae diximus, non minimum esse Iohanni ad magnificentiam praemium, illam quam in Patmo horrendissimam apocalypsim, dum eo in loco praedicationis causa exularet eius decreto qui tunc rerum potiebatur, Deo docente edidit: hoc quoque ob dilectionis praerogativam singulari prae aliis apostolis munere donatus. Aiunt autem eum, post sacros illos circuitus, atque evangelicam praedicationem, qua orbis fines complexus est, quodam Asiae loco

μᾶλλον καθιδρύσατο, τὸ ἱερὸν αὐτοῦ σῶμα ἀποθέσθαι· ταφὴν μὲν κατὰ τύπον θανάτου, μετασίὰς δὲ ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην 1), ἵνα κἂν τούτῳ δοξάσῃ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ ἐραστὴν μάλα· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα ἐν τούτοις τὸ καθαρὸν καὶ εὐῶδες καὶ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ φέρον· τῇ δὲ ψυχῇ οὔσῃ ὡς ἀληθῶς ἡλίου φωτοειδεστέρᾳ, ἀναπτὰς τῶν ἐνθένδε ἀγγελικῇ δορυφορίᾳ εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον μετελήλυθε τὸν αὐτῷ πρέποντα τῆς ἀῤῥήτου καὶ πρωτοφανοῦς ἀγαλλιάσεως.

ιβ'. Ἀλλ' ὦ μακαριώτατε, καὶ τρισμακαριώτατε, καὶ παμμακαριώτατε Ἰωάννη, ὁ μέγας τοῦ εὐαγγελίου ἥλιος, ὁ βρυὴρ τῆς θεολογίας ὁ ἀένναος, τῶν ἀποστόλων ἀκρέμων 2), ἰσόπετρε 3), σὺ ἡμᾶς οὐρανόθεν εὐμενῶς ἔπιδε, ὅσης τὰ ὧδε κατηφείας, ἠφάνισται θυσιαστήρια ἐστεμμένα θείοις ἀγάλμασιν, ἀφῄρηται ναῶν ἱερῶν εὐπρέπεια· ἡ εἰκὼν Χριστοῦ καθύβρισται· ἐξουδένωται καὶ ἐν πόλεσιν καὶ ἐν χώραις καὶ κατ' οἴκους· πρὸς δὲ καὶ τῆς θεομήτορος 4), καὶ οὗ τινος οὖν ἄλλου τῶν οἷος σὺ καὶ μείων σοῦ θεοφόρων· ὀδυρμοῦ τὰ πάντα· λάβε Πέτρον, συμπαράλαβε Ἰάκωβον δεόμεθα· οἱ τρεῖς ἀεὶ Χριστῷ συμπάρεδροι, μεταμορφουμένῳ, θαυματουργοῦντι τὰ πολλὰ, ἀγωνιῶντι, προσευχομένῳ· ὡς ἤδη τῶν ὁμοχώρων μυστικώτεροι, αὐτοὶ καὶ νῦν σὺν τῇ λοιπῇ σεβασμίᾳ ἐννάδι τὴν ἁγίαν τριάδα εὐμενῆ ἡμῖν καταστήσασθε, ἐπιτιμῆσαι Χριστὸν τῇ πονηρᾷ ταύτῃ θαλάσσῃ, ὥς ποτε τῇ Τιβεριάδι, γαλήνης εἰρηνοδώρου ἀντανισχούσης, ἐπαν-

manentem, ubi praecipue sedem magisterii collocaverat, sacrum suum corpus deposuisse: et sepulcrum quidem positum fuisse quasi mortis typum; ipsum tamen supra naturae humanae conditionem translatum, ut hac quoque ratione praecipuas Deus honoris partes amatori suo deferret. Et corpus quidem sic habitum est, purum illud ac suave fragrans, Christique stigmata gerens: anima autem, quae lucis splendore vera solem superabat, ab humanis evolans, stipantibus angelorum choris, ad locum transiit, qui ipsam decebat, inenarrabilis illius primique ac lucentissimi gaudii.

12. Sed o beatissime, terque beatissime, ac prorsus beatissime Iohannes: magne evangelii sol, iugis theologiae scaturigo, apostolice rame, Petro compar, tu nos de caelis benigne intuere. Viden' quam sit tristis horum inferiorum facies? Destructa sunt altaria angustis simulacris coronata: ablatus est sacrorum templorum decor: Christi imago ludibrio habita est et ad nihilum redacta in urbibus, ruri, domi: insuper etiam Deiparae, ac cuiusvis alius tui similium, aut etiam te minorum, a Deo afflatorum patrum. Luctuosa omnia. Assume Petrum, unaque Iacobum assumas rogamus. Tres vos, Christi comites assidui, cum est transfiguratus, cum pleraque miracula ederet, cum in agonia preces funderet, velut iam collegis aliis ac condiscipulis magis spiritales, ac divina docti; ipsi et modo cum beata novem

1) Nota sunt, quae de S. Iohannis extraordinario obitus genere, vel etiam translatione aut resurrectione, narrant nonnulli veteres apud Sandinium in hist. apost. p. 189. Festum eius μεταστάσεως est in kal. graeco, die 26. sept. Laudes eidem insignes dicit S. Cyrillus in homilia opp. T. V. part. 2. p. 380.

2) Illustratur hoc vocabulum ab inedito apud me Iobi interprete cap. XIV. 7: ὁ ῥάδαμνος ἐστὶν παντὸς δένδρου τὸ ἄκρον, ὅπερ ἀκρέμονα λέγουσιν.

3) Compar Petro honore apostolatus, non primatus. Etenim primatum vindicat Petro ipse Studita in praecedentibus, nec non aliis locis in indice sirmondiano adnotatis.

4) Luget Studita, ut in aliis passim scriptis, Iconomachorum sui temporis scelera.

αδραμεῖν τὰς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας εἰς τὴν ἀρχαίαν καὶ ἀρεσθεῖσαν τῆς ὀρθοδοξίας ὡραιότητα· ἐμοὶ δὲ σὺ τῷ τολμητίᾳ, ὦ μάκαρ, ἵλεως ἔσο ὀφλήσαντι οὐκ ἐπαινέσαντι· καί γε δέξαιο τοὺς τόνδε σοὶ τὸν ναὸν ὁμοῦ μὲν περικαλλῶς, ὁμοῦ δὲ καὶ περιουσίως ἐγείραντας· ἐν ᾧ καὶ τὰ σώματα οἱ πλείους ἀσκητικῶς εἴασαν εἰς τὰ προαύλια, ὡς ἐνταῦθα τῆς σῆς φανοτάτης οὐρανίου σκηνῆς παραῤῥιπτεῖν δεῖ· τοσοῦτον ἀξιουμένους σὲ ὁρᾷν σὺν παντὶ τῷ ποιμνίῳ κατὰ διάμετρον ἀξίας, ὅσον οἱ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀποβλέποντες· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

sociorum caterva, sanctam nobis Trinitatem propitiam reddite, ut Christus iniquum hoc mare increpet, ut quondam increpuit apud Tiberiadem; tranquillitate, quae pacem praestet, vicissim exoriente; ut suas ipse ecclesias, in antiquam illam et iucundam orthodoxiae venustatem reducat. Tu vero mihi temerario, vir beate, propitius esto, qui debuerim, at non laudaverim: sed et eos suscipere digneris, qui templum hoc quam ornate tam sumptuose tibi extruxerunt, in quo et plures in vestibulis. monachorum more, corpora sua reliquerunt, ut hic positi, splendido caelestique tabernaculo tuo advolverentur; te tantum videre optantes, cum universo grege, pro dignitatis mensura, quantum iis concessum est, qui e terra in solem ipsum aspiciunt: in Christo Iesu domino nostro, quem decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre ac sancto Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

ADNOTATIO.

Igitur septem Theodori Studitae panegyricas orationes dedimus, quarum duae latine tantum editae fuerant, reliquae nec graece nec latine. Ante nos tamen extabant aliae novem eiusdem Studitae orationes. I. In crucem Domini, gr. lat. apud Gretserum op. de Cruce T. II. p. 231. II. In nativitatem Deiparae, gr. lat. edita inter damascenicas, ut nos iam diximus p. 54. III. et IV. De adoratione ss. imaginum duae, gr. lat., quarum altera inserta eius vitae cap. 65-73; altera cum damascenicis prodiit Basileae an. 1575. V. In tertiam inventionem capitis S. Ioh. Bapt. gr. lat. a Combefisio, et Cangio. VI. In S. Barptolemaeum apostolum, latine tantum apud Dacherium Spicil. ed. nov. T. II. p. 12. Hanc graece etiam vidit Allatius, incipientem: μέγιστος ἀγὼν, προσθήσω δ' ἔτι, καὶ κλέος; eratque editurus libro sexto Symmictorum, teste Fabricio B. G. ed. vet. T. XIV. p. 12. Ea mihi quidem nondum occurrit, quamquam vix dubito quin lateat inter Allatii schedas vallicellianas aut barberinias. VII. Oratio epitaphica in Platonem magistrum suum, gr. lat. apud Bollandianos T. I. april. append. p. 46. VIII. Oratio item epitaphica in magnum Arsenium, gr. lat. apud eosdem Bollandianos T. IV. iul. die 19. IX. Oratio pariter epitaphica in matrem suam extat inedita graece in Metaphrastae codice parisiaco. Denique alia inedita in codd. paris. de inventione capitis S. Ioh. Baptistae, teste Fabricio B. G. ed. nov. T. X. p. 472, a quo superiorum quoque notitia congesta fuit. Atque hoc fere est illud *panegyricum volumen in dies festos Domini, nec non Deiparae, et sancti Ioh. Baptistae*, quod inter Studitae scripta memorat Michaël monachus in vita eiusdem cap. 38, quam habemus typis impressam. Mitto dicere de minoribus sermonibus duplicis catecheseos, seu magnae seu parvae, quorum 135. edidit latine Livineius, graece unum Fabricius B. G. ed. nov. p. 470; tres item graece auctor catalogi codd. Nanian. p. 164. Inter opera Theodori, quae Sirmondus prelo parare videbatur, postremo loco video in elencho post praef. nominari fragmentum *confessio de Trinitate*. Reapse id fragmentum incipiens μίαν εἶναι τῶν ὅλων ἀρχὴν, legitur sub Theodori nomine in cod. vat. 620, et ottob. vat. 414. At in vat. 2026. inscribitur Theodoreto. Eadem nominum varietas in florentinis quoque codicibus occurrit, observante Bandinio Catalog. codd. gr. T. I. p. 525. Sed revera nihil aliud est, id fragmentum, quam, ut ego comperi, compendium ex Theodoreti haeret. fab. libro V. consarcinatum.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ

ΕΠΙΤΙΜΙΑ.

Κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος ἐπὶ τῶν παραλειπόντων
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸν κανόνα.

Cod. vat. 430. f. 20 b. ottob. 350. f. 14.

α΄. Ὁ μὴ εὑρισκόμενος εἰς τὴν εἴσοδον τοῦ δόξα ἐν ὑψίστοις, ἄνευ ἀσθενείας ἢ ἑτέρας εὐλόγου κατοχῆς, ἐν τῇ εὐλογίᾳ μενέτω κεκυφὼς μέχρι παρελεύσεως τῶν ἀδελφῶν, ἐξαιτούμενος συγχώρησιν· καὶ εἶθ' οὕτως λαμβανέτω τὴν εὐλογίαν.

* Confer Goar p. 27. de hexaps.

* Goar ibidem de cathismate.

β΄. Ὁ ὑστερούμενος τοῦ ἑξαψάλμου*, παρεστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ· εἰ δὲ καθίσματος*, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας ιε΄. Μετὰ τὸν ἑξάψαλμον ἐξερχόμενος ἢ περιερχόμενος ἄνευ ὑπομνήσεως, παραστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ.

γ΄. Ὁ μὴ ἀνιστάμενος ἕως τοῦ πεντηκοστοῦ, ξηροφαγείτω.

* Goar p. 28. de canone.

δ΄. Ὁ τὸν ὅλον κανόνα* ἀπολιμπανόμενος, ξηροφαγίαν ἀκάθιστον ἐπιτιμάσθω.

ε΄. Ὁ μὴ φθάνων εἰς τὸ προοίμιον ἑκάστης ὥρας, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλλέσθω τοῦ μὴ εὑρισκομένου εἰς τὸ δόξα ἐν ὑψίστοις.

ϛ΄. Ὁ ἀπολιμπανόμενος τοῦ προκειμένου ἑκάστης ὥρας, ἢ καὶ ἕως τέλους, ξηροφαγείτω.

ζ΄. Ὁ μὴ εὑρισκόμενος ἀπὸ τῆς ἐνάρξεως, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβαλλέσθω τοῦ μὴ εὑρισκομένου εἰς τὸ δόξα ἐν ὑψίστοις.

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI PRAESIDIS STUDII

POENAE.

Et primo quidem communes toti fraternitati adversus eos
qui contra regulam in ecclesia peccant.

1. Qui non interfuerit initio cantus *gloria in excelsis*, absque infirmitate vel alio probabili impedimento, dum datur benedictio, maneat incurvatus in transitu fratrum, veniam petens; atque ita deinde accipiat benedictionem.
2. Qui non adfuerit hexapsalmo, stet ad mensam. Quod si cathismati defuerit, puniatur metanoeis quindecim. Si post hexapsalmum exiverit aut obambulaverit, sine admonitione, stet mensae tempore.
3. Qui rectus non steterit usque ad psalmum quinquagesimum, aridis vescatur.
4. Qui totum canonem deseruerit, aridis stans vesci iubeatur.
5. Qui non adfuerit initio cuiusque horae, eidem poenae subiiciatur atque ille qui cantui *gloria in excelsis* defuerit.
6. Qui recesserit ante responsorium cuiusque horae, vel etiam ante eius finem, aridis vescatur.
7. Qui initio non interfuerit, eidem poenae subiiciatur atque ille qui defuerit cantui *gloria in exeelsis.*

η'. Ὁ τοῦ μεγαλείου μὴ ὑπακούων, παραστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ.

θ'. Ὁ ἐναπομένων ἔξω τῶν θυρῶν, ξηροφαγείτω.

ι'. Ὁ μὴ κοινωνῶν κατ' ἰδίαν γνώμην, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

ια'. Ὁ ἐν ἐπιτιμίᾳ ὤν, καὶ μὴ παριστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐν τῷ νάρθηκι τῆς λειτουργίας ἐπιτελουμένης, μετανοίας βαλλέτω πεντήκοντα.

ιβ'. Ὁ μετὰ τῶν ἀδελφῶν 1), ἄνευ εὐλόγου προφάσεως, μὴ ἐρχόμενος εἰς τὴν ἑστίασιν, παρεστηκέτω, ἢ ξηροφαγείτω, ἢ κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον μεινάτω ἄσιτος ἕως τῆς ὡρισμένης ὥρας τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ.

ιγ'. Ὁ ἄνευ ὑπομνήσεως ἐξερχόμενος τῆς ἐκκλησίας πλὴν τοῦ ἅπαξ, ἢ καθεζόμενος ἑκάστης ἐπιτελουμένης λειτουργίας ἄνευ ὑπομνήσεως πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ θυσιαστηρίου, ἀνὰ δέκα μετανοίας βαλλέτω.

ιδ'. Πᾶς ὁ μὴ εὑρισκόμενος ἐν ταῖς τρισὶ τῆς ἑβδομάδος κατηχήσεσιν, ἄνευ εὐλόγου προφάσεως, ξηροφαγείτω.

ιε'. Ὁ ἀπολιμπανόμενος τῆς ἑσπερινῆς κατηχήσεως, στηκέτω.

ιϛ'. Πᾶς ὁ ἀκούων τοῦ τρικρούσματος ἐπὶ παντὸς, καὶ μὴ συνερχόμενος μετὰ σπουδῆς, ἀνὰ κ' μετανοίας βαλλέτω.

ιζ'. Ὁ παρὰ τὴν ὡρισμένην ἄνεσιν ἀναπατῶν, καὶ περιερχόμενος ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

ιη'. Ὁ ἀφ' ἑτέρου ἐργαστηρίου εἰς ἕτερον μετερχόμενος ἄνευ καθηκούσης αἰτίας, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

8. Qui psalmum *magnificat* non audierit, stet ad mensam.

9. Qui manserit extra fores, aridis vescatur.

10. Qui sua voluntate sacram communionem omiserit, extra consortium fiat uno die.

11. Qui poenae suppositus, non interfuerit cum catechumenis in narthece dum peragitur liturgia, metanoeis subiiciatur quinquaginta.

12. Qui cum fratribus, absque probabili causa, ad refectionem non venerit, stare iubeatur, vel aridis vesci: vel iuxta magnum Basilium 1) maneat impransus usque ad statutam horam sequentis diei.

13. Qui sine admonitione ecclesia excesserit, plus quam semel; vel sederit dum singulae liturgiae peraguntur, extra fores altaris sine admonitione, decem metanoeis puniatur.

14. Quisquis tribus hebdomadae catechesibus non interfuerit, absque honesta causa, aridis vescatur.

15. Qui non adfuerit serotinae catechesi, stare iubeatur.

16. Quisquis audita trina pulsatione non statim convenerit, viginti metanoeis puniatur.

17. Quisquis ultra statutam relaxationem obambulet et vagetur in monasterio, uno die separetur.

18. Qui ex una in alteram officinam se conferet, sine idonea causa, uno die separetur.

1) Perturbatus vel corruptus hic est in codicibus locus. Sed adest interpres s. Basilius mox citatus cuius epitimion 33. eiusmodi est: ὁ ἀπολιμπάνων τῶν τραπεζῶν, μὴ εἰρηκὼς τὴν αἰτίαν, μενέτω ἄσιτος: *qui a mensa abfuerit, absque causa probabili, maneat impransus.*

ιθ'. Ὁ μετὰ τὴν εὐχὴν τῆς ἐκ τῆς τραπέζης ἐγέρσεως μὴ ἀπιὼν καθὼς διατέτακται, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας κ'.

κ'. Ὁ συντυγχάνων ἀπὸ τῶν ἀποδείπνων, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας ν'.

κα'. Πᾶς ὁ ἐργοχειριάστης μὴ ἐν ἡσυχίᾳ ἐργαζόμενος, ἀλλὰ ἀνακινῶν ξένοις ὁμιλίας, ἀφοριζέσθω ἡμέρας δύο.

κβ'. Ὁ εὑρισκόμενος ἐπὶ παντὶ κλέμματι, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν.

κγ'. Ὁ κραυγάζων παρὰ τὸ εἰκὸς, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας λ'.

κδ'. Ἐὰν εὑρεθῇ τινὶ κατὰ πάντα τόπον, πάρεξ τῶν δεδομένων μετ' εὐλογίας, ταῦτα μὲν ἀφαιρείσθω, ἐκεῖνος δὲ ξηροφαγείτω.

κε'. Ἐάν τις ἔχῃ ἀνεξάγγελτόν τι, ἢ καὶ ἄνευ τῶν ὡρισμένων ἐξαγγέλλῃ τινὶ, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

κϛ'. Ἐάν τις διερχομένων β' ἑβδομάδων μὴ ἐξαγγείλῃ εἰς τὸν ἡγούμενον, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

κζ' Εἴ τις τινὸς ἀνέχεται καταλοῦντος, καὶ μὴ αὐτὸς ἐπιδιορθώσεται τὸν καταλαλοῦντα, ἢ μὴ ἀνεχόμενον ἀνενέγκῃ τῷ προεστῶτι, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας ἑκατόν.

κη'. Ὁ καλούμενος ὑπό τινος, καὶ μὴ εὐθὺς ἀποκρινόμενος, τῆς κλήσεως οὐ μακρὰν οὔσης, βαλλέτω ἀνὰ μετανοίας λ'.

κθ'. Πᾶς ὁ μὴ κατὰ σάββατον ὑπαλλάσσων τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἰδίᾳ γνώμῃ, ἢ καὶ πάλιν μὴ παραδοὺς τὸ ἀντάλλαγμα τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἢ καὶ τῇ ἑξῆς, ξηροφαγείτω.

λ'. Πᾶς ὁ φρατριάζων κατὰ τοῦ προεστῶτος, καὶ συνταράσσων τὴν ἀδελφότητα, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

19. Qui post preces quae a mensa surgentibus dicuntur, non decedet prout ordinatum est, viginti metanoeis puniatur.

20. Qui colloquiis post completorium indulserit, puniatur metanoeis quinquaginta.

21. Quisquis operarius cum silentio non operetur, sed cum externis verba commutet, biduo separetur.

22. Qui in quolibet furto compertus fuerit, una hebdomada separetur.

23. Qui praeter modum clamet, triginta metanoeis puniatur.

24. Si quicquam alicubi apud aliquem deprehendetur, ultra ea quae cum benedictione data fuerunt; illud quidem auferatur, ipse autem aridis vescatur.

25. Si quis aliquid inconfessum retineat, vel etiam cuiquam praeter destinatos confiteatur, separetur uno die.

26. Si quis elapsis duabus hebdomadis non confiteatur praesidi, separetur uno die.

27. Si quis sponte audiat detractorem, neque hunc corrigat, vel nolentem corrigi ad praesidem non deferat, centum metanoeis puniatur.

28. Qui ab aliquo vocatus statim non responderit, si certe haud de longinquo vocetur, triginta metanoeis puniatur.

29. Quisquis sabbato vestimentum suum sponte non mutaverit, vel etiam statim mutatorium eodem die vel postero non tradiderit, aridis vescatur.

30. Coniurans in praesidem, turbansque fraternitatem, separetur uno die.

λα΄. Εἴ τις ὡς ἔτυχεν ἐξελθὼν εἰς ἀγάπην ἐν τῇ ὑποστροφῇ διηγήσεται τὰ συμβάντα καθ' οἷον δήποτε τρόπον μάλιστα ἐν τῇ τραπέζῃ, ἐκτὸς τῶν ἐρωτωμένων ὑπὸ τοῦ προεστῶτος, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

λβ΄. Εἴ τις τὰ τῶν ἄλλων μοναστηρίων ἐπιφοιτῶν πρὸ τῶν γραμμάτων ἐξαγγείλοι, ἢ καὶ μὴ ὄντων γραμμάτων, ἄνευ τοῦ προεσῶτος, καθ' οἷον δή ποτε τρόπον καὶ μάλιστα ἐπὶ βρώσεως ἢ ἄλλου τινὸς πράγματος, ἀφοριζέσθω ἡμέρας γ΄.

λγ΄. Εἴ τις ἐν κυριακῇ, καὶ μάλιστα ἐν ἑορτασίμῳ ἡμέρᾳ, μὴ φορέσῃ τὸ μεῖζον αὐτοῦ ἱμάτιον, τουτέστιν εἰς τὰ δύο λυχνικὰ * καὶ εἰς τὸν ὄρθρον, ποιείτω πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνὰ μετανοίας ν΄, καὶ εἶθ' οὕτως ἀναστρέψας περιβαλλέσθω αὐτό. * De lychnico Goar p. 24.

λδ΄. Οὗ τινος εὑρεθείη ἐν τῷ ἰδίῳ πίνακι διαγεγραμμένον ἕτερόν τι ἢ γραφικὸν ἢ λεξικὸν ἢ πρὸς ἀδελφὸν ἐπισταλτικὸν, πλὴν οὕπερ ἐκμανθάνοι στιχηροῦ ἢ καθίσματος, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

λε΄. Ὁ συνεγνωκὼς ἀδελφοῦ τὴν ἐκ τοῦ μοναστηρίου ἔξοδον, ἢ συνομιλήσας, ἢ συνοδεύσας, καὶ μὴ προαναγγείλοι, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν.

Περὶ τοῦ Κελλαρίτου.

λϛ΄. Χύμα οἴνου ἐὰν γένηται, μετάνοιαι κατὰ τὸ μέτρον τοῦ χύματος ἀνὰ ε΄, καὶ τὴν ἄνω· ὡσαύτως καὶ χύμα ὄξους, ἢ παράχυμα ἐλαίου, ἢ παράχυμα ὀσπρίου ἐὰν γένηται.

λζ΄. Σῆψις εἴδους παντοίου βιβρωσκομένου ἐὰν τύχοι, κατὰ τὰ ταυτά.

λη΄. Ἐάν τι σκεῦος εὑρεθείη ἀσκέπαστον ἐπὶ πολὺ, αἱ αὐταὶ μετάνοιαι.

31. Si quis forte egressus ad agapem, in reditu narret ea quae quomodolibet praesertim in mensa acciderint, nisi a praeside interrogetur, uno die separetur.

32. Si is qui aliena monasteria adit, ante litteras nunciet aliquid, vel etiam nullis cum litteris et sine praesidis facultate, praesertim circa epulas vel aliud negotium quodlibet, separetur triduo.

33. Si quis die dominico, et praesertim sollemni, vestem suam maiorem non gestet, id est usque ad duo lychnica et matutinum, is faciat coram altari metanoeas quinquaginta; atque ita reversus veste illa induatur.

34. Si in alicuius pluteo scriptum aliquid repertum fuerit, aut ex bibliis, aut ex lexicis, aut quicquam epistolare ad fratrem, praeter id quod didicerit ex metricis versiculis, aut ex cathismate, uno die separetur.

35. Qui conscius fuerit fratris monasterio egredientis, vel cum eo collocutus fuerit, aut comitatus, neque praenuntiaverit, una hebdomada separetur.

De Cellario.

36. Si vini effusio fuerit, metanoeas faciat pro mensura effusionis quinque vel ultra. Similiter si effusio aceti, vel supereffluentia olei, vel item supereffluentia leguminum contigerit.

37. Corruptio eduliorum cuiusvis generis eadem poena animadvertatur.

38. Si vas comperiatur diu intectum, fiant eaedem metanoeae.

λθ'. Ἐὰν πλείω παραθήσηται τῇ τραπέζῃ ἢ ἐλάττω τῶν διατετυπωμένων, ἀνὰ ρ' μετανοίας.

μ'. Συντριβὴ ἐὰν γένηται οἱουδήποτε σκεύους μέχρι βαυκαλίου, μετάνοιαι ρ' καὶ σ' καὶ τ', ἢ καὶ παραστάσιμον μετὰ τοῦ σκεύους αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ Ὀψοποιοῦ.

μα'. Ἐὰν μὴ γέμῃ ὁ λέβης, μετανοίας λ', ὡσαύτως καὶ ὁ κούκουμος.

μβ'. Ἐὰν περίσσευμα ἀφανισθῇ *, μετανοίας ρ'· εἰ δὲ ῥιφῇ ἀχρειωθὲν, παραστάσιμον μετὰ ξηροφαγίας.

* al. cod. ἀναφανισθῇ.

μγ'. Ἐὰν μὴ προεισβάλλῃ ἐν καιρῷ τὸ ἔλαιον καὶ τὸ ἅλας ἵνα συνεψηθῶσι, μετάνοιαι κ'.

μδ'. Εἰ ζωμὸν ἐλαιωμένον ἀποχύσει, μετάνοιαι λ'.

με'. Εἴ τις ἄρῃ βαυκάλιον ἀπὸ τοῦ ἀριστηρίου, καὶ μὴ πάλιν ἀντιστρέψῃ αὐτὸ εἰς τὸν ἴδιον τόπον, μετάνοιαι ν'.

μϛ'. Ἐὰν συντριβῇ χύτρα ἢ πυροστάτης ἢ κακάβιον ἢ ἐσχάρα ἢ ἄλλό τι σκεῦος μαγειρικὸν ἐκ καταφρονήσεως, ἀνὰ ρ' καὶ σ' καὶ τ' μετανοίας.

Περὶ τοῦ Βιβλιοφύλακος.

μζ'. Ἐάν τις λάβῃ βιβλίον, καὶ μὴ φιλοκάλως κρατῇ αὐτὸ, ἢ ἅψηται ἄλλου ἄνευ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ κρατοῦντος, ἢ ἐπιζητοίη ἕτερον παρ' ὃ ἔλαβε γογγύζων, μὴ ἅψηται ὅλως τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

μη'. Ἐὰν ὁ βιβλιόφυλαξ τὴν δέουσαν ἐπιμέλειαν μὴ ἐπιδείκνυται, τινάσσων καὶ μεταστοιβάζων καὶ κονιορτῶν ἕκαστον, ξηροφαγείτω.

39. Si mensae obtulerit plus minusve quam sit praescriptum, centum faciat metanoeas.

40. Contritio si acciderit cuiuslibet vasis usque ad pateram, metanoeas faciat centum aut ducentas vel trecentas; aut etiam stet coram cum ipso vase.

De Coquo.

41. Nisi lebes plenus fuerit, vel cucumus, triginta faciat metanoeas.

42. Si reliquiae aliquae pereant, centum faciat metanoeas. Quod si iam factae inutiles abiiciantur, stet coram, et aridis vescatur.

43. Nisi idoneo tempore oleum immiserit et sal, ut simul coquantur, metanoeas faciat viginti.

44. Si iusculum oleatum effuderit, metanoeas triginta.

45. Si quis pateram ex refectorio sustulerit, nec illam in locum suum reposuerit, metanoeas quinquaginta.

46. Si confringatur testa, ut olla, aut cacabus, aut craticula, aut aliud quodvis culinare vas ex neglectu, centum vel ducentas vel trecentas faciat metanoeas.

De librorum Custode.

47. Si quis librum acceperit, neque nitidum servaverit, vel alium attigerit sine permissione eius qui tenet, vel alium quaesiverit murmurans praeter illum quem iam acceperat, prorsus illo die non impetrabit.

48. Si librorum custos debitam sedulitatem haud prae se tulerit, libros singulos excutiens, transponens, pulvere purgans, aridis vescatur.

μθ'. Ὅστις εὑρεθῇ ἀποκρύπτων εἰς κοιτάριον, καὶ μὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ κρούσματος ἀποδοίη τοῦτο τῷ βιλιοφύλακι, ἄνευ εὐλόγου προφάσεως, παρεστηκέτω ἐν τῇ τραπέζῃ.

Περὶ τοῦ Σκυτέως.

ν'. Ἐὰν ἐκ καταφρονήσεως κλάσῃ σουβλίον, ἢ ἕτερον ἐργαλεῖον σκυτοτομικὸν, ἀνὰ μετανοίας ρ', καὶ ν', καὶ λ'.

να'. Ἐὰν παραχρήσηται τοῖς δέρμασιν ἢ ταῖς σφύραις, καὶ μὴ μετὰ ἀσφαλείας διακόπτῃ καὶ ὑποβάλῃ ἐν τοῖς ὑποδήμασιν, ἐχέτω τὰ αὐτὰ ἐπιτίμια.

νβ'. Ἐὰν προσπαθῶς δῷ τινὶ, ἢ καὶ ἀχρειάστως, ξηροφαγείτω.

Περὶ τοῦ Καλλιγράφου.

νγ'. Ἐὰν ὑπὲρ τὴν χρείαν ποιῶν κόλλαν, σήπῃ αὐτὴν διὰ τῆς ἀπομονῆς, μετάνοιαι ν'.

νδ'. Εἰ μὴ φιλοκάλως κρατεῖ τὸ τετράδιον, καὶ τίθησι τὸ ἀφ' οὗ γράφει βιβλίον, καὶ σκέπει ἐν καιρῷ ἑκάτερα, καὶ παρατηρεῖται τά τε ἀντίστιχα καὶ τοὺς τόνους καὶ τὰς στιγμὰς, ἀνὰ μετανοίας λ', καὶ ρ'.

νε'. Ἐάν τις ἐκστηθήσει ἐκ τῶν γεγραμμένων τοῦ ἐξ οὗ γράφει βιβλίου, ἀφοριζέσθω ἡμέρας γ'.

νϛ'. Εἴ τις πλέον τῶν γεγραμμένων ἀναγνώσει ἐξ οὗ γράφει βιβλίου, ξηροφαγείτο.

νζ'. Εἰ ἐκ θυμοῦ συντρίψει κάλαμον, μετάνοιαι λ'.

νη'. Εἰ ἐπάρῃ ἕτερος ἑτέρου τετράδιον ἄνευ γνώμης τοῦ γράφοντος, μετάνοιαι ν'.

49. Si quis librum abdens in cubiculo, hunc pulsationis tempore custodi non reddiderit, sine honesta causa, stet mensae tempore.

De Sutore.

50. Siquis ex negligentia subulam aut sutorium aliud instrumentum fregerit, metanoeas centum, et quinquaginta, et triginta faciat.

51. Si coriis abusus fuerit aut malleis, et nisi coria caute inciderit, calceisque supposuerit, iisdem poenis obnoxius esto.

52. Si ex peculiari affectu det alicui, aut sine usûs necessitate, aridis vescatur.

De Calligrapho.

53. Si praeter usum gluten fecerit, idque situ marcescat, metanoeas faciat quinquaginta.

54. Si haud mundum servet quaternionem, pariterque librum unde exscribit, neque suo tempore utrumque operiat, neque curam gerat antistichorum, accentuum, et interpunctionum, metanoeas faciat triginta supra centum.

55. Si quis memoriter recitaverit scripta in libro unde ipse exscribit, separetur triduo.

56. Si quis plus quam est in scripto legerit ex eo quem exscribit libro, aridis vescatur.

57. Si ex ira calamum fregerit, metanoeas faciat triginta.

58. Si alter alterius quaternionem, absque scribentis consensu, sibi vindicaverit, metanoeas faciat quinquaginta.

νθʹ. Εἰ μὴ στοιχείῃ τοῖς τετυπωμένοις παρὰ τοῦ πρώτου καλλιγράφου, ἀφοριζέσθω ἡμέρας δύο.

ξʹ. Ἐὰν ὁ πρωτοκαλλιγράφος ἐμπαθῶς διανέμῃ τὰ ἐργόχειρα, καὶ εἰ μὴ περιστέλλῃ καλῶς τὰς βεμβράνας καὶ πάντα τὰ ἀμφιαστικὰ ἐργαλεῖα, ὥστε μή τι ἀχρειωθῆναι τῶν χρησιμευόντων εἰς τὴν τοιαύτην διακονίαν, ἀνὰ μετανοίας ν', καὶ ρ, καὶ ἀφορισμὸν ἐπιτίμησον.

Περὶ Ἀκεστοῦ *.

* Deest hic titulus in codd.

ξαʹ. Ἐὰν ἐκ καταφρονήσεως συντρίψῃ βελόνην ἢ ψαλία, ἢ συγκόψῃ τροιὰν, ἢ διασχίσῃ ἱμάτιον, μετάνοιαι λ', ἢ ν', ἢ ρ.

ξβʹ. Εἰ παραβλέψῃ καὶ τὸ τυχὸν ῥάκιον, ἢ τὰ ἠχρειωμένα μὴ ἀνακαινίσῃ, καὶ προσεμπαλοῖ καὶ ἀποφθειρΐοῖ *, καὶ ἀπαθῶς καταδιδοῖ ἑκάστῳ τῶν ἀδελφῶν τὰς καθ' ἑβδομάδας ὑπαλλαγὰς, ξηροφαγείτω, ἢ παραστηκέτω, ἢ ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

* Puto ἀποφθειρίζοι.

Περὶ τοῦ Ὀστιαρίου.

ξγʹ. Ἐὰν ὁ ὀστιάριος ἐξ ἀμελείας ἐάσῃ τὸ θυρώριον, καὶ γένηται ἔξοδος ἀδελφοῦ λαθραία, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν.

ξδʹ. Ἐὰν ἐκ καταφρονήσεως ἐάσῃ εἰσέρχεσθαι κοσμικὰς ἀποκρίσεις παρὰ τῶν προσφοιτώντων ξένων ἐν τῇ μονῇ, μετανοίας ρ'.

ξεʹ. Ἐὰν μὴ μετ' εὐλαβείας διδοῖ καὶ λαμβάνῃ λόγον παρὰ τῶν ἐπιξενομένων, ἢ τὰς φάσεις μὴ ποιῆται πρὸς τὸν ἡγούμενον ἁρμοδίως καὶ πρεπόντως, ἀνὰ μετανοίας ρ'.

ξϛʹ. Ἐὰν ἐξ ἀπροσεξίας ἀπολέσῃ κλείδιον, ξηροφαγείτω.

59. Si minime obtemperaverit imperatis a primo calligrapho, separetur biduo.

60. Si primus calligraphus peculiari aliquo affectu pensa distribuerit, neque bene membranas paraverit, et omnia reliqua ad tegendos libros instrumenta; ita ut nihil fiat inutile eorum quae ad id ministerium conferunt, metanoeis quinquaginta et centum et separatione puniatur.

De Sartore.

61. Si ex negligentia fregerit acum aut forficem, aut subtemen conciderit, aut vestem sciderit, metanoeas faciat triginta, aut quinquaginta, aut centum.

62. Si vel lacerum quemvis panniculum neglexerit, aut detrita non sarserit, neque inverterit et pediculis emundaverit, et nisi indifferenter singulis fratribus dederit mutatoria hebdomadaria; aridis vescatur, aut stet in loco convivii, aut una die separetur.

De Ostiario.

63. Si ostiarius ianuam deserat, et clandestina fratris egressio contingat, separetur una hebdomada.

64. Si negligenter sinat introduci mundana responsa a supervenientibus hospitibus in monasterium, metanoeas centum faciat.

65. Si minus pie vel ipse loquatur vel loquentes externos aut hospites audiat, vel cum praeside prout par est decetque verba non faciat, metanoeis centum puniatur.

66. Si per incuriam claviculam amiserit, aridis vescatur.

Περὶ τοῦ Νοσοκόμου.

ξζ'. Ἐὰν μὴ ἐπιμελῆται καθ' ὅσον δυνατὸν ἑκάστου τῶν ἀῤῥώστων, καὶ προσάγῃ τὰ κατὰ χρείαν ἁρμοδίως, κατὰ τὰ διατετυπωμένα ἐμμέτρως· καὶ ἢ ὑπερβάλλοι, ἢ καὶ ἐλλείψοι, μετάνοιαι ν', καὶ ρ', ἢ ξηροφαγείτω καὶ ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

ξη'. Ἐὰν μὴ ὁ παρανοσοκόμος στρωννύῃ τὰς κλίνας τῶν νοσερῶν, καὶ διατηρῇ καλῶς τὰ ἔλαια, καὶ εἰ μὴ ἔχῃ ἀκρίβειαν μέχρι καὶ ἑνὸς κοκκίου, ξηροφαγείτω, καὶ ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

ξθ'. Ἐάν τις τοῦ νοσοκόμου χωρὶς ἀναπέσοι εἰς κλίνην, ἢ καὶ ἀλλάξοι ἄλλην παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ, μετάνοιαι ν'.

ο'. Ἐὰν παραχρῆται τοῖς καρβωνίοις, ἢ συντρίψῃ ἐκ ῥαθυμίας τι τῶν χαλκευτικῶν ἐργαλείων, ἢ ἀπολέσῃ, ἢ ἄνευ προστάξεως λάβῃ τί παρά τινος, καὶ ἐργάσηται ἐργαλεῖον, λ', ἢ ν', καὶ ρ', μετάνοιαι, ἢ καὶ ξηροφαγείτω.

Περὶ Κανδηλαρίου.

οα'. Ἐὰν μὴ ποιῆται τὴν ἁφὴν τῆς κανδήλας, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀξιολόγως καὶ ἐμμέτρως τὰς ἀρτύσεις, μήτε ὑπερβαλλούσας μήτε ἐλλειπούσας, προμύσσων καὶ ἀποκαθαίρων τὰ ῥύπη τῶν καρδήλων κατὰ τὸ εἰωθὸς τῆς ἑβδομάδος, μετάνοιαι ρ', καὶ ξηροφαγείτω.

οβ'. Ἐὰν συντρίψῃ κανδήλαν, κατὰ τὴν τιμὴν τῆς κανδήλας ἐχέτω τὸ ἐπιτίμιον.

ογ'. Ἐὰν ἀδιαφόρως καίηται τὰ παπύρια, ἢ ποιῆται χύσιν ἀποκανδηλίσματος, ἢ ἐξάψῃ λάβρως, ἢ ὑποστυγνάσῃ παρὰ τὸ προσῆκον, ἀνὰ μετανοίας λ'.

De nosocomii Curatore.

67. Si singulorum aegrotorum curam pro viribus non gerat, quae opus fuerit convenienter praebendo, et pro mensura praescripta, quam vel excedat vel minuat, metanoeas faciat quinquaginta et centum, vel aridis vescatur, et separetur uno die.

68. Si nosocomii mansionarius non straverit aegrotorum lectos, nec sanctum oleum bene servaverit, nec diligentiam usque ad unam quoque pilulam adhibuerit, aridis vescatur, et separetur uno die.

69. Siquis sine nosocomii curatore in lectum se recipiat, vel hunc cum sibi iam dato commutet, metanoeas quinquaginta faciat.

70. Si carbonibus abutatur, aut per incuriam aeneum aliquod instrumentum confringat, aut perdat, aut non iussus quicquam ab aliquo accipiat, faciatque instrumentum aliquod, triginta aut quinquaginta et centum metanoeis puniatur, vel etiam aridis vescatur.

De Lucernario.

71. Si lampadem non accenderit, nec ecclesiae convenienter sufficienterque conditura fecerit, neque immodicas neque defectivas, emunctis purgatisque lampadum sordibus, prout mos est in hebdomada, metanoeas centum faciat, et praeterea aridis vescatur.

72. Si lampadem fregerit, prout fuerit lampadis pretium, poenam referat.

73. Si oscitanter inflammet papyria, aut faciat lampadarii olei effusionem, aut largius incendat, aut exiliter praeter modum, metanoeas triginta.

οδ'. Ἐὰν μὴ καθαίρῃ τὰ πολυκάνδηλα ἢ τὰ κρεμαστάρια ἢ τὰ τούβια, ὥστε μὴ ἐξ ἰώσεως ἀχρειωθείη, ἀνὰ μετανοίας ρ'.

οε'. Ἐὰν ἐκλείψῃ ἢ προσθήσῃ παρὰ τὸ προσταχθὲν αὐτῷ μέτρον τῆς ἀφῆς τῶν κανδήλων, ὥστε γνωρίζειν αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς δεσποτικῆς ἑορτῆς *, καὶ τῆς κυριακῆς, τῆς μνήμης τῶν ἁγίων, καὶ ἐὰν μὴ δὶς καὶ τρὶς τῆς ἑβδομάδος φιλοκαλῇ τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, ἀνὰ μετανοίας λ'.

* Vide Cangium in δεσποτικαὶ ἑορταί.

Περὶ τοῦ Κηπωροῦ.

ος'. Ἐὰν μὴ ἐν καιρῷ ποιῆται τὰς σπορὰς τῶν λαχάνων, μετάνοιαι ν'.

οζ'. Ἐὰν μὴ καλλιεργῇ ὡς παράδεισον κυρίου τὸν πεπιστευμένον αὐτῷ κῆπον, ὥστε ἐπαρκεῖν αὐτὸν τῇ ἀδελφότητι κατὰ πᾶν εἶδος λαχάνου, μετανοίας ρ'.

οη'. Ἐὰν ἀδιαφόρως παραμελῇ τὰς ἀρδείας, καὶ μὴ ἐμμέτρως ποτίζῃ, μετάνοιαι ρ'.

Περὶ τοῦ Ἀμπελουργοῦ.

οθ'. Ἐὰν μὴ φιλοκαλῇ τὴν ἄμπελον κυρίου, διατέμνων, καθαίρων, σκάπτων, βοθρεύων, καὶ παντοίως αὐτὴν καλλιεργῶν, μετανοίας ρ'.

Περὶ τῶν Ἀροτριῶντος.

π'. Ἐὰν ἀπὸ θυμοῦ πλήξῃ τὸν βοῦν, ἢ προσενέγκοι ῥῆμα ἄτακτον, μετανοίας ι'.

πα'. Ἐὰν μὴ τὰ χρησιμεύοντα αὐτῷ σκεύη καὶ ἐργαλεῖα μετ' ἐπιστήμης καὶ ἐπιμελείας κρατῇ, ξηροφαγείτω.

Περὶ Ξενοδόχου.

πβ'. Ἐὰν μὴ ὑποδέχηται καλῶς τοὺς ξένους μετὰ πάσης εὐλαβείας, νίπτων τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ κοιτάζων αὐτοὺς ἁρμοδίως, μετάνοιαι ρ'.

74. Si lampades non emundaverit, vel pendulas coronas, vel ornamenta, quominus rubigine corrumpantur, metanoeas centum faciat.

75. Si minus aut plus quam ei praescriptum fuerit, lampades incendat, ita ut ipsum significet tempus sollemnitatis Domini, et dominicalis diei, et commemorationis sanctorum; et nisi bis terve in hebdomada templum Dei verrat, metanoeas triginta.

De Hortulano.

76. Si tempore idoneo non severit olera, metanoeas quinquaginta.

77. Nisi pulchre excoluerit, tamquam Domini paradisum, commissum sibi hortum, ita ut omne genus olerum fraternitati affatim suppeditet, metanoeas centum.

78. Si oscitanter negligat rigationem, nec iusta mensura adaquet, metanoeas centum.

De Vinitore.

79. Nisi bene coluerit vitem Domini, amputans, purgans, fodiens, foveas excavans, et omni modo eam pulchre excolens, metanoeas centum.

De Aratore.

80. Si ira impellente bovem percusserit, aut inconditum verbum in eum intenderit, metanoeas decem.

81. Si utilia sibi vasa et instrumenta prudenter et accurate non servaverit, aridis vescatur.

De hospitum exceptore.

82. Nisi bene et cum omnimoda pietate hospites exceperit, lavans pedes illorum, in cubiculis convenienter collocans, metanoeas centum.

πγ΄. Ἐὰν ἐάσῃ ἄστρωτον τὴν κλίνην, καὶ μὴ τὰ ἐν τῇ διακονίᾳ σκεπάσματα ἀνατινάσσῃ, καὶ περιποιῆται, ξηροφαγείτω.

πδ΄. Ὡσαύτως καὶ ἐὰν μὴ φιλοκαλῇ τὸν κοιτῶνα διὰ τῆς ἑβδομάδος.

Περὶ Μάγκιπος.

πε΄. Εἴ τις λαλήσει ἐν τῷ ἀρτοκοπείῳ, τῶν ἀδελφῶν τοὺς ἄρτους ἀρτοκοποιούντων, μετάνοιαι λ΄.

πϛ΄. Ἐὰν μὴ ὁ μάγκιψ συμμέτρως ὑποβάλλοι τὴν καῦσιν τῶν φρυγάνων, ἢ τῶν ξύλων, ἢ ἑψῇ κακῶς τὸν ἄρτον, μετάνοιαι γ΄.

Περὶ τοῦ Τέκτονος.

πζ΄ Ἐὰν ἀφανίσῃ τὸ πελεκώμενον ξύλον, ἢ ὑπερκόψῃ, καὶ παρὰ τὸ μέτρον παρακόψῃ, ἢ καὶ ἄλλως πῶς ἀχρειώσει, ξηροφαγείτω.

πη΄. Ἐὰν ἐπάρῃ τὶς ἐργαλεῖον ἄνευ τοῦ τέκτονος, ἢ ἐξ ἄλλης διακονίας, μετάνοιαι ν΄.

πθ΄. Ἐὰν ἀπολέσῃ ἐργαλεῖον ἐπὶ πάσης διακονίας, ξηροφαγείτῳ, καὶ ἀφορισμοῦ ἐπιτίμιον ἐχέτω.

ϟ΄. Κλάσμα ἐὰν γένηται σκεπάρνου, τερέτρου, πρίονος, πελέκεως, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς, μετάνοιαι ρ΄.

Περὶ τοῦ Κτηνίτου.

ϟα΄. Ἐὰν μὴ τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιῆται ἐν τοῖς κτήνεσιν, εἴτουν τὸ ἐν καιρῷ ὕδωρ διδόναι καὶ τὴν τροφὴν, καὶ στρωννύειν, καὶ ἀναξύειν, καὶ φιλοκαλεῖν, καὶ ἀποκαθαίρειν, καὶ ψηκτρίζειν, μετάνοιαι λ΄.

83. Si lectum non straverit, nec quae sunt in cella stragula excusserit, et curaverit, aridis vescatur.

84. Similiter si cubiculum bene non mundaverit intra hebdomadam.

De Pistore.

85. Si quis in officina panificii verba fecerit, fratribus panem elaborantibus, metanoeas triginta.

86. Si pistor immodicam sarmentorum flammam subiiciat aut lignornm, vel male panem coquat, metanoeas tres.

De Fabro lignario.

87. Si lignum securi pessumdet, vel abuudantius caedat, vel praeter datam mensuram concidat, vel etiam aliter efficiat inutile, aridis vescatur.

88. Si quis abstulerit instrumentum, fabro lignario inconsulto, vel ex alia officina sumpserit, metanoeas quinquaginta.

89. Si instrumentum pessumdederit in quavis officina, aridis vescatur, et separationis poenam luat.

90. Ruptura si evenerit asciae, terebelli, serrae, securis, vel cuiusvis ferramenti, metanoeas centum.

De Iumentario.

91. Si debitam iumentorum curam non gesserit, sive tempore idoneo potum pastumque praebendo, sive stramine subiiciendo, et fricando, et poliendo, ac mundando atque destringendo, metanoeas triginta.

ϟβʹ. Ἐὰν πολὺ κατελαύνῃ ἐν τῷ μύλωνι ἢ ἐν ἄλλῃ ὁδῷ, ἢ καταῤῥαβδίζῃ, ἢ ἐπιφορτίζῃ πλέον τοῦ δέοντος, ξηροφαγείτω, ἢ καὶ ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

Περὶ τοῦ Διακόνου.

ϟγʹ. Ἐὰν εἰσφέρῃ λόγους, ἢ εἴδη παρὰ τῶν ἔξω ἢ παρὰ τῶν συγγενῶν τοῖς ἀδελφοῖς, ἀφοριζέσθω ἡμέραν μίαν.

ϟδʹ. Ἐὰν ἐν ταῖς ἀγορασίαις ἢ ἐν ταῖς πράσεσι, διαμάχηται, ἢ παροξύνηται, ἢ ὁρκοποιῆται, καὶ μὴ μέχρι βʹ, καὶ γʹ φωνῆς ποιῆται τήν τε πρᾶσιν καὶ τὴν ἀγορασίαν, ἀνὰ μετανοίας νʹ, καὶ ρʹ.

ϟεʹ. Ἐὰν μὴ μετὰ προσηκούσης εὐλαβείας ποιῆται τὰς ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου ἐξόδους, ὥστε μετ᾽ εὐχῆς περιπατεῖν καὶ στιχολογίας, μὴ περιβλεπόμενος εἰς γυναικείας ὄψεις, ἢ εἰς ἄλλα ἀνωφελῆ, ἵνα τὸ ὅσον ἐπ᾽ αὐτὸν δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ τῆς τῶν ὁρώντων ὠφελείας, ξηροφαγείτω ἡμέραν μίαν.

Περὶ τοῦ Διδασκάλου τῶν παίδων.

ϟςʹ. Ἐὰν μὴ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν καὶ πατρικὴν διάθεσιν ἔχῃ, ὥστε ἐκτρέφειν τὰ νήπια ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, ἱμειρόμενος αὐτῶν κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, θάλπων, καὶ περιέπων πᾶσαν τὴν σωματικὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν, ἀνὰ μετανοίας ρʹ, καὶ ξηροφαγείτω, ἢ ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν.

ϟζʹ. Πάντα αἰσχρὸν λόγον ἢ ὀνειδιστικὸν, πάρεξ τῶν ἀρχόντων καὶ παιδευτικῶς ταῦτα λαλούντων, ὁ ἐκφέρων ἐν τῇ ἀδελφότητι, ἀνὰ μετανοίας νʹ.

92. Si diu agitaverit in pistrino vel in via, aut virga nimis contuderit, vel plus aeque onus imposuerit, aridis utatur, vel etiam separetur uno die.

De Administro.

93. Si deferat sermones, aut responsa, aut res aromaticas ab extraneis aut ab adfinibus ad fratres, separetur uno die.

94. Si in emptionibus aut venditionibus contenderit, aut excanduerit, aut iuraverit, et non potius post unum aut alterum verbum venditionem emptionemque fecerit, metanoeas quinquaginta et centum.

95. Si absque congrua religiositate de monasterio egressiones faciat, videlicet precative ambulando, psalmos recitando, muliebres aspectus aliaque vana vitando, ut quantum in ipso est Deus honoretur, cum spectantium utilitate, aridis vescatur uno die.

De puerorum Magistro.

96. Si viscera misericordiae et paternam affectum non habeat, ut pueros disciplina et monitis Domini educet, diligens eorum animas simul et corpora, fovens, omnemque corporalem curam impendens, metanoeas centum faciat, et aridorum esu atque unius hebdomadae separatione puniatur.

97. Quemlibet turpem aut contumeliosum sermonem, exceptis praesulibus et iis qui corrigendi causa sic aliquando loquuntur, si quis coram fraternitate protulerit, metanoeas quinquaginta faciat.

Περὶ τοῦ Κοσμήτου.

ϟη'. Ἐὰν μὴ δὶς τῆς ἑβδομάδος πᾶσαν τὴν μονὴν φιλοκαλῇ, μετάνοιαι ν', ἢ ξηροφαγείτω.

Περὶ τοῦ Κανονάρχου *.

ϟθ'. Ἐὰν παρὰ τὴν ὡρισμένην ὥραν, ἤγουν τοῦ μεσονυκτίου τὸ καθημέραν, καὶ τὸ προμεσονυκτίου τὸ κατὰ κυριακὴν ὑπερβάλλων ἢ ἐλλείπων, τὴν πνευματικὴν καταφρονήσῃ σάλπιγγα, ἀνὰ μετανοίας λ', καὶ ν', καὶ ρ'.

ρ'. Ἐὰν μὴ πᾶσαν ὥραν λειτουργικὴν ἐγκαίρως σημαίνῃ, τὴν ἀδελφότητα καλῶν, μετάνοιαι ρ'.

ρα'. Ἐὰν καταληφθῇ κατὰ πρόσκλησιν ἢ προσπάθειαν εἰσβάλλων ἀδελφὸν, εἴ τε πρὸς κατάγνωσιν, ἢ καὶ ἀποστερῶν, ἢ καὶ ὑπερπλεονάζων, ξηροφαγείτω.

ρβ'. Ἐὰν μὴ τὴν δέουσαν ἐπιμέλειαν καὶ καθαρειότητα ἐνδείκνυται ἐν τοῖς πρωτολογίοις, εἴς τε τὰ κοντάκια εἰς ἕκαστον βιβλίον ὃ ἐπικρατεῖ, ὅπως μὴ ἀχρειωθῇ ἢ ἐκ σάλου τῶν κανοναρχούντων, ἢ ἐξ ἐπιστασίας κανδήλας, ἢ ἐξ ἐκχύσεως κηραψίας, ἢ ἐκ ῥύπου καὶ ὑδρωμάτων χειρὸς, παραστάσιέν τῇ τραπέζῃ ἔξω.

ργ'. Ἐὰν [μὴ] προλέγῃ τῷ μέλλοντι ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν, ὡς προκατηρτισμένον εἶναι καὶ διεσκεμμένον εἰς ἑκάτερα, ἀνὰ μετανοίας κ'.

ρδ'. Ἐὰν απομείνῃ κανὼν μὴ ψαλθεὶς κατὰ τὴν δέουσαν ἡμέραν, μετάνοιαι ρ'.

Περὶ τοῦ Ταξιάρχου *.

ρε'. Πᾶσαν εὐταξίαν εἰ μὴ φυλάττοι, πρῶτον αὐτὸς, ἔπειτα δι' ἐξουσίας τῆς οἰκείας διακονίας παρατηρῇ καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἀδελφότητι, ὥστε χοροστατεῖν

* Confer Studitae carmen X. De canonarcha Goar. p. 22 et Cangius.

* Confer Studitae carm. XI.

De Atriensi.

98. Nisi bis in hebdomada totum monasterium mundaverit, metanoeis quinquaginta, vel aridorum esu puniatur.

De Canonarcha.

99. Si praeter definitam horam, id est noctem dimidiam quotidie, et ante dimidium noctis die dominico, excedens aut minuens, spiritalem tubam neglexerit, metanoeas triginta et quinquaginta et centum.

100. Nisi omnem horam liturgicam tempore suo designaverit, fraternitatem vocando, metanoeas centum.

101. Si is deprehendatur favore aut peculiari affectu fratrem prosequi: vel etiam improbare minus aut plus aequo, aridis vescatur.

102. Si debitam curam et munditiem non adhibuerit in protologiis, et erga contacia, et circa quemvis librum possideat, quominus depereat vel iactatione praecentorum, vel ex impendente lampade, vel ceromatis effusione, vel sordibus et sudore manus, rectus stet extra ianuam triclinii.

103. Si lecturum vel psalmos cantaturum non praemonuerit, ut paratus meditatusque ad alterutram rem accedat, metanoeas viginti.

104. Si quis canon non fuerit cantatus proprio die, metanoeas centum.

De Taxiarcha.

105. Nisi rectum ordinem ipse primus custodiat, deinde pro sui officii potestate

αὐτοὺς ἁρμοδίως, καὶ μάλιστα ἐν καιρῷ καταλλήλως πρὸς ἡλικίαν καὶ τὰς εἰδήσεις καὶ τὰς εὐφωνήσεις, ἀνὰ λ', καὶ ν', καὶ ρ' μετανοίας.

ρϛ'. Ἐὰν μὴ τὸ ματρίκιον κρατῇ ἐπιπόνως, εἰς τὸ εἰδέναι ἑνὸς ἑκάστου τὸν βαθμὸν, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς ὅλης ἀδελφότητος, ἵνα τοὺς κεκοιμημένους παραπέμψαι ἐγγράφεσθαι τῷ πρωτοδιακόνῳ ἐν τοῖς διπτύχοις· Τοὺς δ' ἐξ ἀβουλίας ὑποδράσαντας διὰ ζητήσεως κατέχοι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐπιβάλλοι, ἀνὰ μετανοίας ρ'.

* Ita codd. non δέ.

ρζ'. Ἐὰν μὴ τὰ ἱερὰ καὶ θεῖα ἀναθύματα * μετὰ φόβου καὶ τρόμου διαχειρίζηται, ὥστε τὰς κατὰ καιρὸν ὑπενδύσεις ποιεῖσθαι τῆς θείας τραπέζης καὶ τῶν ἄλλων πνευματικῶν ἱερουργικῶν κειμηλίων· καὶ εἰ μὴ διπλοῖ καὶ τίθησιν ἐπισπάστρας, μετάνοιαι λ', καὶ ν'.

Περὶ τοῦ Ὑφάντου.

ρη'. Ἐὰν μὴ ὁ πρῶτος ἐπιδιδοῦ πρωΐθεν ἑκάστῳ τὸ ἔργον, καὶ φυλάττοι τοῦτο μὴ γενέσθαι παράχρησιν τινὰ ἔν τε τοῖς ἐρίοις καὶ τοῖς ἐριουργηθεῖσι στήμοσιν, ἀνὰ μετανοίας ν'.

ρθ'. Ἐὰν ἐξ ἀμελείας διακόψῃ τροιὰν, ἢ ἐκ θυμοῦ κατὰ τῆς κερκίδος κινηθεὶς συντρίψῃ αὐτὴν, μετάνοιαι ν'.

ρι'. Ἐὰν μὴ πρεπόντως ὑφαίνοιντο οἱ χιτῶνες παρατηρουμένης ἐν τῇ ὑφανσίᾳ καὶ λώματος στιβαρότητος καὶ ἰσονημίας καὶ καθαροχειρίας, μετάνοιαι 1) πεντήκοντα.

eumdem in universa fraternitate retineat; et nisi omnes convenienter in choro disponat, et in primis opportune, pro aetate, peritia, et vocis harmonia; metanoeas faciat triginta, et quinquaginta, et centum.

106. Nisi matriculam sedulo teneat, ut sciat uniuscuiusque gradum, et totius fraternitatis numerum, ideoque negligat defunctos significare protodiacono qui ponat in diptychis: et siqui insipienter diffugerint, eos quaerendo non teneat; vel si quid aliud huiusmodi inciderit, metanoeas centum faciat.

107. Si sacra divini sacrificii instrumenta non cum timore et tremore contrectet, ita ut suo tempore venerabilem mensam vestiat, nec non cetera spiritalia liturgiae cimelia, et nisi plicet superque imponat tegumenta, metanoeas triginta et quinquaginta.

De Textore.

108. Nisi ipse primus mane distribuat unicuique pensum, deique operam ne quis fiat abusus in velleribus et laneis staminibus, metanoeas quinquaginta.

109. Si per incuriam praeciderit subtemen, vel ira commotus pectinem fregerit, metanoeas quinquaginta.

110. Nisi decenter texantur tunicae, servata in texendo et fimbriae densitate, et fili aequalitate, et manus puritate, metanoeas quinquaginta faciat.

1) Quid sit metanoea, satis docet Goarius in Euchologio p. 10, nempe illam a Graecis, praesertim monachis, duplici modo fieri: vel enim, inquit, ore manibusque terrae affixis, cum genuum inflexione profundissime inclinantur et procumbunt, et tunc est *μετάνοια μεγάλη*, quae etiam *στρωτή*. Si vero minus corpus inflectant, dicitur *μικρά*. Cum vero plures persolvunt, ultimas semper minores et minores faciunt, simulque oratiunculam aliquam proferunt.

In vetere codice vaticano 431. *f.* 168. *b. extant S. Basilii Constitutiones monasticae haud tamen cuiusmodi sunt in tomo secundo editionis Garnerii, sed breviores, quamquam initium idem est:* τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος: *et in capitula tantum triginta distribuuntur. Prorsus codicis vaticani eadem ratio est, quae caesarei vindobonensis LXV. a Lambecio descripti Comment. B. Caes. lib. III. ed. Kollar. p.* 315. *Titulus autem operis duplex est in codice vat., nempe initio:* διάταξις ἀσκητική, πρὸς τοὺς μονάζοντας καὶ τοὺς ἐκ κοινοβίῳ ἀσκοῦντας, *ut in editione Garnerii. In calce autem:* τέλος τῶν κεφαλαίων τῶν μικρῶν, ἤτοι τῶν μερικῶν ἀσκητικῶν τοῦ ἁγίου Βασιλείου: explicinnt Capitula parva, seu particularia Ascetica sancti Basilii. *Habemus igitur, ut antea Regularum compendium in Regulis brevius explicatis; ita nunc Constitutionum monasticarum quasi compendium, vero auctore eodem Basilio, ut ipse Lambecius ultro agnoscit atque fatetur. Iamvero post id Basilii opusculum legitur in codice vat. (at in vindob. praecedit) Theodori Studitae scholion, quo demonstratur, hunc esse genuinum S. Patris foetum. Contendit nimirum Studita, id palam inde fieri, quod stilus et tota scripti ratio sensusque aliis S. Basilii Asceticis conformis sit. Porro ut argumentum suum Studita firmiter teneat, defendit simul, illa quae habemus in editionibus Basilii Ascetica, esse genuina, contra nonnullorum vanas dubitationes: qua re confirmata, sequitur ut aeque* διατάξεις, Constitutiones, *Basilii sint. Iam hoc ineditum Studitae scholium praecidendae quaestioni idoneum est, quae prolixe agitatur a Garnerio T. II. in praef. p. XXXV. et seqq. de Asceticorum vero parente Basilio: itemque alteri, qua idem Garnerius praef. p. LXVI. et seqq. immerito contendit contra Combefisium, Constitutiones monasticas non Basilio, sed Eustathio sebasteno, esse inscribendas. Iam veterum auctoritates a Studita laudatas partim hauserat ex aliis fontibus etiam Garnerius, verumtamen hoc insigne Studitae scholion, seu prologum, ignoravit: quam nos scriptiunculam in hac nostra Studitae mantissa omittendam non iudicavimus, tum quia praeclara per se est, tum quia crisi operum S. Basilii perutilis. Nam quod ad hoc proprie breviatum Basilii opusculum spectet Studitae scholion, dubitari nequit: non quia tantum illi in codice subtexitur, sed quia in eo diserte nominatur titulus* μερικά, *qui proprius, ut supra diximus, scripti illius basiliani est.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΣΤΟΥΔΙΟΥ.

α'. Ὅτι γνήσιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὸ παρὸν σύνταγμα, δῆλον μὲν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑψηγορίας, τοῦ τε εἴδους τῆς φράσεως· δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ συνεμπίπτειν ταῖς τῶν ἄλλων ἀσκητικῶν ἐννοίαις τε καὶ λέξεσιν· ὡς μὴ δοκεῖν τι ἄλλο τῷ καὶ μικρὸν γοῦν ἐπεσκεμμένως ἀναγινώσκοντι, ἢ θάτερον ἐν θατέρῳ διέρχεσθαι· ὅτι δὲ ἐκεῖνα τοῦ πατρὸς, τίς ἀντερήσει, ἢ ὃς τυφλώττοι κατὰ νοῦν ἐνεργούμενος τὴν κακίαν: οἶμαι γάρ τινας δριμυττομένους τῷ ἀκριβασμῷ τῆς διδασκαλίας, προσλαβόντάς τε ἐπί- Cod. vat. 431. f. 202.

THEODORI PRAEPOSITI STUDII.

Quod praesens opus magni Basilii genuinum sit, patet tum ex charactere sublimis eloquii, tum etiam ex genere phraseos: postremo inde etiam apparet, quia consonat ceterorum Asceticorum sententiis ac verbis: ita ut vel parum attente legenti, nihil aliud videatur quam unum in altero insertum procedere. Iam vero quod illa (Ascetica) parentem Basilium habeant, quis contradicet, nisi qui et caecus sit et pravitate mentis laborans? Puto enim nonnullos doctrinae severitatem aegre ferentes, suaeque au-

κουρον τῆς αὐθαδείας τὸ εἰπεῖν τινὰ τῶν ἱστοριογράφων 1) παρά τισιν ἀμφιβάλλεσθαι ῥιψοκινδύνως νόθα αὐτὰ φᾶναι· οἱ δ' αὐτοί μου δοκοῦσι καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴν, τήν τε Πέτρου δευτέραν, Ἰωάννου τὲ τὴν ἀποκάλυψιν, ἑτέρας τὲ καθολικὰς, πρὸς συγγράμμασι τισὶ πατρικοῖς, ἐπειδὴ ὁμοίως ἀμφιβάλλονται, ἀποβάλλεσθαι· ἀλλ' εἰ τὸ δεύτερον ἀσεβὲς, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ πρότερον, ἤδη ἀποδεδεγμένων παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀμφοτέρων, καὶ οὐδαμῶς τοῦ ἀμφιβόλου χώραν ἔχοντος ἐστὶ 2). Εἰ δὲ τὸν Θεολόγον 3) μὴ ὑπομνηματίσαι φήσωσιν, ἢ ἐπιπολαίως ἀνέγνων, ἢ συνιέντες κακουργοῦσι· νομοθεσίαι γὰρ μοναστῶν ἡνίκα φησὶν ἔγγραφοί τε καὶ ἄγραφοι 4), τί ἄλλο ἢ πάντως γε ταῦτα δηλοποιεῖται; Ἀπόδειξις δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας θεωρίας· ὃ γὰρ λέγει Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς, τὰ ἱερὰ γράμματα παρὰ τῶν γονέων μεμαθηκέναι 5), φησὶ Γρηγόριος, τὰ μὲν δὴ πρῶτα, παρὰ τῷ πατρὶ σπαργανοῦταί τε καὶ διαπλάττεται 6)· εὕροι δ' ἄν τις καὶ τὸν ὅσιον Θεοδόσιον 7) πρός τισιν ἄλλοις κεχρῆσθαι αὐτοῖς, ὡς δηλοῖ ὁ περὶ αὐτοῦ βίος. Πρὸς τίνα δ' αὖ ἄρα ἔμελλον ἕτερον ἐπερωτᾶν τὰ καθ' ἡμᾶς οἱ πάλαι ἐπερωτηκότες μονάζοντες; ἢ τίνος ἦν ἄλλου ἐν τηλικαύτῃ ἐξουσίᾳ νομοθετεῖν, καὶ ὅλην ὑπόθεσιν σωτηρίας τὴν περὶ αὐτὰ πραγματείαν συστήσασθαι; ὡς μὴ δ' εἶναι ἄλλως σχεδὸν βαδίζειν ἀπταίστως τὴν κατὰ θεὸν πορείαν, ἢ ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν ὑφήγησιν. Ἡ τοίνυν δω-

daciae auxilium inde sumentes, quod historicus quidam, de scripto hoc dubitari dixerit, idcirco temere nothum pronunciare. Porro iidem hi videntur mihi, epistolam quoque ad Hebraeos, et Petri secundam, et Iohannis apocalypsin, et alias catholicas, nec non patrum scripta nonnulla, quandoquidem aeque de iis dubitatum fuit, videntur inquam reiecturi. Quod si hoc alterum impium est, quod ni et illud? postea quam haec aeque omnia ab ecclesia recepta fuerunt, nihilque iam ambiguitati locus superest. Quod si Theologum horum mentionem non fecisse dicent, ii vel supine legerunt, aut rem intellectam, male dissimulant. Nam cum dicit Theologus legislationes monachorum scriptas et non scriptas, quid oro aliud quam has lucubrationes prorsus designat? Sed alia quoque ratione idem demonstratur. Nam quod ait Basilius in Asceticis, sacras se litteras a parentibus didicisse; ait ecce Gregorius illum primo quidem apud parentes infantem fuisse atque educatum. Quin etiam sanctum Theodosium comperimus his Asceticis usum, ut eius vita ostendit. Nam quem alium consulturi fuissent de rebus nostris monachi veteres consilia petentes? Vel quisnam alius pari auctoritatis pondere leges ferre potuisset, et universam salutis summam in huiusmodi statuto concludere? extra quod nemini ferme licet tutum ad Deum iter

1) Est hic Sozomenus hist. lib. III. 14.

2) Vides Studitae iudicium de ecclesiae in designandis admittendisque scripturis canonicis auctoritate; cui sententiae, etiam de minoribus partibus, favet Eusebius in quaestionibus ad Marinum, apud nos T. IV. part. I. p. 256.

3) Dicit Gregorium nazianzenum orat. XLIII, quae est funebris S. Basilii laudatio, ubi n. 67. enumerans aliquot s. patris scripta, de Asceticis, ut de aliis multis, silet.

4) Verba haec sunt in dicta oratione n. 34.

5) In edit. Garnerii T. II. p. 213. — 6) Greg. naz. orat. cit. n. 12.

7) De hoc Theodosio Garnerius in praef. p. XXXIV. Ibidem Garnerius inter testes Asceticorum nominat etiam Studitam nostrum, qui in laudatione Platonis magistri sui (n. 23.) ait hunc S. Basilii νομοθεσίας legere solitum. Attamen ut supra diximus Studitae hoc vaticanum scholium Garnerium latuit.

σιν ἰσόῤῥοπα ἕτερα ἀσκητικὰ, ὡς ἐκείνων ὄντων τοῦ μεγάλου Βασιλείου· καίπερ οὐδ' οὕτως ἄλλος εἴη Βασίλειος, διὰ τὸ ἰσοδύναμον τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ φθέγματος· ἢ μὴ καὶ οὐ βουλόμενοι, πάντως καταδέξονται τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἶναι. Ἰστέον δὲ ὡς τὰ μὲν ἄλλα, τὰ καθόλου ἀσκητικὰ εἴρηται· ταῦτα δὲ, τὰ μερικά· ἔδει γὰρ τὸν λαμπτῆρα τοῦ κόσμου πρὸς ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀκτῖσι τῶν διδαγμάτων καταυγάζοντα τὴν ὑφ' ἥλιον, φωτίσαι ἡμᾶς καὶ τοῖςδε τοῖς δυσὶ συγγράμμασι 1).

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ στουδίτου
ἑρμηνεία τῆς θείας λειτουργίας τῶν προηγιασμένων 2).

Ἄκουσον δή μοι, τέκνον, καλῶς τὸ πῶς δεῖ τὴν τῶν προηγιασμένων ἐπιτελεῖν τελετήν. Ἐν γάρ τοι ταῖς ἄλλαις ἱερουργίαις ἀνακεκαλυμμένως καὶ καὶ ἀνενδοιάστως ἡ ἱερουργία ἐπιτελεῖται· ἐν δέ γε ταύτῃ συνεσκιασμένως καὶ πενθηρῶς· διὸ καὶ μυστικωτέρα εἰς πᾶν ἡ τελετὴ γίνεται· τοίνυν ὁ ἱερεὺς τὴν ἱερατικὴν ἐνδυόμενος στολὴν, τὸ τρισάγιον ὁλοκλήρως φθεγγόμενος, καὶ τὸ τῆς ἡμέρας τροπάριον, σὺν τῷ ἱλάσθητί μοι ὁ θεὸς τῷ ἁμαρτωλῷ, ἐπιλέγων τρίτον, καὶ τὴν εὐχὴν τοῦ θυμιάματος λέγων, ἐνώπιον τῆς θείας τραπέζης ἐφίσταται, καὶ σταυροειδῶς θυμιῶν ἐκφωνεῖ· οὐχὶ τὸ εὐλογημένη ἡ Cod. ottob. 418 f. 362.

tenere, id est sine ipsius ducatu. Aut igitur concedant, paris esse ponderis haec altera Ascetica, ut illa quae sunt magni Basilii: quamquam reapse haud alius cogitari potest Basilius, propter aequalem spiritus verborumque vim: aut inviti etiam, haec esse magni Basilii admittant. Sciendum vero est, priora illa dici universaliter Ascetica; haec autem particularia. Oportebat autem mundi lampadem, praeter alios doctrinarum suarum radios, quibus subsolanam regionem collustrat, his quoque ambabus lucubrationibus nos illuminare.

Sancti patris nostri Theodori Studitae
explicatio divinae liturgiae Praesanctificatorum.

Audi me, diligenter fili, quomodo debeas Praesanctificatorum ritum exequi: namque in sacris aliis functionibus aperte et extra omnem ambiguitatem res sancta peragitur: haec autem velato ac lugubriter fit: ideoque magis mystica in cunctis haec functio evadit. Igitur sacerdos ornatu sacerdotali indutus, trisagium totum recitans, nec non diei troparium, dicensque ter verba: *propitius esto Deus mihi peccatori;* orationem quoque thymiamatis recitans, ante sacram mensam consistit, et in modum crucis thurificans exclamat; non tamen verba *benedictum regnum tuum* pronunciat,

1) Theodorum nostrum Basilii scriptis valde delectari solitum, praecipueque illis πρὸς μονάζοντας, quae diurna nocturnaque manu versabat, mores suos iisdem conformando, narrat Michaël monachus in eius vita cap. XIII.

2) De missa Praesanctificatorum apud Graecos extat copiosa Leonis Allatii dissertatio in calce operis eius de Consensu eccl. occid. cum orient., ubi plurimis relatis auctoritatibus, hanc tamen Studitae scriptiunculam ignorasse videtur.

βασιλεία ἀνακηρύττει, ὡς νίκης τρόπαιον καὶ αὐθεντίας ἀπροσωπολήπτου, ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ Θεὸς λέγων, ὡς ταπεινότητος σύμβολον καὶ ἱκετηρίας ἀπαραθραύστου· τὸ δὲ προφητικὸν ἐκεῖνο προοίμιον παρὰ τῶν ἀδελφῶν κηρύττεται, καὶ ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς ἐπιλέγει τοῦ λυχνικοῦ· τέλος δὲ κἀκείνων καὶ τούτων λαβόντων, τὴν συναπτὴν σὺν τῇ ἐκφωνήσει ἐπιτελεῖ· καὶ ἑτοίμως ὁ ἀναγνώστης τὸ τῶν ἀναβαθμῶν κανόνα ἐναρξάμενος, ὁ θεῖος οὗτος μυσταγωγὸς τὸν ν' ἀνὰ στόμα διεξιὼν, τὸν προηγιασθέντα ἄρτον ἐν τῇ προθέσει διακοσμεῖ ἀνελλιπῶς· εὐθὺς δὲ εἰς ἓν ἕκαστον ἀντίφωνον τῶν ἀναβαθμῶν, μικρὰν αἴτησιν ἐκφωνεῖ· τοῦ δέ γε ψαλμοῦ παρὰ τοῦ ψάλτου ἠχουμένου, τὸ ἱερατεῖον ὅλον σὺν τῷ ναῷ ἐπιθυμιᾷ· καὶ τῶν τροπαρίων ψαλλομένων μετὰ τὴν δόξαν, ἡ εἴσοδος χωρὶς τοῦ εὐαγγελίου μετὰ θυμιατοῦ λέγεται· καὶ τῶν ἀναγνωσμάτων ἀναγινωσκομένων, οἱ ἀδελφοὶ ἐφιζάνουσι· μετὰ δὲ τὴν τούτων συμπλήρωσιν, τὸ κατευθυνθήτω ὁ ἱερεὺς ᾄδει μετὰ τῶν συνηνωμένων αὐτοῦ στοίχων, τῶν ἀδελφῶν τὸ γόνυ κλινομένων, ὃ καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς τοῦτο γίνεται· μετὰ γὰρ τὴν τῶν θείων δώρων εἰσόδευσιν, ἑτοίμως αἱ θύραι κεκλείσκονται· ὁ δὲ ἱερεὺς τῷ ἀνωτάτῳ πέπλῳ, ὃ καὶ ἀέρα οἶδεν ὁ λόγος καλεῖν, τὰ δῶρα ἐπικαλύπτει· ἐν δέ γε τῇ τῆς ὑψώσεως ὥρᾳ, οὐ μέν τοι αἴρει τὸ πέπλον, ἀλλ' ἀπὸ κάτωθεν τούτου, τὸν ἄρτον ὑψῶν, λέγει· τὰ προηγιασμένα ἅγια· εἶθ' οὕτως ὁ ἀὴρ αἴρεται· ἔκ τε τῶν τοιούτων καὶ ἑτέρων ὑποδειγμάτων μυστικὴ θυσία 1) ἀνακηρύττεται, καὶ ἄρτι τετελειωμένη, ὡσαύτως καὶ προηγιασμένη τελετὴ, ἔκ τε τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ ἁγίου αἵματος ἡνωμένη· εἶτα καὶ τῶν ἀδελφῶν προσκαλουμένων μεταλαβεῖν, μετὰ φόβου θεοῦ λέγων καὶ πίστεως καὶ ἀγάπης· τύπον

quae sunt veluti triumphalia et absolutae auctoritatis propria; sed *benedictus Deus:* dicit, tamquam humilitatis indicium et enixae deprecationis. Tum etiam propheticum illud prooemium a fratribus recitatur, et sacerdos preces vesperi dicit: qua utraque dictione expleta, collectam elata voce peragit. Statim vero a lectore graduum canone incepto, sacer mystagogus quinquagesimum psalmum oretenus recitat, et praesanctificatum panem in prothesi totum componit. Statimque ad singulas graduum antiphonas, parvam precem elata voce dicit: et dum a psalte canitur psalmus, ipse sanctuarium totum cum templo thurificat: cantatisque tropariis post *gloria,* introitus sine evangelio cum thurificatione dicitur: lectisque lectionibus, fratres sedent. His expletis, sacerdos canit *dirigatur*, cum ei adjunctis versiculis, fratribus genu flectentibus, quod etiam inter preces fit. Etenim post divinorum donorum introductionem, statim ianuae clauduntur. Tum sacerdos superiore seu extimo velo, quod etiam aërem dicere solemus, dona cooperit. Elevationis autem tempore, haud aufert velum, sed ab infima huius parte, panem elevans dicit: *praesanctificata sancta.* Deinde aër aufertur. Atque his aliisque indiciis mystica immolatio proclamatur, tum illa nuper effecta, tum et illa praesanctificata, crucis quoque accessione et sancto sanguine coniuncta. Deinde fratribus ad communicandum invitatis, *cum timore Dei*, inquit, *et fide et caritate:* quibus verbis divinam ac vi-

1) Cod. οὐσία. Quoniam vero codex ottob. recente manu imperite scriptus fuit, menda quoque alia plura tollere debui, ne syntaxis vel sensus claudicarent

ἄρα θεῖον ἐν τούτῳ τῆς θείας καὶ ζωοποιοῦ τριάδος ὑποδεικνύων ὁ λόγος· φόβον λέγων τὴν θείαν καὶ ἀρχίφωτον τοῦ πατρὸς δόξαν· πίστιν, τὸν μονογενῆ καὶ συνάναρχον λόγον· ἀγάπην δὲ, τὸ ἀγαθὸν καὶ πανάγιον πνεῦμα· μετὰ γὰρ τὴν τῶν ἀδελφῶν μετάληψιν, τὸ, σῶσον ὁ θεὸς τὸν λαόν σου, λέγεται· καὶ ἐπιχαράττων τὸ θεῖον σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ, τὰ θεῖα δῶρα οὐδαμῶς ἐπὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ὑποτιθεμένα, ἀλλ' ἑτοίμως τῇ προθέσει πεπερατουμένα· τῆς γὰρ ὑπογεγραμμένης εὐχῆς, μετὰ τὴν ἰδίαν μετάληψιν ταύτην ἐπιτελεῖ ὁ τὴν ἱερουργίαν ποιῶν. Οὕτω σοι κἀγὼ, τέκνον, ἐπιστάμενος προσφέρω, καθώσπερ οὖν ἄρα καὶ τοὺς εἰς ἄκρον ἐπισταμένους ἑώρακα· οὐ μὲν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἑτέραις ἱερουργίαις, οὕτως γίνεται· εἶτα ἡ ἐκφώνησις τῆς μεταλήψεως· καὶ ἡ ἀποκαθίστασις τῶν δώρων ἐν τῇ προθέσει, καὶ αἱ κλείσεις τῶν θείων πυλῶν· ἐκτὸς μέν τοι τῆς ὑψώσεως τοῦ ἄρτου, ὅτι ἀνακεκαλυμμένως ὑψοῦται, καὶ ἡ τελεία προσκομιδὴ ἐν τῇ ἀρχῇ γίνεται· καὶ τὸ εὐλογημένη ἡ βασιλεία, ἀνακηρύττεται τῷ θεῷ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

vificam Trinitatem denotat: timorem appellans divinam luminisque fontem Patris gloriam: fidem, unigenitum et coaeternum Verbum: caritatem denique, bonum et sanctissimum Spiritum. Iam post fratrum communionem, *salva Domine populum tuum,* dicitur: factoque simul sancto venerandae crucis signo, divinis donis haud iam in sacra mensa repositis, sed ilico in prothesi consumptis, absolvitur tota subsequens oratio, post communionem suam, ab eo qui sacerdotis munere fungitur. Haec ego tibi, fili, scienter propono, quemadmodum summe peritos homines vidi facientes. Neque in hoc solum sacrificii genere, verum etiam in aliis perinde fit. Deinde communio proclamatur, et donorum ad prothesim translatio, et venerabilium ianuarum clausura: excepta panis elevatione, qui palam elevatur. Et perfecta oblatio initio fit; et *benedictum regnum tuum* cantatur Deo nostro; cui honor per saecula. Amen.

DE MISSA GRAECORUM PICTA

EPIMETRUM.

Quoniam in graecae missae argumento versati sumus, placet heic breviter narrare de picturis aliquot adhuc ineditis, sed a me postea oblata occasione vulgandis, sacrosanctum hunc ritum (missae tamen communis, non Praesanctificatorum), repraesentantibus; quibus ego nihil fere vidi elegantius, aut floridiore colorum gratia iucundius, inter graecae liturgiae monumenta. Igitur pictura I. Pars graeci templi sacris iconibus exornati, ante quas lampades pendent. In medio thronus, in quo residet S. Gregorius theologus episcopaliter indutus, id est phelonio crucibus interstincto, et omophorio seu pallio, librum tenens, et benedicens tribus graeco more elatis digitis, id est ψηφίδι τῶν δακτύλων, ut loquitur S. Sophronius p. 47. in egregio suo commentario liturgico a nobis edito in Spicil. rom. tomo IV. Datus autem locus Gregorio in hac prima pictura fuit, quia is unius e sacris liturgiis auctor est, quam habemus apud Renaudotium T. I. (Et quidem ibi in dissert. p. XCVII. profertur eius titulus: ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου θεολόγου.) Circumstant monachi grandi schemate induti cum cucullis cruce signatis: et quidem monachi, decore et gravitate conspicui, in his picturis, ipsorum iussu aut opera ut puto elaboratis, numquam

desunt. II. Diaconus cum tonsura clericali, sticharío indutus, orarium seu stolam tribus digitis tenens (de qua re Goarus in Euchológ. p. 25.) ante bematis ianuam, βημόθυρον, canens: ἐν εἰρήνῃ Θεῷ δεηθῶμεν. Cancellos bematis ornant pervenustae imagines Iesu, Mariae, et Praecursoris (de cuius imagine in missae ἐνάρξει praeferri solita Sophronius p. 39.), item Christi sepultura, et crux insignis. Infra Michaël archangelus loricatus et chlamydatus, nec non monasterii abbas senior in sella cum cruce de collo pendente. III. Rursus nobiles picturae in bematis καγκέλλοις. Infra sacerdos cum phelonio rubro (de quo Sophron. p. 36.) ad missam procedens cum libro evangelii, comitantibus diacono et subdiacono cum cereis: prorsus ut ait Sophronius p. 42: ὁ ἱερεὺς ἐξέρχεται βαστάζων τὸ εὐαγγέλιον, ὡς ὁ Χριστὸς τὸν σταυρόν. Τὰ κηρία ὀψικεύοντα ἐν τῇ εἰσόδῳ δεικνύουσι τὸ θεῖον φῶς. Et quidem tum in hac tum in sexta pictura gestatur sacerdos ab angelis, dum bematis ianuam ingreditur vel inde egreditur. Namque idem Sophronius ait p. 43: ὁ ἱερεὺς ἐν τῷ συνθρόνῳ βασταζόμενος ὑπὸ διακόνων ὡς ἀγγέλων. Et p. 32: τῶν διακόνων ἱσταμένων εἰς τύπον τῶν ἀγγέλων. IV. Sacerdos, seu episcopus, intra βημόθυρον phelonio albo (de quo idem Sophr. p. 36.) indutus, manibus extensis orans: post quem diaconus sticharío et orario ornatus, legens. Quia vero angeli a graecis liturgicis et a patribus (adi Chrysostomum de Sacerd. lib. VI. 4.) adsistere huic tanto mysterio dicuntur, idcirco a pictore duo heic sunt additi angeli; nempe ut dicunt inscriptiones: ἔφη Μιχαὴλ ὁ ἄρχων, σοφία (id est ut explicat Sophronius p. 48. Θεέ) καὶ ὁ Γαβριὴλ, πρόσχωμεν. In superioribus Christus dominus de nube benedicens: ὁ δεσπότης ἔφη, εἰρήνη πᾶσι. Ibidem David cum harpa, ob indicandam psalmodiam. (Confer rursus Sophr. p. 45.) V. Sacerdos ad altare liturgia fungens, manibus passis. Altari imminet curvum lacunar, graece κόγχη, κατὰ τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ut ait Sophronius p. 32. Sustinent κόγχην quatuor παρακιόνια, columnae, κατὰ μίμησιν τῶν τεσσάρων ζώων τῶν ὀφθέντων τῷ προφήτῃ, ut scribit idem Sophronius p. 33. Ignis de altari in caelum conscendens, quia ut ait epigraphe, ἕκαστος λόγος τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὡς πῦρ ἐγένετο, καὶ ἔφθασεν μέχρι τοῦ οὐρανοῦ. Vel quia, ut ait Sophronius p. 33. ἁρμόζει τὸν ἱερέα ὡς πῦρ φλέγον εἶναι. Cui miris verbis consonat S. Cyrillus alex. (de ador. in sp. et ver. lib. XII. opp. T. I. p. 137): πρέπει ἄνδρας τοὺς ἱεροὺς, καὶ Χριστῷ τὴν οἰκείαν ἀναθέντας ζωὴν, θερμοὺς καὶ ζέοντας ὁρᾶσθαι τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο διὰ παντὸς, οὐκ εἰς ἀπόψυξιν καταφερομένους διὰ κοσμικῶν ἡδονῶν, ἀναζωπυροῦντας δὲ μᾶλλον ἐν ἁγιασμῷ τὸν νοῦν εἰς φιλοθεΐαν καὶ ἔφεσιν ἀρετῆς: *decet sacros viros, qui Christo vitam suam dicarunt, calentes ferventesque spiritu conspici, idque perpetuo: neque ad refrigerium delabi per mundanas voluptates, sed mentem potius sanctitate ad Dei amorem et virtutis appetitionem exsuscitare.* Adest monasterii abbas in parvo throno sub minore lacunari rectus stans. Item Michaël archangelus diabolum expellens εἰς τὸ ἐξώτερον πῦρ; ut significet, malae conscientiae homines nec non catechumenos ecclesia sanctisque mysteriis esse excludendos, quod satis colligitur ex epigraphe. VI. Sacerdos sacrum calicem gestans gestatus ipse ab angelis, ut ait inscriptio: ἄγγελοι βαστάζοντες τὸν ἱερέα μετὰ τῶν ἁγιασμάτων. Rursus sacerdos ad altare, ubi calix, asteriscus, et candelabra ardentia duo. Adstat Michaël archangelus, desuperque aeternus Pater benedicens, duoque angeli preces hominum suscipientes vel deferentes. VII. Sacerdos ad altare manibus passis, retro diaconus legens. In superiore parte insignis pictura angelorum et seraphinorum, medium habentium puerum Iesum, tamquam in rota splendidissima. Ignis (de quo diximus supra) sacerdotem involvens, ut ait epigraphe: πυρὸς φλὸξ ἔπεσεν ἐπὶ τὸν ἱερέα, καὶ ἐγένετο ὁ ἱερεὺς φλογάπυρος ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἕως τῶν ὀνύχων αὐτοῦ. VIII. Sacerdos, seu episcopus, stans in bematis ianua, sanctificatis et dignis divinam eucharistiam de calice sumptam distribuit sacro cochleari. Adstant inclinati, diaconus cum orario in crucis formam disposito, et duo pueri cerophorarii. Qui communicant, non genu flectunt, sed more graeco stant: οἱ παριστάμενοι μεταλαμβάνουσι. IX. Eulogiarum, id est panis benedicti in disco positi, distributio a sacerdote extra bematis ianuam fit. In supernis angeli, imitantes quasi distributionem terrestrem, oblationes ecclesiae ad Deum deferunt: αἱ τῆς ἐκκλησίας ἀπαρχαὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνερχόμεναι, ut ait inscriptio. Hactenus de his novem pulchris eruditisque picturis, quae luce publica dignissimae sunt

EPIMETRUM ALIUD

DE SANCTI EPIPHANII

LITURGIA PRAESANCTIFICATORUM.

1. Nuper p. 95. memoravi sancti Sophronii patriarchae hierosolymitani missae Graecorum explanationem, quam graece ante hos annos ex vaticano codice extuli; eoque libello commode usus sum ad illustrandas quasdam sacrosancti mysterii nobiles picturas. Iam vero a dicto Sophronio, inter eos quos nominat liturgiarum post apostolica tempora auctores, primus ponitur ὁ ἐν ἁγίοις ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, *sanctus illustris Epiphanius;* quam ego nunc notitiam, dum in his paginis rem liturgicam tracto, negligendam prorsus non iudico. En autem Sophronii sub initio libelli contextum, quem nunc latinum ex graeco exhibebo. « Faciebant » apostoli preces mysteriorum divini sacrificii, prout quaeque gens ferre poterat, et pro ad- » iunctis temporum, et persecutorum insidiis. Et precibus quidem, atque exclamationibus, » (prout in liturgia appellantur) fortasse inter se differebant; sed tamen traditionis my- » steriorum forma apud omnes absque ulla varietate perficiebatur, sicuti eam dominus » noster Iesus Christus tradiderat. Post deiloquos autem apostolos, nonnulli sanctorum pa- » trum per se quisque singillatim preces et exclamationes, plenumque sacrosancti ritus » officium composuerunt; veluti sanctus illustris EPIPHANIUS, et magnus Basilius, et divus » Chrysostomus. Simul vero cuncti de scatebris vivifici fontis Paracliti doctrinas suas hause- » runt: quas orthodoxorum ecclesia, tamquam ab ipso Christo dictas factasque recepit. » Et nunc, prae aliis, liturgiae divi Basilii et Iohannis Chrysostomi frequentantur, cum illa » Praesanctificatorum, quam alii esse Iacobi dicunt, qui fratrer Domini vocitatus est, alii » Petri coryphaei, alii aliis adsignant. »

2. Priusquam vero nos ad Epiphanium veniamus, notatu digna credimus Sophronii haec postrema verba de liturgia seu missa Praesanctificatorum Iacobi vel Petri, qui nonnullarum quidem aliarum, quae extant, putantur parentes liturgiarum, minime vero missae Praesanctificatorum. Sed tamen ecce Marcus ev. dicitur Praesanctificatorum missae auctor in fragmento basilianae liturgiae inserto, apud Aloisium Assemanum cod. liturg. T. VII. p. 73, itemque apud Renaudotium liturg. or. T. I. p. 79, qui notitiam insperatam in notis p. 311. miratur. Alii, ut notum est, liturgiam hanc (quae apud Latinos est missa feriae sextae magnae parasceves) S. Gregorio I. papae adscripserunt, cui sententiae contradicit Leo Allatius in priore dissert. de Praesanctif. post opus de consensu p. 1531. Smithus demum vir doctus anglus de hod. stat eccl. gr. ed. Londin. p. 98. sanctum Germanum constantinopolitanum missae huius auctorem fuisse hariolatus est. Atqui inclytus Card. Bona rer. liturg. lib. I. cap. XV. 6. cum Allatio dissert. II. p. 1595. ante dimidium certe quarti saeculi extitisse hanc liturgiam iudicat, ex canone 49. laodiceno in quo sancitur « non oportere in quadragesima panem offerre, nisi sabbato et die dominico tantum. » Et revera Graeci saltem antiquiores quadragesimali tempore, reliquis (praeter duos dictos) diebus non consecrabant, sed utebantur Praesanctificatis die dominico praecedente; quae scilicet est ipsa liturgia, de qua loquimur, Praesanctificatorum. Nunc ad ceteros missae huius controversos auctores accedit etiam cyprius Epiphanius: etenim liturgia in codice vaticano, ut mox dicemus, huic inscripta, reapse Praesanctificatorum est.

3. Quum igitur ex meo Sophronio didicissem novum liturgiae (sive communis per annum, sive saltem Praesanctificatorum) auctorem fuisse Epiphanium, stupebam equidem, nomen huius in nullis apparere liturgiis sive apud Al. Assemanum in liturgico codice, sive apud Renaudotium, sive in tot liturgiis orientalium, graeco fonte plerumque derivatis, quas commemorant Abr. Ecchellensis ad Ebediesum, et Ios. Assemanus passim in bibliotheca orientali, quibus adde catalogum quadraginta liturgiarum chaldaicarum a Schultingio bibl. eccl. T. III. p. 100, contextum: Sed ne ego quidem in editis a me arabicorum, syriacorum,

copticorumque codicum vat. catalogis, ubi multae referuntur liturgiae, Epiphanii nomen reperiebam. Quin immo operum sancti viri editores, et bibliographi plurimi, hoc Epiphanii scriptum, eiusque adeo memoriam ignorare videntur. Attamen supradictum Sophronii testimonium classicum gravissimumque est. Quae cum ita se haberent, converti me ad bibliothecae magnae vaticanae graecos codices; factaque ut potui perlustratione, unicum denique reperi graecum codicem, phoenice plane rariorem, sub numero 1213, in cuius pagina 53. titulum litteris capitalibus hunc lubentissime legi: Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ: DIVINA LITURGIA SANCTI PATRIS NOSTRI ARCHIEPISCOPI CYPRI EPIPHANII MAGNI. Quid per se evidentius, quidve Sophronii testimonio magis conforme? Ergo incensus cupiditate istius operis, de quo iam non dubitabam, Epiphanio adserendi, dilatavi adhuc curas meas vestigando, legique apud Bonam rer. liturg. lib. I. 9. 6. notitiam, quam ex eo exscripsit postea Renaudotius T. I. p. 498, Iobum nempe Ludolfum, magnum illum aethiopicarum rerum scriptorem, in praef. ad aeth. lexicon tradidisse notitiam liturgiae apud eam gentem servatae *sancti Epiphanii orthodoxi*. Mox vero meis ipse oculis inspexi Ludolfi eiusdem ad aethiopicam historiam commentarium, ubi p. 340. decem nominantur Aethiopum liturgiae. quarum tertia est *sancti Epiphanii orthodoxi*. Habemus igitur epiphaniani scripti legitimos testes tres, S. Sophronium, liturgiam aethiopicam, et codicem graecum vaticanum. (Nam de textu et de codicibus apud nos aethiopicis aliàs ut spero dicetur.) Incipit autem, post suprascriptum titulum codex vat. sic. Ὁ *θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ὑποδείξας ἡμῖν τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον, σὺ ἱκάνωσον ἡμᾶς προσενεγκεῖν σοι θυσίαν προηγιασμένην, εἰς δόξαν σου, καὶ μονογενοῦς σου υἱοῦ, καὶ πνεύματός σου τοῦ ἁγίου*: *Deus, Deus noster, qui hoc nobis magnum mysterium ostendisti, tu nos fac idoneos ad offerendum tibi praesanctificatum sacrificium, ob tui gloriam, et unigeniti Filii tui, et Spiritus sancti.*

4. Quod reliquum erat, confirmato iam titulo, contuli ipsum opusculum liturgiae Praesanctifiatorum cum editionibus, quae apud me erant, id est veneta ex hellenica typographia anni 1839; item cum romana eiusdem anni gr. arab.; rursusque cum alia rom. gr. an. 1754; et cum illa denique quam Euchologio inseruit Goarius: deprehendique, excepto ordine et minutioribus partibus, vaticanum codicem cum impressis congruere; quam sollemnem liturgiarum concordiam iamdiu nos docuerat Allatius in priore dissert. cap. 20. his verbis « an » vero eodem ritu omnes liturgiam celebrant, quo olim celebrabatur? Si rem ipsam consideres, » et sacrificii substantiam, omnibus ritu graeco celebrantibus, idem unum convenisse certum est: si preces et quae ad ornatum sacrificii praestantur, quemadmodum et in missa » integra factum est; non est a verosimili alienum, non eadem aetate tantum, sed aliis » atque aliis temporibus multa, pro rei opportunitate, immutata fuisse. » Idemque Allatius cap. 4: « illud etiam observo, Praesanctificatorum liturgiam non unam atque eandem apud » omnes fuisse, sed pro varietate ecclesiarum et temporum, variam. » In epiphaniana quidem illud quod adscripsimus initium ab editis liturgiis differt. Preces etiam pro regibus, exercitu, episcopo, et ceteris ecclesiae ministris, nonnihil variare videbantur. Oratio autem quae incipit: *ὁ θεὸς ὁ ἐπισκεψάμενος*, congruit cum Nazianzeni liturgia quam habemus apud Assemanum cod. lit. T. VII. p. 87. Nec plura dicam; satis enim vaticani codicis continentiam mihi videor exposuisse.

5. Superest ut videamus, num etiam ex Epiphanii cognitis libris argumentum aliquod adsit pro ei vindicanda, vel secus, hac liturgia. In haeresi LXXIX. 3. dicit Epiphanius, apostolos, quos inter Iacobum, *μυστηρίων ἀρχηγέτας*, *mysteriorum auctores* fuisse, id est ut recte intelligitur, divinae liturgiae conditores. Quid inde? Ecce Assemanus cod. lit. T. V. praef. pp. 26. 55. 57. ex hoc Epiphanii dicto hariolatur sancti Iacobi liturgiam ad Cyprum quoque pertinuisse. Cur? Quia nempe Cyprus, Assemani aetate, partim syris patriarchis, partim etiam S. Sepulchri franciscano Custodi suberat; is hodierna tempora ad antiqua immerito transferens, existimavit hierosolymitanam liturgiam Cypri quoque viguisse: quae res argumentum infirmaret, quod Epiphanius cyprius archiepiscopus liturgiam propriam instituerit, sive in-

tegram sive fortasse etiam particularem, cuiusmodi est haec Praesanctificatorum. Atqui non ignorabat Assemanus Cypri olim provinciam fuisse ἀκέφαλον, id est sui iuris, archiepiscopi nullius extranei aut patriarchae ordinationi subiectam. Frustra igitur Assemanus hierosolymitanam liturgiam veteribus Cypriis videtur obtrudere. De Epiphanio non quidem scribente, sed celebrante liturgiam, narratio est in eius graeca vita (ed. Petav. T. II. p. 351.) cap. 38. ubi ait biographus, Epiphanium numquam in missa perficere solitum fuisse oblationem ante quam visionem, ὀπτασίαν, vidisset. Res sane mira, et sancto viro digna! cuius par exemplum legitur de alio episcopo apud Ioh. Moschum cap. 150, itemque in vitis patrum apud Rosweidum lib. I. p. 199. sanctus Basilius missam celebrasse dicitur clarissimo lumine et angelis circumdatus, prout etiam in picturis nuper a nobis enarratis videre est. Et quidem in quinta icone, ubi Archangelus diabolum a missae mysterio temploque abigit, quamquam epigraphe nonnisi diabolum piis adstantibus insidiantem denotat, nihilominus significari puto energumenorum praecipue expulsionem, quos Dionysius eccl. hierarch. cap. III. cum catechumenis et paenitentibus arceri a sacramenti aspectu ecclesiaque excludi solitos narrat. Denique aio cunctas eas icones, secundum quamdam visionem et mysticam allegoriam fuisse depictas, qua caelum cum terra copulatur; id est Christus in sacerdote, ministri minores in angelis repraesentantur, vel iis permiscentur, felici artis phantasia et theologiae doctrina. Sed finis sit, praesertim quia picturae illae haud ad Epiphanii codicem liturgiamve pertinent; super qua satis iam verborum nostrorum fluxisse videtur; et aliorum potius iudicia expectanda censemus.

Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου ἐπιστολὴ 1) πρὸς τὴν σπαθαρίαν 2), ἧς τὸ ὄνομα Μαχαρά.

α'. Τί καλὴ ἐπιστολὴ τῆς εὐγενείας σου, τῇ ἐγχωρίῳ μὲν φωνῇ ὑπηγορευμένη, καὶ τὸ παράδοξον ἐξάπινα τὴν ἐξαγόρευσιν φέρουσα, ὥσπερ τι ἔδνον θεοχάριστον, ἀλλὰ πόθεν ἡμῶν ὄντων ἁμαρτωλῶν, ἡ τοσαύτη σου πίστις καὶ εὐσεβὴς ἐπίχυσις; ἢ ἵνα καὶ ἡμῖν γνωσθείη, τίς καὶ ποταπὴ ὑπάρχεις τὴν εὐσέβειαν, συλλαμβάνουσα μεθ' ἑαυτῆς τὸν κύριον καὶ κεφαλήν· ἀλλὰ Cod. vat. 633 f. 1.

Sancti patris nostri et confessoris Theodori praesidis monachorum Studii epistola ad spathariam, cui nomen Machara.

1. Quid sibi vult pulchra epistola nobilitatis tuae, provinciali sermone dictata, et quod mirum est, statim prae se ferens tuimet revelationem, tamquam Deo gratum munus? Vel cur erga nos peccatores tanta tua fiducia et tam pia effusio? nisi scilicet ut nobis innotescat, quali tu quantaque pietate sis; quae et dominum ca-

1) Praecipuum fere inter Studitae scripta locum tenere epistolas eius, exploratum est. Harum collectio plenissima, in quinque libros distributa, extat magnam partem adhuc inedita in duobus codicibus parisiacis, quorum diligentem more suo notitiam tradit Fabricius B. G. ed. nov. T. X. p. 439. seqq. Quinque hos libros extare etiam in bibliotheca vaticana, dixit auctor indicis alphabetici Patrum in bibliotheca magna lugdunensi; falso tamen, nam quantum ego scio vel exploravi, nihil est apud nos (praeter sparsa epistolia aliquot) nisi codex vat. 1432, insignis hercle et satis antiquus, libros duos epistolarum Studitae continens: ex quo adamussim codice sumpta fuit Sirmondi editio, ut ego conferens certo comperi: nam et lacunae editionis sive maiores sive etiam minimae cum hoc codice prorsus conspirant. Quum igitur parisiacus ille thesaurus a me procul absit, vix ego unam aut alteram adiicere nunc queo epistolam, ex vat. codice 633, cum brevissimis lacunarum aliquot supplementis.

2) Apud Fabricium B. G. tom. cit. p. 444. ineditae duae nominantur Theodori nostri epistolae ad spatharium. Porro scimus *spatharium* titulum fuisse officii in aula byzantina, uxoribus quoque, ut fit, communicatum. Nostra igitur spatharia (cod. spatharea) uxor fortasse illius spatharii erat.

*

μὲν καὶ συνεφελκομένη, καθάπέρ τι ὀψώνιον θεοτράπεζον, καὶ τὰς κυρίας σὰς ἀδελφάς· οὕτω μὲν οὖν θεοπρεπὴς ἡ ἐπιστολὴ, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ὑμῶν χαρακτῆρα ὑποδεικνύουσα ὡραιότατον· ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ λέγειν ἐπιδεδωκέναι ὑμᾶς καὶ αὐτοὺς τῇ ἐμῇ ταπεινώσει, οὐχ ἱκανός εἰμι· πλὴν οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ θεῷ ἑαυτοὺς ἐπιδίδοιτε· διὰ τοῦτο ὀφειλῆται ἐσμὲν, καὶ χαίρειν ἐπὶ τῇ ἀγαθῇ ζωῇ ὑμῶν, καὶ εὔχεσθαι ὑμῖν τὰ ὅσια, καὶ νέμειν μόνον ὃ ἔχομεν, παρέχειν τὸν λεπτὸν ἡμῶν λόγον, ὃ καὶ νῦν ἐπιδιδοῦντες, ἐρωτῶμεν.

genua flectimus, post prooemium statim dicitur: *Domine clamavi.* Et mane ad matutinum post hexapsalmum, dicimus: *Deus dominus;* statimque canonem, et duas lectiones. Hanc vero etiam hebdomadam sine cantu horarum transigimus.

10. Sequitur sancta apostolorum sanctorum quadragesima, et iam incipimus horas quoque psallere semper cum cathismate. Tum in fine psalmodiae dicimus: *Domine miserere, Christe miserere.* Et in primis facimus tres metanoeas pari cuncti celeritate praesidem subsequentes: quas inter extendimus etiam aliquantum manus ad Deum. Deinde sic alias viginti, quanta quisque celeritate potest. Ita agimus in unaquaque synaxi. Ad completorium autem genua flectimus quinquagies, et ad matutinum quadragies.

11. In omnibus matutinis post finem lectionis surgentes, duodecies dicimus: *Domine miserere.* Atque ita denuo incipit psalmodia.

12. Omni sabbato ac die dominico, quotiescumque in his non occurrit vel sollemnitas Domini, vel alicuius sancti memoria, ex epistolis Pauli legimus. Sabbatis autem ad matutinum psallimus cathisma ante psalmum *immaculati.* Deinde *immaculati*, et subinde psalmum quinquagesimum, postea canonem; et fiunt lectiones tres. Namque ad psalmum *immaculati*, non legimus. Loco autem exapostilarii dicimus: *in memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.* Haec quantitas qualitasque psalmodiae protenditur usque ad vivifici ligni exaltationem.

1) Est psalmus CIII. Videsis Goarium p. 23.

ιγ΄ Ἰστέον ὅτι εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παναγίας Θεοτόκου ἤγουν εἰς τὸ λυχνικὸν τὸ μεθέορτον μετὰ τὸ προοίμιον εὐθέως, κύριε ἐκέκραξα· καὶ τῇ ἔωθεν εἰς τὸν ὄρθρον μετὰ τὸ ἑξάψαλμον πάλιν τὸ, Θεὸς κύριος, καὶ εὐθὺς ὁ κανὼν, ἀναγνώσεις β΄· ὁμοίως εἰς τὸ γενέθλιον τῆς αὐτῆς· ὁμοίως εἰς τὴν Χριστοῦ γένναν· ὡσαύτως εἰς τὰ φῶτα· ὡσαύτως εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου· ἐν ἄλλαις δὲ ἑορταῖς, πλὴν τῶν προγεγραμμένων, διπλῶς ἑορτάζειν οὐκ ἔνι· ἀπὸ δὲ τῆς ὑψώσεως ἕως τῆς μεγάλης μ΄, προτίθεται καὶ ἕτερον κάθισμα ἐν τοῖς ὄρθροις, καὶ τὰ τροπάρια δὲ τῶν καθισμάτων διπλοῦνται, λεγομένου μεσοστίχου· γίνονται δὲ ἀναγνώσεις δ΄· ἐν δὲ τοῖς σάββασι τούτοις ψάλλομεν τὰ πρὸ τοῦ ἀμώμου β΄ καθίσματα· εἶτα τὸν ἄμωμον, εἶθ᾽ οὕτως τὸν κανόνα, γινομένων δ΄ ἀναγνώσεων, καθότι εἰς τὸν ἄμωμον οὐκ ἀναγινώσκομεν.

Περὶ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς.

ιδ΄. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ μ΄ ψάλλομεν καθίσματα δ΄, καὶ τὸ τριῴδιον· γίνονται καὶ ἀναγνώσεις δ΄· καὶ τῶν ἀδελφῶν μικρὸν ἀναπαυσαμένων, περὶ τὸ διάφαυσμα σημαίνει ὁ ἐκκλησιάρχης· καὶ πάντων συναθροισθέντων ἐν τῷ κυριακῷ, ψάλλομεν τὴν α΄, μετὰ καθίσματος· οὐ μὴν καὶ ἀναγινώσκομεν ἐν αὐτῇ· ἐν δὲ τῇ γ΄ καὶ ϛ΄ καὶ θ΄ ἀναγινώσκομεν· καθ᾽ ἕκαστον ἀντίφωνον ἤγουν δόξαν εὐχὴ γίνεται παρά τε τοῦ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου· ποιοῦμεν δὲ μετανοίας εἰς μὲν τὰς ὥρας καὶ τὸ λυχνικὸν ἀνὰ λ΄· εἰς δὲ τὸ ἀποδείπνιον ρ΄, καὶ εἰς τὸν ὄρθρον π΄.

ιε΄. Δεῖ εἰδέναι ὅτι τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι ὅλῃ ψάλλομεν τὰς ὥρας ὁμοίως ταῖς πρὸ αὐτῶν, πλὴν τοῦ ἁγίου σαββάτου· καὶ μετανοίας δὲ ποιοῦμεν ἕως

13. Postridie dormitionis sanctissimae Deiparae in lychnico post prooemium statim dicitur: *Domine clamavi*. Et mane ad matutinum post hexapsalmum rursus dicitur: *Deus dominus;* statimque canon, et lectiones duae. Similiter et in nativitate eiusdem, nec non in Christi natalibus, et in festo luminum, et in hypapante Domini. In aliis autem sollemnitatibus, exceptis praedictis, duplicare sollemnem ritum non licet. A crucis vero exaltatione usque ad magnam quadragesimam, praeponitur etiam aliud cathisma in matutinis, et cathismatum troparia duplicantur, dicto mesosticho; et fiunt lectiones quatuor. In his autem sabbatis psallimus duo cathismata ante psalmum *immaculati:* deinde psalmum *immaculati:* postea canonem, factis quatuor lectionibus, quandoquidem ad psalmum *immaculati* non legimus.

De sancta quadragesima.

14. In sancta magna quadragesima psallimus cathismata quatuor, et triodium, fiuntque lectiones quatuor. Et fratribus paululum requiescentibus, circa diluculum signum dat ecclesiarcha: cunctisque in ecclesia congregatis, primam horam cantamus cum cathismate, neque tamen in eadem fit lectio. Horis autem tertia, sexta, et nona fit lectio. Ad singulas antiphonas, id est *glorias*, oratio recitatur a presbytero et diacono. Facimus autem metanoeas in horis et lychnico, triginta; in completorio, centum; et in matutino octoginta.

15. Tota magna hebdomada psallimus horas, sicut antea, sabbato sancto excepto:

ὅτου ἄρξηται τὸ ἑωθινὸν Τρισάγιον, ὅπερ λέγεται μετὰ τὸ στιχηρὸν τοῦ στίχου· μεθ' οὗ προκείμενον, καὶ ἀπόστολον καὶ προφητείαν καὶ εὐαγγέλιον.

ις'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι δ' καὶ παρασκευῇ καὶ κυριακῇ, τῶν ἀδελφῶν ἱσταμένων μετὰ πάσης εὐλαβείας, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου ἀναγινώσκεται ἡ κατήχησις τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου 1)· εἶτα λέγει καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ὁ ἡγούμενος νουθετῶν τοὺς ἀδελφούς· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς κατηχήσεως, δοξάζουσιν, καὶ λέγεται τὸ πάτερ ἡμῶν, καὶ εὐλογεῖτε ἅγιοι, εὐλόγησον πάτερ, καὶ ἀπολύει· οὕτως καθόλου τοῦ ἐνιαυτοῦ.

ιζ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῷ σαββάτῳ εἰς τὸ κύριε ἐκέκραξα, τὰ ἀναστάσιμα στιχηρὰ τρισσεύονται· εἰς δὲ τοὺς αἴνους δυσσεύονται· ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς.

ιη'. Ἰστέον ὅτι καὶ ἐπιστημονάρχαι εἰσὶν εἰς οὓς τὰ σφάλματα τῶν μικροτέρων ἀδελφῶν ἀναφερόμενα τὴν διόρθωσιν δέχεται. Καὶ ταξιάρχαι δύο κατὰ χορῶν, ὑφ' ὧν οἱ ἀδελφοὶ κοσμίως ἵστασθαι ἐν τοῖς χοροῖς ὑπομιμνήσκονται· καὶ ἀφυπνιστὴς ἕτερος, ὁ ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι τοῦ ὄρθρου, ἠρέμα περιερχόμενος τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς κοιμωμένους ἐξυπνίζων. Ἀλλὰ καὶ ἐπιτηρηταὶ καθ' ἑσπέραν δύο τάσσονται ἀμοιβαδόν, οἵτινες μετὰ τὴν φωνὴν τοῦ ξύλου προτρέπονται τοὺς νωθεῖς συνδραμεῖν εἰς τὰ ἑσπερινὰ καὶ εἰς τὰ ἀποδείπνια καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ἀποδειπνίου περινοστοῦσιν τοὺς κρυπτοὺς τοῦ μοναστηρίου τόπους, καὶ τοὺς συνδυάζοντας εἰς ἀκαίρους συντυχίας διαλύουσι μετὰ τῆς προσηκούσης στυφότητος.

ιθ'. Χρὴ γινώσκειν ὡς καθ' ἕκαστον ἀποδείπνιον ὁ διὰ χειρῶν σταυροει-

et metanoeas facimus donec incipiat matutinum trisagium, quod dicitur post stichirum stichi: simulque procimenon, et lectio Pauli fit, nec non prophetiae, et evangelii.

16. Feria quarta et sexta et die dominico, adstantibus cum omnimoda devotione fratribus, post absolutum matutinum legitur catechesis theophori patris nostri Theodori. Postea facit propriam abbas ad fratres adhortationem. Et finita catechesi, dicunt *gloria*, cum *pater noster*, et *benedicite sancti*, *benedic pater*, et finis fit. Sic toto anno usuvenit.

17. Sabbato ad psalmum *Domine clamavi* triplicantur anastasima stichira: ad laudes autem duplicantur. Sic etiam in sollemnitatibus Domini.

18. Sunt etiam disciplinae praefecti, ad quos culpae minorum fratrum emendandae deferunur. Item sunt chorales moderatores duo, a quibus fratres admonentur ut decore in choris se gerant. Praeterea excitator alter, qui dum fiunt matutinae lectiones, tacite fratres circumiens, obdormientes vigilare facit. Quin etiam speculatores duo constituuntur alternatim, qui post ligni sonitum urgent pigriores ut ad vesperas et completorium concurrant. Rursusque absoluto completorio, iidem secretos monasterii locos invisunt, et siquos ad intempestiva colloquia coire compererint, convenienter increpitos dissociant.

19. Singulis completoriis salutatio fit manibus ad crucis formam compositis, quod

1) Lectio catecheseum Studitae incipiebat in dominica septuagesimae. Allat. op. cit. col. 1420.

δὴς ἀσπασμὸς 1) γίνεται, σημεῖον τυγχάνων ἀποκαταλλαγῆς ἑκάστου πρὸς ἕκαστον, διὰ τὰς μεθημερινὰς συμβαινούσας προσκρούσεις.

κ'. Δεῖ εἰδέναι ὡς τῇ παραμονῇ τῶν Χριστοῦ γεννῶν, καὶ τῶν φώτων, καὶ τῇ ἁγίᾳ ε' ὀψὲ, καὶ τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ ὀψὲ, ἀποδείπνιον οὐ ψάλλομεν, ἀλλ' ἢ τὸ τρισάγιον εἰς τὸ τραπεζάριον.

κα'. Ἰστέον ὡς ἐν τοῖς ἀποδειπνίοις τῆς ἁγίας μ', πᾶσι σχεδὸν, πῆ μὲν παρὰ τοῦ προεστῶτος, πῆ δὲ παρὰ τῶν προβεβηκότων καὶ λόγου πεπειραμένων κατήχησις ἐν τοῖς ἀδελφοῖς γίνεται.

κβ'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι καθ' ἕκαστον ὄρθρον ἐξέρχεται τοῦ χοροῦ ὁ ἡγούμενος τοῦ ἄρξασθαι τὴν δ' ᾠδήν· καὶ καθεζόμενος, εἰς τὴν ἐξαγγελίαν δέχεται τοὺς ἀδελφοὺς προσιόντας, καὶ θεραπεύει ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸ συμφέρον.

est singulorum reconciliationis indicium, ob eas quae interdiu contingunt offensas.

20. In nativitatis Christi pervigilio, et festi luminum, et feria sancta quinta vespere, et sabbato sancto item vespere, completorium non canimus, sed trisagium tantummodo in refectorio.

21. In cunctis propemodum sanctae quadragesimae completoriis, modo a praeside, modo ab aliquo provectiore et dicendi perito, fit ad fratres catechesis.

22. In singulis matutinis egreditur choro abbas ad quartum hymnum exordiendum. Tum residens, fratres excipit accedentes ad confessionem, et unumquemque salubri medela curat.

1) De hoc ritu eiusque varia significatione scholion eruditum Nicetae Pectorati monachi studitae legebam in cod. vat. 1105. f. 152, quod etsi paulo diffusius heic recitabo, sed graece tantum, ne adnotatio enormior evadat.

Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῶν Στουδίων, τοῦ Στηθάτου, περὶ τοῦ διὰ χειρῶν ἀσπασμοῦ.

Ἀλλ' οὐδὲ ὁ διὰ χειρῶν ἀσπασμὸς ἐπὶ μόνῳ τῷ πραττομένῳ τὸν ἴδιον ἵστησι λόγον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ἄρα μυστικώτερόν τι πάντως ἐμφῆναι τοῖς τὰ ἡμέτερα ἐξετάζουσιν, ὡς τῷ ὁρωμένῳ συγκλειόμενος. Τρία γοῦν ταῦτα τοῖς ὁρῶσι ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐμφαίνει τὰ μυστικώτερα· τὴν πρὸς ἀλλήλους καταλλαγήν· τῶν τοῦ νοῦ φασμάτων τὴν ἀποδίωξιν· καὶ τὴν τοῦ ἁγίου ἐπισκίασιν πνεύματος· ἐπειδὴ γὰρ σταυρῷ μὲν τυποῦμεν τῶν μεγάλων τοὺς δακτύλους καὶ πρωτους περιβαλλόμενοι τὸ τῆς ἀκακίας κουκούλιον· τας παλάμας δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἁπλωμένας ἀντικρὺ πρὸς ἀλλήλους ἐκτείνομεν· οἵ τε ἱερεῖς, καὶ οἱ ὅλον τὸ σχῆμα τῆς ἐσταυρωμένης ἀναλαβόντες ζωῆς, διὰ μὲν τοῦ σταυροειδοῦς δεσμοῦ τῶν δακτύλων, τὸ ἐγκρατὲς καὶ δεδομένον τῆς παῤῥησίας ἐμφαίνομεν· ἧς χάριν ὡς ὅπλον τὴν εὐλάβειαν ἐνδυόμεθα· διά τε τῆς ἀναπετάσεως τῶν χειρῶν τὴν τῆς ἀγάπης διάθεσιν, ἣν εἰς ἀλλήλους ἔχειν πρὸς Χριστοῦ ἐπετράπημεν· καὶ ὅπως ἕκαστος ἑκάστου τὴν φιλίαν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπεῦσαι δεικνύομεν· διὰ δὲ τῆς προσψαύσεως τῶν δακτύλων, ὅπως δεξιὰς ἀλλήλοις κατὰ τὴν παλαι διδόντες παράδοσιν· χεῖρας χερσὶν ἐμβάλλοντες συναπτόμεθα, τὴν εἰς ἀλλήλους ἑνότητα καὶ ὁμοτροπίαν, καὶ το ἄῤῥηκτον τῆς ἀγάπης δηλοῦμεν· διὰ δὲ τοῦ ἀσπασμοῦ τῶν σταυροειδῶς δεδεμένων δακτύλων τὴν φιλίαν αὐτοῦ ἐσταυρωμένου αἰνιττόμεθα βίου, ὅπως αὐτὸν ἐκθύμως ἀσπαζώμεθα· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν νέκρωσιν τῶν μελῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς πράξεων καθήλωσιν· καὶ ἄλλως τὴν πρὸς ἀλλήλους ταπείνωσιν· ὅπως τῷ συνδέσμῳ τοῦ πνεύματος συνδεόμενοι, τὴν τοῦ πλησίον πρόσψαυσιν ὡς ἁγιασμὸν δεχόμενοι ἀσπαζόμεθα. Και ταῦτα μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, πρὸς ἀλλήλους οἱ ἱερεῖς ὡς εἴρηται· καὶ οἱ τῷ μεγάλῳ σχήματι τεθωρακισμένοι τῷ πραγματι, καὶ καταλλαττόμενοι τῇ συναφείᾳ συναπτόμεθα τῆς ἀγάπης· οὐχ' οὕτως δὲ ἄρα καὶ ἐπὶ τὸν φέροντα τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ σχήματος γίγνεται· ἐκεῖ γὰρ ἔτι τῶν εἰσαγωγικῶν εἰς ἀγῶνας τελοῦντες, καὶ τὴν στασιν ἔχοντες, οὐ πρὸς μόνας τὰς τῶν παθῶν ἐνεργείας, ἀλλὰ και πρὸς τὰς τοῦ νοῦ φαντασίας, καὶ πρὸς τὰ τῶν πονηρῶν ἰνδάλματα λογισμῶν ἀπερικάλυπτοι τὰς κεφαλὰς ἐρχόμενοι κλινοῦσι ταύτας τῶν εἰρημένων πατέρων ἐνώπιον· τοῦτο μὲν. τὴν πρὸς αὐτοὺς δούλωσιν καὶ ταπείνωσιν ἐνδεικνύμενοι· τοῦτο δὲ, καὶ την παρ' ἐκείνων εὐλογίαν τυπούμενοι καὶ αἰτούμενοι· οἱ δὲ πρῶτα μὲν σταυρῷ τὰς τούτων ἐπισφραγίζουσι κεφαλάς· εἶτα τὰς δεξιὰς χεῖρας ταῖς καραις ἐπιτιθέντες αὐτῶν, και ἅμα τὰς ἐπιτεθείσας οἱ θέντες ἀπωσάμενοι χεῖρας ἐπευχόμενοι αὐτοὺς ἀπολυουσιν· ἴδιον δὲ τούτοις πᾶσιν ἐστὶν τὸ τοῖς μὲν, εὐλόγησον εὔξομαι λέγειν· τοῖς δὲ, σῶσαι σε ὁ θεός.

κγ'. Χρὴ γινώσκειν ὡς τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ τάσσεται ἀδελφὸς γηραιὸς, καὶ ἀπὸ τῆς γ' ὥρας ἀπέρχεται εἰς ἑκάστην διακονίαν, καὶ βάλλων μετάνοιαν λέγει· ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, προσέχωμεν ἑαυτοῖς, ὅτι ἀποθνήσκομεν, ἀποθνήσκομεν, ἀποθνήσκομεν· μνημονεύσωμεν καὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας.

κδ'. Ἰστέον ὡς ὅτε δεχόμεθα ἀδελφοὺς, εἴτε ἀπὸ ἄλλου μοναστηρίου, εἴτε λαϊκοὺς πρὸς τὸ μονάσαι, ποιοῦμεν αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὸ ξενοδοχεῖον ἑβδομάδας β', ἢ καὶ γ', πρὸς θεωρίαν καὶ πεῖραν τοῦ μοναστηρίου· καὶ εἰ ἐπιμένει τῇ κρίσει τοῦ λογισμοῦ αὐτοῦ, μετὰ τὸ διαμαρτύρασθαι αὐτῷ τὸν ἡγούμενον τὰ συμβησόμενα, τηνικαῦτα ἐπὶ κατηχήσεως εἰσάγει αὐτὸν καὶ συναριθμεῖ τῇ ἑαυτοῦ ποίμνῃ, βάλλοντος τοῦ προσερχομένου μετάνοιαν τοῖς ἀδελφοῖς κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ ἡγουμένου, κἀκείνων ἐπευχομένων αὐτῷ.

κε'. Χρὴ γινώσκειν ὡς καὶ ἀφορίστριαι εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἐν αἷς οἱ ἀπειθεῖς καὶ δυσήνιοι κατακλείονται, ξηροφαγοῦντες καὶ παιδευόμενοι τὴν ἀρετήν· ἡ γὰρ διὰ μαστίγων παίδευσις, ὡς τοῖς κοσμικοῖς ἁρμόζουσα, τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἀπόβλητος εἰκότως ἐκρίθη.

κϛ'. Δεῖ εἰδέναι ὅτι ἐν αἷς ἡμέραις ἀργίαν ἄγομεν τῶν σωματικῶν ἔργων, κρούει ὁ βιβλιόφυλαξ τὸ ξύλον ἅπαξ, καὶ συνάγονται οἱ ἀδελφοὶ εἰς τὸν τόπον τῶν βιβλίων, καὶ λαμβάνει ἕκαστος βιβλίον, καὶ ἀναγινώσκει ἕως ὀψέ· πρὸ δὲ τῶν σημαντήρων τοῦ λυχνικοῦ, κρούει πάλιν ἅπαξ ὁ ἐπὶ τῶν βιβλίων, καὶ ἐρχόμενοι πάντες κατὰ τὴν ἀναγραφὴν ἀποστρέφουσιν αὐτά· εἰ δέ τις ὑστερίσει εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς βίβλου, ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεται.

κζ'. Χρὴ εἰδέναι ὡς ἡνίκα ἐνάτην ποιοῦμεν, ἀπὸ τῆς ϛ' λειτουργεῖ ὁ πρεσ-

23. Sanctae quadragesimae tempore deputatur frater, qui ab hora tertia in singulas officinas pergit; et facta metanoea, dicit: fratres atque patres nobismet attendamus, quia morimur, morimur, morimur: regni quoque caelestis memores simus.

24. Cum fratres recipimus sive ex alio monasterio, sive ex coetu laico ad vitam monachalem, facimus eos demorari in hospitum cubiculis hebdomadis duabus aut etiam tribus, ut observent et experiantur monasterium. Quod si quis in proposito suo permanserit, tunc postquam ei abbas futurum vitae genus intimaverit, introducit ad catechesim, et gregi suo adnumerat; dum interim admissus, data ab abbate licentia, facit metanoeam coram fratribus, atque hi vicissim pro illo orant.

25. Sunt etiam apud nos loci quidam separati, in quibus inobedientes et contumaces includuntur, arido victu nutriti, atque ita virtutem edocti. Namque emendationem per verbera, quae mundanis hominibus convenit, merito patres nostri repudiandam censuerunt.

26. Diebus quibus a corporali opere feriamur, signum ligno semel edit bibliothecarius, conveniuntque fratres ad librorum aulam, sumitque unusquisque librum, et usque ad vesperam legit. Sed priusquam lychnici signa dentur, pulsat rursus semel bibliothecarius; cunctique venientes secundum scriptam schedam libros reddunt. Quod si quis reddere librum cunctatur, poenae subiicitur.

27. Quo tempore horam nonam recitamus, ab hora sexta sacrum facit presby-

βύτερος· εἰ δὲ καὶ μέλλομεν ἐσθίειν, ἀπὸ τῆς γ'· ἐὰν δὲ ἀργίαν ἄγομεν τῶν ὡρῶν καὶ κάμνομεν, ἡ μὲν θεία λειτουργεία ὥραν γ' σημαίνει· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν αὐτῆς, κρούει τὸ ξύλον τρὶς, καὶ συνάγονται πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ μετὰ τὸ ψάλλαι τὰ τυπικὰ, καὶ λαβεῖν εὐλογίαν, ἀπερχόμεθα εἰς τὴν τράπεζαν.

Περὶ τῆς ἐν βρώμασι καὶ πόμασι ποσότητος καὶ ποιότητος καὶ τῆς ἐν ταῖς τραπέζαις εὐταξίας.

κη'. Ὑπερχομένων τῶν ἀδελφῶν εἰς τὸ ἀριστῆσαι, ὁ στίχος αὐτῶν ἐπὶ στόματος φέρεται· κάθηνται δὲ κατὰ τράπεζαν ἀκόβητον 1) θ'· οἱ ταξιάρχαι δὲ τὰς ἀναπληρώσεις τῶν τραπεζῶν ποιοῦνται, καὶ εὐτάκτως ἐκτὸς θορύβου· γίνεται δὲ ἡ ἀνάγνωσις, τῶν ἀδελφῶν τὰ κουκούλλια ἐπὶ κεφαλῆς ἐχόντων· σημεῖον δὲ τοῦ τέλους τῆς ἀναγνώσεως ταύτης ἐστὶν ὁ ἦχος τῶν κλιερίων * ἐν τῇ ὑστάτῃ μαγειρίᾳ, πάντων ὁμοῦ ἐπὶ τῶν παραδίψων ἐῤῥιπτομένων· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κεράσαι καὶ τὸ παραθῆσαι διὰ κρούσματος γίνεται.

* ita cod.

κθ'. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τῆς πασχαλίας 2) μέχρι τῶν ἁγίων πάντων 3), τὰς β' μαγειρίας τό τε λάχανον καὶ τὸ ὄσπριον μετὰ ἐλαίου ἐσθίομεν· χρώμεθα δὲ καὶ ἰχθύων, καὶ τυροῦ, καὶ ᾠοῦ· πίνομεν δὲ τὰ ἄριστα γ'· κρούοντος τοῦ ξύλου, ἀπέρχονται οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἐσθίουσιν ἄρτον· καὶ ἐὰν ἐπερίσσευσεν μαγειρία πρωΐ, (ἐπίτηδες γὰρ ἔδεσμα τὸ ὀψὲ τῷ κοινῷ οὐ γίνεται.) κιρνᾷ δὲ δύο. Εἰς δὲ τὴν μ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἰχθύας καὶ τυρὸν καὶ ᾠὸν οὐκ ἐσθίομεν, πλὴν τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς ὥραν οὐ ψάλλομεν· τρώγομεν δὲ θ' μαγειρίας β', τὸ

ter: quod si etiam pransuri sumus, ab hora tertia. Iam si ab horis feriamur, et laboramus, divina liturgia horae tertiae deputatur: qua expleta, lignum ter pulsatur, conveniuntque omnes fratres, et cantatis typicis, acceptaque benedictione, ad mensam pergimus.

De ciborum et potuum quantitate et qualitate, et decentie in mensis ordine.

28. Venientibus ad prandium fratribus, versiculus in ore cuiusque est, sedentque ad mensam ἀκόβητον θ'. Qui autem recto ordini sunt praepositi, mensas ferculis replent composite et sine tumultu. Fit interim lectio, fratribus cucullata capita habentibus. Signum vero finiendae huius lectionis est, sonitus cochlearium in postremo ferculo, cum omnia simul in paropsides proiiciuntur. Miscendi pariter et apponendi signum pulsatione fit.

29. A paschali tempore usque festum sanctorum omnium, duo fercula, olus nempe et legumen oleatum comedimus. Vescimur etiam piscibus, caseo, et ovis. Bibimus autem in prandio ter. Ubi lignum increpuerit, abeunt fratres, et panem comedunt, et si quid ex ferculo matutino superfuit (nam vespere proprium edulium communitati non paratur) et bibimus pocilla duo. In quadragesima vero sanctorum apostolorum pisces, caseum, et ova non comedimus, praeter quam diebus quibus horam non

1) Ita cod. Mihi vero obscurus et ambiguus hic locus est, propter vocabuli novitatem.

2) Pollux chron. apud Allatium dissert. cit. col. 1451: δύο πασχαλίας ἑβδομάδες, μία πρὸ, μία δὲ μετά: *duae paschalium hebdomadae, altera quae praecedit, altera quae subsequitur.*

3) Festum omnium sanctorum a Graecis agitur in dominica prima Matthaei; quae est prima post pentecostem. Allat. diss. cit. col. 1463.

μὲν λάχανον μετὰ ἐλαίου, τὸ δὲ ὄσπριον ἄνευ ἐλαίου ἐσθίομεν· κιρνὰ δὲ δύο τῇ θ', καὶ δύο ὀψέ· ἐν δὲ ταῖς ἀργησίμοις ἐν αἷς ἠνιξάμεθα τυρὸν ἐσθίειν καὶ τὰ λοιπὰ, τῇ ϛ' τρώγοντες, γ' πίνομεν, καὶ ὀψὲ δύο· οὗτος τύπος καὶ τῇ μ' τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου 1)· διὰ δὲ τὴν σμικρότητα τῶν ἡμερῶν τῆς μ' τοῦ ἁγίου Φιλίππου μονοσιτοῦμεν, πίνομεν δὲ γ'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων μνήμης ἕως τοῦ ἁγίου Φιλίππου, τετράδα καὶ παρασκευὴν θ' ποιοῦμεν· ἐὰν δὲ ἔπεσεν ἐν αὐταῖς μνήμη ἁγίου, σχολὴν ἡμῖν ἐμποιοῦσα τῶν τε ὡρῶν καὶ μετανοιῶν, καὶ τυρὸν καὶ ὠὸν καὶ ἰχθὺν, εἴπερ χορηγοίη ἡμῖν ὁ θεὸς, ἐσθίομεν· κιρνὰ δὲ γ' τὸ ἄριστον, καὶ ὀψὲ β'.

Περὶ τῆς ἁγίας μεγάλης Μ'.

λ'. Ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ μονοσιτοῦμεν, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς· ἐσθίομεν δὲ τῇ πρώτῃ καὶ τῇ μέσῃ ἑβδομάδι μονοτρόπως, ἤγουν φάβα ἑξεστὸν, καὶ ἁλμαίαν χωρὶς ἐλαίου, καὶ ἰσχάδας ἀνὰ ε', καὶ εἰ τύχοι κάστανα, καὶ ἀπίεφθα, καὶ δαμασκηνά· τῇ δὲ β' ἑβδομάδι, καὶ γ', καὶ ε', καὶ ϛ' ἐσθίομεν οὕτως· κόκκους ἑξεστοὺς, καὶ ἁλμαίαν εἰς τὰ σκουτέλλια, καὶ μαγειρίαν ὄσπριον μετὰ καρίου τριπτοῦ· ὀπώρας δὲ ἢ ἰσχάδας ἐν ταύταις οὐ τρώγομεν· πᾶσαν δὲ τὴν ἁγίαν μ' εὔκρατον πίνομεν, χωρὶς τῶν ἀσθενούντων ἢ γερόντων· τὸ δὲ εὔκρατον συνίσταται ἔκ τε πιπέρεως καὶ κυμίνου καὶ ἀνίσου θερμοῦ 2). Τῇ δὲ ἁγίᾳ β', καὶ τρίτῃ, καὶ δ', καὶ ε', καὶ ϛ', τὰ βρώματα

canimus. Manducamus autem hora nona fercula duo: olus oleatum, legumen absque oleo comedimus. Bibimus hora nona cyathos duos, vespere item duos. Diebus autem feriatis, quibus diximus nos caseo et reliquis vesci, hora sexta comedentes, ter bibimus; vespere, bis. Hunc morem in quadragesima etiam sancti apostoli Philippi servamus: sed propter brevitatem dierum quadragesimae sancti Philippi, semel in die comedimus, sed ter bibimus. Iam ab apostolorum commemoratione usque ad sanctum Philippum, nonam recitamus. Quod si in hos dies incurrat commemoratio alicuius sancti, quae nos feriatos reddat ab horis et metanoeis, tunc caseum et ova et pisces, siquidem Deus suppeditaverit, comedimus; cum cyathis tribus, in prandio, vespere duobus.

De sancta magna quadragesima.

30. In sancta magna quadragesima semel in die vescimur, excepto sabbato, et die dominico. Comedimus autem prima et mediana hebdomada eodem modo, id est fabas coctas, et salsamentum absque oleo, et caricas quinque, et si adsint castaneae, et pira cocta, et damascenica. Secunda autem hebdomada, et tertia, et quinta, et sexta sic comedimus: pruna nimirum cocta et salsamentum in scutellis; et ferculi loco legumen cum nuce fracta; poma tamen et ficus his hebdomadis non comedimus. Tota autem sancta quadragesima mixtum bibimus, exceptis infirmis aut senibus. Porro mixtum constat ex pipere, cumino, et aniso calido. Feriis sanctis secunda, tertia,

1) De quadragesimali ieiunio, S. Philippi appellato, quod idem est ac ieiunium natalis Domini, legatur Anastasius sinaita in opusculo de tribus quadragesimis apud Cotelerium op. cit. T. III. p. 430. Credebatur enim Philippi apostoli mandato institutum.

2) Aliter loquitur de mixto monastico Martenius in Comm. ad reg. s. Ben. p. 493. Sed idem Martenius magis congruit cum Graecis p: 657.

ταύτης πρώτης ἑβδομάδος πίπτουσιν· τῇ δὲ ἁγίᾳ ε' ἐσθίομεν μίαν μαγειρίαν ὄσπριον μετὰ καρύου τριπτοῦ, καὶ ζεστὰ κουκία· πίνομεν δὲ καὶ πρὸς ἔνκρασιν· τῷ δὲ ἁγίῳ σαββάτῳ ὥρᾳ ἑνδεκάτῃ ἄρχεται τὸ λυχνικόν· καὶ ὅπου σώσει ἡ ἀπόλυσις, ἐσθίομεν δὲ τυρὸν καὶ ἰχθύς καὶ ὠά· καὶ πίνομεν ἀνὰ γ'.

Περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ.

λα'. Ἴστέον ὡς ὥρᾳ ϛ' τοῦ ξύλου κρούοντος συναγόμεθα εἰς τὸν οἶκον τῆς παναχράντου Θεοτόκου καὶ ἀρξαμένου τοῦ λυχνικοῦ, ἵστανται ἐκεῖ ὀλίγοι ἀδελφοὶ ἐκτελοῦντες αὐτό· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπαίρουσι λιτὴν, καὶ περικυκλεύσαντες τὸ μοναστήριον ἔρχονται, εἰ εἴσοδος, καὶ λειτουργία τελεία· ἐσθίομεν δὲ τότε ἰχθύας καὶ ἔλαιον, καὶ πίνομεν ἀνὰ γ'.

λβ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν ἁγίων νηστειῶν, καθέκαστην μετὰ τὸ ψαλθῆναι τὴν θ', προτίθεται τὸ ζωοποιὸν ξύλον, καὶ προσκυνοῦμεν πάντες 1).

Περὶ τῆς ἐν διακονίαις συμμετρίας.

λγ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ μετὰ τὸ ψάλλαι ἡμᾶς τὴν α' ὥραν, ἡλίου ἤδη ἀνίσχοντος, ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὴν αὐτοῦ διακονίαν· στιχολογία δὲ γίνεται τοῦ ψαλτῆρος ὅλου ἐν αὐταῖς, πλὴν τῶν καλλιγράφων· κάμνουσί τε ἕως τῆς θ'· μετὰ δὲ τὸ λυχνικὸν ψάλλαι ἡμᾶς, καὶ δειπνίσαι, ἰδιάζει ἕκαστος ὡς βούλεται. Ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέ-

quarta, et quinta, et sexta cibi primae huius hebdomadae adhibentur. Attamen sancta feria quinta unum ferculum comedimus, legumen scilicet cum nuce fracta, et coctas fabas, et mistum bibimus. Sabbato autem sancto hora undecima incipit lychnicum, quo absoluto, caseum comedimus et pisces et ova, ac bibimus ter.

De festo annuntiationis.

31. Hora sexta ad ligni pulsum convenimus ad sacellum purissimae Dei matris, et coepto lychnico, perstant illic pauci fratres ob illud persolvendum: reliqui faciunt processionem, et monasterium circumambientes veniunt, si est introitus et liturgia perfecta. Tunc vescimur piscibus et oleo, et bibimus ter.

32. In media hebdomada sanctorum ieiuniorum post nonam cantatam, proponitur vivificum lignum, et omnes adoramus.

De recto in officinis ordine.

33. In sancta magna quadragesima, postquam horam primam cantavimus, sole iam oriente, pergit unusquisque ad propriam officinam, recitaturque in eis psalterium totum, praeter quam a calligraphis. Laborant vero usque ad nonam. Iam postquam lychnicum cantavimus, et coenavimus, unusquisque sibi vacat pro libito.

1) De hoc ritu Euthymius neopatrensis apud Allat. op. cit. col. 1438. Extat etiam Studitae nostri sermo de hac crucis adoratione in media quadragesima. In basilica etiam vaticana, hoc ipso tempore, crux pio frequentique populi cultu adoranda proponitur. Et quidem de crucis adoratione, quam Iconomachi etiam retinuerunt, legatur in hoc nostro volumine magnus Nicephorus adv. Copronymum antirrh. III. 33. et seqq. Plurima de hoc cultu coacervavit eruditus monachus Leander Correrius de sessorianis praecipuis passionis D. N. I. C. reliquiis part. II. 8, qui utiliter legetur. Sed instar omnium sunt Iacobi Gretseri de cruce volumina. Celeberrimus item est crucis cultus in Graecorum et Orientalium, praecipueque Armeniorum, ecclesiis.

ραις, ὅτε μὲν οὐ ψάλλομεν ὥρας, κρούει τῷ πρωῒ γ', καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν, καὶ ἐνεργεῖ μέχρις ἀρίστου· μετὰ δὲ βρῶσιν ἰδιάζει ἕκαστος ὡς βούλεται, εἴτε μελετῶν 1) εἴτε κοιμώμενος ἕως ὥρας η'· τῇ δὲ η' κρούει τὸ ξύλον γ', καὶ πάλιν ἀπέρχεται εἰς τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν ἕκαστος ἕως τοῦ λυχνικοῦ. Ὅτε δὲ ψάλλομεν ὥρας, τελέσαντες τὴν ὥραν πρωῒ, ἀπέρχονται οἱ ἀδελφοὶ εἰς τὰς ἑαυτῶν διακονίας, ἕως ὥρας ϛ' κάμνοντες, κἄν τε ἐστὶν θ', κἄν τε μή· καὶ μετὰ τὴν ϛ' ἡσυχάζει, ὡς εἴρηται ἕως τῆς η'.

λδ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι κατὰ καιρὸν τῆς παραμονῆς τῆς βαϊοφόρου εἰς τὸ κύριε ἐκέκραξα, ἀλλάσσονται οἱ χοροί· καὶ οἱ μὲν δεξιοὶ ἀπέρχονται εἰς τὰ ἀριστερὰ, οἱ δὲ ἀριστεροὶ εἰς τὰ δεξιά.

λε'. Δεῖ γινώσκειν ὅτι ἡνίκα κλάσει ἀδελφὸς σκεῦος εἴτε ὀστράκινον εἴτε σιδήρεον, τῷ καιρῷ τοῦ ἀρίστου ἐσθιόντων τῶν ἀδελφῶν παρίσταται πλησίον τῆς τραπέζης, ἡγουμένου τὴν κεφαλὴν τῷ ἑαυτοῦ περικαλύπτοντος κουκουλλίῳ, καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ, συντριβὲν μετὰ χεῖρας φέρων εἰς ἐπίδειξιν τοῦ οἰκείου σφάλματος.

λϛ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι μετὰ τὸ στιχολογῆσαι ἡμᾶς τὸ ψαλτήριον, εἰς τὴν γ' δόξαν τοῦ καθίσματος, κρούει τὰ γ' ὁ ἐπὶ τοῦ κανόνος, ἵν' ἐπισυναχθῶσιν οἱ τὸ ψαλτήριον ἔτι μανθάνοντες, τοῦ ψάλλαι ἡμᾶς ὁμοῦ τὸν κανόνα· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑξαψάλμου ἐξέρχονται καὶ μελετῶσιν ἕως τότε· τρία δὲ κρούει πάλιν, καὶ εἰς τοὺς αἴνους, ὅτε μέλλει κατήχησις ἀναγινώσκεσθαι τοῦ μεγάλου πατρὸς καὶ καθηγητοῦ Θεοδώρου.

λζ'. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἐν τῇ παραμονῇ τῶν φώτων, μετὰ τὸ ἀπολύσαι τὴν

Ceteris tamen anni diebus, cum horas non canimus, fiunt pulsus mane tres, et unusquisque pergit ad suam officinam, et usque ad prandium operatur. Cibo sumpto, singuli sibi vacant, prout voluerint, sive aliquid commentantes, sive dormientens usque ad octavam horam: namque hora octava lignum pulsatur, denuoque pergit unusquisque ad officinam suam usque ad lychnicum. Sed quo tempore horas psallimus, absoluta una hora, pergunt fratres ad officinas suas, usque ad sextam laborantes, sive recitanda sit nona sive secus. Et post sextam quies est, ut diximus, usque ad octavam.

34. In palmarum pervigilio, ad verba *ad te Domine clamavi*, permutantur chori, ita ut dexteri in sinistram partem transeant, sinistri autem in dexteram.

35. Siquando frangat vas frater sive figulinum sive ferreum, prandii tempore dum fratres vescuntur, stat ille prope mensam, abbate interim caputio caput suum obnubente; et vas a se fractum manibus praefert, ad culpae suae ostensionem.

36. Postquam psalterium recitavimus, ad tertiam cathismatis *gloriam*, ter pulsat is qui canoni praeest, ut conveniant ii qui adhuc psalterium ediscunt, ut coniunctim canonem cantemus. Namque ab hexapsalmo deinceps exeunt, et usque ad id tempus praedicto studio operam dant. Mox rursus tres pulsationes, et ad laudes pergitur quando legenda est catechesis magni patris et abbatis Theodori.

37. In luminum pervigilio, post expletam divinam liturgiam, benedictionem acci-

1) Μελετᾶν *meditari*, pro simplici etiam lectione vel studio dictum ab antiquis, observat Martenius in Comm. cit. p. 249. 251.

θείαν λειτουργίαν, λαμβάνομεν τὴν εὐλογίαν· εἶτα διακλυόμεθα μὲν οἱ κοινωνήσαντες, τὴν δὲ εὐλογίαν οὐκ ἐσθίομεν 1)· συστείλας δὲ ὁ ἱερεὺς τὰ σκεύη, ἔρχεται εἰς τὰ ἅγια θυρία, καὶ ποιήσας εὐχὴν, ἐξέρχεται μετὰ τῶν ἀδελφῶν εἰς τὸν λουτῆρα, ψάλλων τὸ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου σου κύριε· καὶ τούτου λεγομένου γίνεται πρὸς τοῦ διακόνου εὐχὴ συναπτή· ἧς τελεσθείσης. ἄρχεται ὁ ἱερεὺς τῆς εὐχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ· μετὰ δὲ τὸ ἁγιασθῆναι τὰ ὕδατα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ῥαντισθῆναι, ψάλλεται τροπάριον, ὁ ἦχος πλ. δ', φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων βοᾷ λέγουσα· στιχ. α', ἡ θάλασσα ἴδεν καὶ ἔφυγεν· στιχ. β', τί σοί ἐστιν θάλασσα ὅτι ἔφυγες; καὶ μετὰ τὸ ψαλθῆναι γ' τοῦτο τὸ τροπάριον, ἐξερχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ψάλλομεν τροπάριον, ἦχος δ', ὁ τὸ φῶς ἀναβαλλόμενος θεϊκῶς· τούτου οὖν τρισσευομένου, γίνεται εὐχὴ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ καταπαύει αὕτη ἡ θεία δοξολογία· εἶθ' οὕτως ἀπέρχεται ὁ στίχος εἰς τὸ τραπεζάριον· ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ ἁγίᾳ ε', μετὰ τὸ κοινωνῆσαι 2) καὶ διακλύσασθαι, γίνεται ὁ νιπτήρ· καὶ μετὰ τὸ ἀπονίψασθαι πάντας, ἀπέρχεται ὁ στίχος εἰς τὸ τραπεζάριον.

pimus: deinde os quidem colluimus qui communicavimus, eulogiam tamen non comedimus. Tum sacerdos compositis vasis, venit ad sanctas ianuas, dictaque prece, egreditur cum fratribus ad baptisterium cantans illud: *cum in Iordane baptizareris Domine;* quo dicto, pronunciatur a diacono oratio collecta: qua finita, incipit sacerdos precem sanctificationis. Post aquas sanctificatas, et post aspersos eisdem fratres, canitur troparium tono obliquo quarto: *vox Dei super aquas clamat dicens.* Stichus primus: *mare vidit, et fugit.* Stichus secundus: *quid est tibi mare, quod fugisti?* Et post ter cantatum hoc troparium, egressi in ecclesiam, canimus troparium tono quarto: *qui amictus es lumine mirabiliter.* Hoc ter dicto, recitatur oratio a sacerdote, atque ita haec divina doxologia desinit. Deinde sic pergit stichologia ad refectorium. Similiter sancta quoque feria quinta post communionem et ablutionem, fit pedum lotio. Et postquam omnes loti fuerint, pergit stichologia ad refectorium.

1) Scilicet propter ieiunium. Alioqui mos erat post communionem gustandi aliquid ex oblatis; itemque os abluendi, auctore etiam divo Chrysostomo. Legatur isagoge liturgica in opp. s. Gregorii PP. ed. ven. T. IX. cap. II. 18. p. 161. Eulogiarum varios usus tradit Martenius Comm. cit. ad reg. S. Ben. cap. 54.

2) Ad hoc vocabulum κοινωνῆσαι venit mihi in mentem praeclara Theoriani doctissimi viri ad monachos de diversis rebus epistola, cuius olim fragmentum, de concordia cum Latinis fovenda, edidi in tomo VI. Script. vet. p. 414. ex codice vat. 1481. Nunc autem ex eodem codice recitare placet aliam praedictae epistolae particulam, in qua quaestionem de azymis attingens, splendidum recitat (ex divi Basilii liturgia) fidei Graecorum erga ss. eucharistiam testimonium, quod nostris borealium et occidentalium regionum heterodoxis prae oculis ponere non incongruum sit.

Περὶ τῆς θείας κοινωνίας.

Τοῖς μέν τοι βουλομένοις εἰπεῖν περὶ τῆς θείας κοινωνίας εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἐν τῷ δείπνῳ ἐγένετο, χρόνου μακροῦ καὶ τελειοτέρου συγγράμματος ἀνάγκη. ἡμῖν δὲ τὰ πολλὰ παρωσαμένοις, τὸ χρήσιμον καὶ εἰρηναῖον καὶ εἰρηνεῦον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὸ οἰκονομικώτερον καὶ ἀναγκαιότερον καὶ τῆς ἀληθείας ἐχόμενον ῥητέον· ὁ θεῖος ἄρτος πρὸ μὲν τοῦ ἁγιασθῆναι, εἴτ' ἄζυμος εἴτ' ἔνζυμος ἦν, ἀδιαφόρως ἄρτος ἐστί τε καὶ

De divina communione.

Volentibus dicere, utrum divina communio azymis an non azymis in caena peracta fuerit, longo tempore opus est et pleniore scriptura. Nos itaque multis praetermissis, id tantum dicemus quod utile est et pacificum et paciferum, vel potius quod est magis commodum ac necessarium et veritatis tenacius. Venerabilis ille panis, ante quam sanctificetur, sive azymus sit sive non azymus, aeque

Περὶ ποσότητος ἐνδύματός τε καὶ ὑποδημάτων καὶ καταστάσεως στρωμνῆς καὶ τῶν τοιούτων.

λη΄. Χρὴ γινώσκειν ὅτι ἕκαστον ἀδελφὸν ὀφείλει ἔχειν ὑποκαμήσα β΄, ἐπανωφόρια β΄, μαλλωτὸν ἓν, κουκούλλια β΄, ἐπώμιον μικρὸν εἰς τὸ διακονεῖν, καὶ ἕτερον τὸ τῆς ἐκκλησίας βαθύτερον, ᾧ νόμος ἔστι κεχρῆσθαι σαββάτῳ ὀψὲ εἰς τὸ λυχνικὸν, καὶ τῇ κυριακῇ εἰς τὸν ὄρθρον, καὶ πάλιν ὀψὲ εἰς λυχνικόν, καὶ πρὸ τοῦ γε εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν, ὡσαύτως καὶ ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς· καὶ ἕτερον ἐπώμιον μαλλωτὸν μέγα· ὑποδήματα δὲ κονδοτζάγγια, καὶ ἕτερα μακροτζάγγια, καὶ καλίκην· εἰς δὲ τὴν κλίνην ἐχέτω ψίαθον κιλίκην καὶ δύο μαλλωτάρια 1).

Τέλος.

De quantitate vestimenti, calceamentorum, et de lecti materia, ac similibus.

38. Unusquisque frater habere debet subuculas duas, vestes exteriores duas, villosam unam, cucullas duas, superhumerale parvum ad ministeria, et aliud latius ad ecclesiam, quo ex lege utendum est vespere sabbati ad lychnicum, et die dominico ad matutinum, denuoque vespere ad lychnicum, et antea ad divinam liturgiam, pariterque in sollemnitatibus Domini. Habeat et aliud villosum superhumerale magnum. Habeat calceos tum breviore cothurno tum etiam longiore, et caligas. Item pro lecto habeat mattam cilicinam, et duas villosas lodices.

FINIS.

λέγεται πρὸς τῶν θείων λογίων, ὡς ὕστερον δείξομεν· μετὰ δε τὸ ἁγιασθῆναι, οὔτε ἔνζυμος, οὔτ᾽ ἄζυμος, ἀλλὰ σῶμα καὶ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ οὐκ ἄλλη αὐτ᾽ ἄλλης· μία γαρ ἐστι και αὐτὴ ἡ ἐκ τῆς ἀφθόρου παρθένου καὶ θεοτόκου ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου ληφθεῖσα, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθημένη. καὶ ἡ ὑφ᾽ ἡμῶν τῶν ὀρθοδόξων μυστικῶς μεταλαμβανομένη· διὸ καὶ μυστήριον λεγεται ὡς κρύφιον, καὶ τοῖς πολλοῖς οὐ καταληπτόν· μεταβάλλεται γὰρ τα θεῖα δῶρα τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἡ ἱεροκρυφία δηλοῖ· σὲ παρακαλοῦμεν, ἅγιε ἁγίων, εὐδοξίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἐλθεῖν τὸ πνεῦμα σου τὸ παναγιον ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ και ἁγιάσαι, και ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· το δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ. αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου και θεου καὶ σατῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ οὖν τὸ θεῖον (πνεῦμα) μεταβάλλει τὰ προκείμενα δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, περισσὸν λοιπὸν το φιλονεικεῖν εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἦν, ἢ λευκοῦ, ἢ ἐρυθροῦ τυχὸν οἴνου· καὶ τοιαυτας τινὰς περιεργείας μωρὰς περὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων διερευνᾶν.

panis et est et dicitur in divinis scripturis, ut postea demonstrabimus. Post sanctificationem vero neque fermentatus est neque azymus, sed corpus atque caro Domini nostri; neque haec alia est atque alia, sed illa una eademque, quae de incorrupta deipara virgine a Deo Verbo sumpta fuit, quaeque ad patris dexteram sedet, et a nobis orthodoxis mystice sumitur: proptereaque mysterium dicitur, utpote arcanum et vulgo haud intellectum. Revera enim divina munera convertuntur a sancto Spiritu in Christi corpus ac sanguinem. Id quod ab arcana sacra formula sic demonstratur: te rogamus, sancte sanctorum, ut beneplacito bonitatis tuae veniat Spiritus sanctissimus tuus super nos et super proposita munera ista, eaque benedicat et sanctificet; ostendatque panem quidem hunc, ipsum pretiosum corpus domini et Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi: quod autem in hoc calice est, ipsum pretiosum sanguinem domini et Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi. Si ergo divinus Spiritus proposita munera in corpus et sanguinem Christi convertit, supervacaneum iam erit contendere utrum id in azymis an potius in non azymis effectum fuerit, et utrum in albo an rubro fortasse vino; et stultas huiusmodi curiositates circa tremenda mysteria scrutari.

Exin citat Theorianus beatum Gregorium dialogorum auctorem (id est Greg. PP.) ἐν τῷ περὶ τῆς θείας κοινωνίας, ubi eum loqui dicit de vario usu circa azymum et fermentatum in quatuor ecclesiis rom. alex. antioch. hierosol. Item citat magnum Epiphanium cyprium ἐν τῷ περὶ πίστεως. Denique Tnicitam quendam monachum studitam de azymis scribentem.

1) De monachorum vestibus earumque nominibus agit Martenius in Comment. ad reg. S. Ben. cap. 55.

PARERGON

De disciplina Monasterii salmuriensis in Gallia ad Ligerim 1).

Suprascriptis famosi apud Graecos Studitarum monasterii regulis divini officii et aliis disciplinae capitibus, comparandus mihi videtur Salmuriensis item celebris Benedictinorum in Gallia monasterii, divini pariter officii ac disciplinae monasticae ordo, quem in vetusto Reginae svecae codice 1001. *lego: qui codex ex Gallia Romam venit, ante quam Edmundus Martenius doctum suum de antiquis monachorum ritibus librum scriberet, qui idcirco Salmuriensium institutionum rationem, quantum vidi, non habuit. Atqui hic codex non minimae molis, saeculo circiter duodecimo in membranis scriptus, monumentum est, sive disciplinam monasticam, sive praesertim gallicanam liturgiam spectes, insigne aedepol et notatu dignissimum, editione etiam, ut puto, non indignum. Constat foliis* 146, *seu paginis* 292, *densae exactaeque scripturae, nec nisi in calce folia aliquot (pauca ut reor) desiderantur. Incipit autem latinae ecclesiae more sic.*

Dominica prima de adventu Domini. Sabbato ante vesperas ornentur cuncta altaria: iuncus recens in choro et per altaria spargatur 2): textus super altare quot aliis dominicis: cruces duae ad vesperas: capitulum *ecce dies veniunt* amplius non dicendum est.

Plenissima fit toto codice annuae liturgiae descriptio; est enim instar graeci typici, seu ut nos loquimur, kalendarii perpetui: quare haec quidem codicis pars, quamvis utilissima, nullatenus ad compendium conferri potest; nec quid potius eligerem vel praetermitterem, facile iudicabam. Quamobrem disciplinae potius Benedictinorum monasticae, studitana longe mitioris, excerpta aliquot lectoribus exhibere decrevi.

Cod. f. 21. *b.* Post vesperas caena carnisprivii (dom. septuag.) fratribus exhibeatur: a saginato omnes usque in pascha abstineant: caseum vero et ova usque dominicam quinquagesimae comedant: a septuagesima usque XL. nullus claustrensium, sine abbatis seu prioris licentia, saginatum in cibum accipiat, sed cibus eius ut sanis condiatur: infirmi vero, quibus concessum fuerit, saginatum et carnes usque ·IIII· feriam in capite ieiuniorum comedant.

F. 22. *b.* Dominica quinquagesimae ad mensam loco primi pulmenti, flatones 3) habeant, et ad caenam duo et duo sex ova; et post de caseis crudis ab abbate fratribus tribuatur, ut libuerit.

F. 24. *b.* In quadragesima dentur eis cum duobus pulmentis herbae crudae: certis vero diebus pulmenta duo cum solito generali 4): vinum quotidie eleemosynarius bis colligat (pauperibus erogandum.)

F. 27. *b.* Sententia de observatione quadragesimae legatur in capitulo.—Post haec dicat abbas aliquid admonitionis de continentia quadragesimae breviter, detque licentiam fratribus quatenus prout quisque valuerit cum discretione, iuvante Deo, abstineat se etiam a licitis, augeatque ad paenitendum iuxta vires suas.

F. 41. *et seqq. fit accurata descriptio lotionis pedum et eleemosynae ac mensae pauperibus exhibendae feria magna quinta.*

Reg. S. Bened. cap. 43. *F.* 37. Si acciderit ut aliquis frater, per negligentiam suam dormiendo, ad nonam non fuerit, eadem hora ante quam exeat de capitulo, abbate vel priore stante et omni con-

1) Salmuriensis monasterii priscam uberem historiam, cum chronico, edidit Martenius in antiquis monum. T. V. col. 1081-1145. Item de eiusdem monasterii fundatione narrationem veterem protulit idem Martenius in thesaur. nov. anecdotorum T. III. col. 843-850.

2) Consuetudinis spargendi iuncum in choro diebus sollemnibus duo recitat exempla Cangius in lex. m. et inf. lat. voc. *iuncus.*

3) *Flatones*, placentae genus. Vide Cangium. De usu ovorum apud Benedictinos Martenius in Comm. p. 530; quem nominatim in quinquagesima negat p. 657.

4) *Generale*, inquit Martenius Comm. p. 444. et 511, appellamus quod singulis in singulis datur scutellis.

ventu, petat veniam suam ille frater, accuset se de negligentia sua; illo iubente quod ei visum fuerit.

F. 46. Prior magister ad abbatis mensam sedebit, et dominus abbas solus vinum karitatis propinabit.

F. 51. *b.* (Feria magna sexta) Tabula loco tintinnabuli a priore percussa, in refectorium ibunt, ubi pane et aqua tantum reficient herbisque crudis.

F. 83. In natali sancti Sixti post collectam ipsius, fiet commune de martyribus Felicissimo et Agapito. Ad primam autem (lect.) vir clarissimus Sixtus. Hi duo martyres hodie in letania recitentur propter romanae institutionis proprietatem.

F. 87. Festum omnium sanctorum debet celebrari sicut tali convenit sollempnitati: sed de novo statutum est quod octavae celebrentur.

F. 121. et *seqq. Describuntur accurate officia abbatis, prioris, subprioris, sacristae, cantoris, cellarii, armarii id est bibliothecarii (ab armario librorum. Marten. Comm. p. 417.)*

Abbas debet primum et proprium locum in dextro choro habere, orationes terminare, primam antiphonam post hebdomadarium ad nocturnos imponere, benedictionem legentibus dare etc. coronam novitiorum et ipsos novitios benedicere etc. Et notandum, quia quando monachi osculantur abbatem, coram eo genua flectant, et post osculum profunde inclinent. Et sciendum est quod in quocumque loco aliquis monachus domino abbati obviaverit, in eodem loco stare debet versa facie ad abbatem, capite inclinato donec pertranseat dominus abbas: ceteris vero fratribus in transeundo potest inclinare.

Prior in ecclesia de quocumque choro ei placuerit, esse poterit, secundum ordinem conversionis suae. Si abbas praesens non erit, capitulum tenebit, et ad collationem in loco eius sedebit etc. excepto quod locum eius in ecclesia non occupabit etc.

Ad subpriorem pertinet fratres in choro excitare etc. Si abbas et prior defuerint, subprior in capitulo vicem prioris agat, et in refectorio ad nolam sedeat.

Sacrista debet horologium temperare. Qui postquam surrexit, lumen claustri et ecclesiae clarescere faciat, ostia ecclesiae reseret etc.

Cantor debet stare in dextro choro, et succentor in sinistro, unusquisque in choro suo fratres ad vigilandum et cantandum excitare, negligentias de antiphonis, psalmis, responsoriis, hymnis, versiculisque imponendis unusquisque in suo choro, et in altero, si alter non emendaverit, corrigere etc.

Armarius debet libros in ecclesiam ferre et referre, et fratribus prout oportuerit distribuere etc. De chartis et libris faciendis et custodiendis sollicite provideat. Post primam dominicam quadragesimae, secunda feria, dum missa in conventu canitur, libros in capitulum debet portare, et ad nutum abbatis fratribus distribuere. Si vero aliquis frater librum, quem anno praeterito accepit, ex integro non legerit, statim veniam suam faciat, dicens mea culpa, et accuset se de negligentia dicens: librum quem accepi in isto capitulo anno praeterito, totum ex integro non legi: et ille qui praesidet capitulo, cunctis audientibus dabit ei paenitentiam. Haec est antiqua consuetudo istius ecclesiae. In vigilia paschae annos Domini, epactas, concurrentes, indictiones, et alias regulas necessarias in charta scribere, et in cereo paschali affigere etc.

Reg. S. Bened. cap. 48 cum Comm. p. 648.

Cellarius panem et vinum hora competenti in refectorio ad distribuendum fratribus debet praeparare, et in festis annualibus servire etc. Caveat autem cellarius omnino ne contra voluntatem abbatis aliquid faciat, sed de omnibus eum consulat, et ad consilium eius cuncta distribuat.

F. 131. *b. Ritus extremae unctionis, qui propter sanctitatem gravitatemque rei totus a nobis recitabitur.* Ad inungendum infirmum. Capitulo finito, processione praeparata ante capitulum, sacerdos indutus alba cum aliis ministris; et sacrista ferens oleum in ordine suo non indutus, et stuppas vel pannum ad detergendum iuncturam: quotiens dicitur per istam sanctam unctionem, pannus vel stuppae mutentur, quas postea in piscina ad hoc deputata

comburat. Et cum pervenerit ad infirmum, finitis psalmis, qui unctionis agit officium, dicat: pax huic domui; et conventus respondeat, amen. Et statim sacerdos subsequatur: Dominus vobiscum, et dicat hanc orationem: introeat, Domine, domum hanc; et ceteras orationes. Quibus finitis, statim sacrista offerat oleum sacerdoti, qui dextro pollice intincto inungat infirmum in septem locis. Cum autem pervenerit ad manus, si sacerdos est, manibus extensis de foris iungat; si non est sacerdos, deintus. Et interim conventus dicat septem psalmos cum gloria patri. Quo peruncto, manibus ablutis in piscina; deferat sacram communionem 1) cum calice offertorio cooperto, praecuntibus cereis et turibulo, et alius deferat ampullam vinariam ad aspergendos digitos in calice. Cum ad infirmum venerint, conventus petat veniam, et sacerdos dicat ei: ecce, frater, corpus domini nostri Iesu Christi, quod tibi deferimus. Credis hoc esse illud, in quo est salus vita et resurrectio nostra? Ipse respondeat: credo. Et deinde adorata cruce et osculata, moneat eum sacerdos dicere confiteor. Quo dicto, sacerdos cum his qui aderunt dicat, misereatur tui: Et postea subiungat, dominus Iesus Christus: deinde communicet eum dicens: corpus domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam aeternam. Idem quoque fiat quotiens gravi necessitate quis tenetur 2).

F. 132. *Consuetudo in obitu describitur sic.*—Dum aliquis morti penitus propinquaverit, ponatur ad terram super sagum 3), supposito prius cinere in modum crucis, et aliqua matta vel aliquanto straminis. Quo fratre defuncto, percussa crebris ictibus tabula in claustro, ubicumque conventus fuerit, accurrant omnes velociter, dicentes in fide illius: credo in Deum, tam alte ut possit audiri. Abbas ut advenerit, accepta stola incipiat letaniam, et conventus respondeat. Qua dicta, incipiat cantor responsorium: subvenite sancti Dei; et turificet corpus; et aqua benedicta praemissa, finito responsorio dicat abbas pater noster, et collectam, sicut sunt in libro. Postea deferatur mortuus ad lavandum, si necesse fuerit. Provideat autem prior a quibus et quomodo abluatur et involvatur. Interim fratribus a defuncto seorsum ordinatis circa abbatem, prout locus permiserit, dicant officium mortuorum. Quo dicto, et corpore abluto, ponatur in feretro, et cooperiatur pallio; et statim prior percutiat tabulam uno ictu, et sic eant omnes ad corpus etc. Abbas provideat, ne corpus unquam solum remaneat. Sciendum est quod si tabula percussa fuerit, conventu reficiente, omnes accurrant velociter, praeter lectorem et clericum: lector tamen submissa voce potest legere, donec conventus redeat.—Nullus dirigatur in via, ex quo frater mortuus fuerit, usque ad sepulturam, nisi gravis necessitas urgeat, quod ipsum sine abbatis licentia non fiat.

F. 134. *b.* Fratres in capitulo cum sederint, inclinent se mutuo. Veniente vero abbate, assurgant ei omnes, inclinantes tamen et transeunti, eoque sedente sedeant. Sed ille qui iuxta abbatem sessurus est, humiliet se profunde ad pedes ipsius. Et ita faciat in omnibus locis qui iuxta eum sedere voluerit, excepto in ecclesia. Nam nec fratres ibi sibi supplicant, nec ad mensam, sed nec nocturno tempore. Lector vero veniens ante analogium 4), aperiat librum, et inclinet se ad benedictionem etc.

F. 140. *b. De poenis in capitulo infligendis.*—Caveat ille qui tenet capitulum, ne aliquis ab eo verberetur 5), qui super eum proclamavit (qui eum accusavit). Qui autem verberat, non cesset a verbere, usque ad iussionem abbatis. Qui dum quieverit, adiuvet illum fratrem ad induendum; qui indutus et erectus, non se moveat, donec abbas dicat: ite sessum; et tunc inclinans eat in locum suum. Hoc quoque sciendum est, quod ille qui inferioris gradus est, non debet verberare superiorem, id est diaconus sacerdotem, sed aequalis aequa-

1) Animadverte morem dandi sacram communionem non ante sed post sancti olei unctionem, quod et in aliis priscis ritualibus legitur.

2) Nimirum olim facilius citiusque, quam nunc, sancti olei sacramentum et divinum viaticum postulabatur atque dabatur, ut tractatores de sacramentis observant.

3) Sagum et matta lectisternii genus apud Martenium Comm. cit. p. 720. 721.

4) Analogium, pulpitum ubi legendarii sive lectionarii libri. Marten. Comm. p. 270.

5) Hanc verberum inter monachos poenam improbabant Studitae ut vidimus p. 119. Legimus tamen inter Benedictinorum antiquas consuetudines apud Mabill. in Analect. (Dacher. T. IV. p. 153. n. IX.)

lem, vel superior inferiorem. Hoc etiam caveatur, ne aliquis extra capitulum loquatur alicui de culpis sive secretis causis quae in capitulo pertractantur.

F. 141. *b.* Fratres egressi de capitulo, ad orationem ire possunt in ecclesiam non solum tunc, sed et omni tempore lectionis, et ad omnia intervalla: ubi non sedeant, nec legant, vel librum teneant etc. Qui vero in claustro sederint, religiose se habeant singuli in singulis libris etc. Neque inquietent se invicem fratres in quaestionibus faciendis, nisi de productis et correptis accentibus, et de dictione quam legere ignoraverint etc. Si quis habuerit caputium in capite cum legerit, taliter habeat, ut possit perpendi si dormiat etc. Dum vero ambulant, humiliter incedant et discooperto capite, supplicantes invicem obviando. Quod si abbati obviaverint, divertant se in partem, supplicantes ei: quae supplicatio ubique fiat extra dormitorium, quotiens abbati vel sibi invicem obviaverint. Si quis aliquo modo fratrem suum scandalizaverit, cum quo loqui non solet, dicat priori; et si prior iusserit, vocato illo, tamdiu ante pedes prostratus iaceat, quo usque ille placatus erigat eum etc.

F. 142. *b.* Mensae lector dominico die post maiorem missam, inclinans se ante gradum presbyterii, dicat ter: *Domine, labia mea aperies*, totum versum, et accepta benedictione, et facto ante retro 1) eat in refectorium accipere mixtum cum aliis servitoribus. Post horam vero sextam, prior pulset cymbalum in claustro etc. quo audito, eant ad lavatorium, Reg. S. Bened. cap. 38. et ablutis manibus et detersis, intrent refectorium, et venientes ante sedes suas faciant ante et retro, et sic stent donec prior veniat. Si autem prior diu moratus fuerit, assurgant ei. Et prior facto ante retro ante sedem suam, pulset campanam etc. Statim lector petat benedictionem, et interim fratres ingrediantur mensas. Incepta ergo lectione, fratres discooperiant panes, priore tamen hoc faciente prius. Dum autem lector legit, aurem accommodat priori, ut si quando eum emendaverit, intelligere possit. Si intelligit quid emendet, humiliter dicat; si non intelligit, versum reincipiat; et hoc totiens faciat, quotiens priorem propter hoc esgrundire 2) cognoverit. Exhinc nullus exeat de refectorio, nullus etiam incedat comedendo, nullus abluat ibi scyphum, sed liniat qui voluerit: nullus tergat manus vel cultellum ad mappulam 3), nisi prius eum pane terserit. Qui voluerit accipere, cum cultello accipiat. Qui bibit, cum duabus manibus teneat scyphum. Si quis viderit alii deesse quod habere debeat, inquirat a coquo vel a cellario. Qui aliquid apponit, et cui apponitur, invicem sibi inclinent. Cui autem prior aliquid miserit, prius inclinet deferenti; deinde assurgens humiliet se versus priorem. De cibo communi nemo dividat alicui. Quod sicui aliquid superadditum fuerit, nisi pro munitione vel infirmitate ei datum fuerit a cellario, tantum potest dare iuxta sedenti ad dexteram et ad sinistram etc. Refectorio exeant bini et bini euntes, iunioribus scilicet praeeuntibus; ita tamen ut prior, vel quilibet conventum tenens solus eos, in medio utriusque chori, sequatur. Si abbas aliquis adfuerit, eat prior in ordine suo cum socio, abbas autem solus. Si duo abbates fuerint, eant simul etc.

F. 144. *b.* Audito signo in ecclesia ad horas regulares, statim fratres intermittant qualecumque opus habuerint prae manibus: etiam scriptor non perficiat litteram suam, sed imperfectam eam dimittat etc.

F. 145. *b.* Caveant autem qui de choro egrediuntur, ne plus foris quam duos psalmos morentur, et ne amplius quam duo iuxta se stantes simul exeant. Omnes interesse debent orationibus quae fiunt ante regulares horas, quibus dicitur pater noster, et credo in Deum. Sed nec aliquis excipitur ab illis orationibus, quae fiunt ad utrasque vesperas in praecipuis festivitatibus. Nullus in lectum ascendat rectus, sed de sponda divertat pedes in ipsum lectum etc.

1) *Ante et retro*, forma corporis inclinandi apud monachos usitata, inquit Cangius, scilicet non dorso arcuato, sed ita ut dorsum sit submissius quam lumbi, et caput submissius quam dorsum.

2) Cangius voc. *esgrinnire* citat hunc ipsum locum, sed ex regula ms. S. Victoris parisiensis. Vaticanus tamen codex nullo modo pertinet ad S. Victoris monasterium, sed ad Salmuriense sancti Florentii, cuius vigilia, festum, et commemoratio, ibidem scribuntur.

3) De mappula Martenius Comm. p. 724.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΤΩΝ ΣΤΟΥΔΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΟΡΕΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΑΥΤΗΣ ΔΙΑΛΥΣΕΩΝ

ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΤΕΘΕΝΤΕΣ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ.

α΄. Περὶ ἐξαγορεύσεως.

Cod. vat. 840. f. 195. b. Ἐξαγόρευσις ἐστὶ λόγων καὶ ἐνθυμήσεων αἰσχρῶν ἀνήδονος ὑπόμνησις· διάλυσις δὲ ἡ τούτων διάκρισις, ἐπὶ ἀγαθὴν ὁδὸν ὁδηγοῦσα τοὺς προσερχομένους· λέγε γὰρ σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου ἵνα δικαιωθῇς*· (gr. Is. XLIII. 26.) καὶ πάλιν· εἶπα, ἐξαγορεύσω τὴν κατ' ἐμοῦ ἐγγινομένην μου ἁμαρτίαν τῷ κυρίῳ*· (Ps. XXXI. 5.) καὶ ἰδοὺ ἀφείλετο πάσας τὰς ἁμαρτίας μου· δύναται γὰρ ἐξομολόγησις, καὶ πῦρ αἰώνιον ἀποσβέσαι· καὶ γὰρ λογισμοὶ κρυπτόμενοι, τίκτουσι πάθη· ἐξαγορευόμενοι δὲ, θεοειδεῖς ἀπεργάζονται· γύμνου σὸν μώλωπα τῷ σῷ ἰατρῷ· εἰπὲ, καὶ μὴ αἰσχυνθῇς· πρόσελθε σὺν τῇ πίστει τῷ σῷ ἡγουμένῳ, ἀπονήρῳ ἁπλότητι, καὶ ὡς ἐκ θεοῦ στόματος τὰ παρ' αὐτοῦ συμβουλευόμενά σοι δέχου, εἰ καὶ ἐναντία τῷ σῷ σκοπῷ τὰ εἰρημένα τυγχάνουσιν· εἰ καὶ μὴ πάνυ πνευματικοὶ οἱ ἡγούμενοι καθεστήκασι, μὴ σκανδαλίζου· οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς, πίστει καὶ

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS
THEODORI PRESBYTERI ET PRAEPOSITI MONACHORUM STUDII
DE CONFESSIONE ET PRO PECCATIS SATISFACTIONE

CANONES A SUPRADICTO EDITI.

1. De confessione.

Confessio est verborum et cogitationum turpium dolens expositio: satisfactio autem est illorum peccatorum discussio, quae in bonam viam accedentes reducit. *Dic tu prior peccata tua, ut iustificeris.* Rursusque: *confitebor adversus me peccatum meum Domino. Et ecce abstulit omnia peccata mea.* Potest enim confessio ignem quoque aeternum extinguere. Et silentio quidem pressae cogitationes culpas pariunt: quas si confessi fuerimus divinam pulchritudinem adquirimus. Denuda ulcus tuum medico: fare, neque erubescas: accede cum fide ad ducem tuum, et cum simplicitate sine malitia, et tamquam ex ore Dei consilia eius excipe, quamvis haec tuo contraria proposito sint. Et si forte haud satis spiritales videantur duces tui, ne scandalizeris: non enim iniustus est Deus, ut animas quae se cum fide et sinceritate hu-

1) Nequis forte dubitet de hoc nostri Studitae opusculo, en testis accedit etiam codex arabicus vat. CLXXIV. in catalogo a me impresso p. 316. his verbis. *Constitutiones sancti patris Theodori abbatis monasterii Studii, seu monachorum Studitarum, de paenitentibus qui de peccatis suis occultis confitentur, deque confessariis, qui eos de illis interrogant.* Est autem hic libellus instar tot latinorum qui extant tum editi tum manuscripti *de vitiis* et *de virtutibus*.

ἀκακίᾳ ψυχὰς ἑαυτὰς ταπεινωσάσας, τῇ τοῦ ἡγουμένου συμβουλῇ καὶ κρίσει ἀπατηθῆναι, κἂν ἄλογοι οἱ ἀπατηθέντες τυγχάνωσιν.

β'. Περὶ μνησικάκων ἐντολή.

Ὁ μνησίκακος τῇ τοῦ Ἰακὼβ κλίμακι ι) προσελθὼν, τῇ τοῦ κορυφαίου Πέτρου ἐκπεσούσῃ ἀλύσει ἐνδέδεται· καὶ γὰρ μνησικακία, θυμοῦ ἐστι κατάληξις, δικαιοσύνης μῖσος· κατὰ μὲν τοὺς τῶν μεγάλων πατέρων κανόνας, ἐν τρισὶν ἔτεσι τῶν ἁγιασμάτων ἀπεχέσθω· κατὰ δὲ τοὺς μοναχοὺς ἐνιαυτὸν ξηροφαγείτω ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τῶν ἀδελφῶν καταλύσεως, ποιῶν μετανοίας καθ' ἡμέραν μ'.

γ'. Περὶ καταλαλιᾶς.

Οἶμαι ἐκ μίσους καὶ μνησικακίας τὴν καταλαλιὰν τίκτεσθαι· καὶ γὰρ καταλαλιὰ ἐστὶν ἀποκύημα μίσους, βδέλλα ἀγάπης, ἐξαφανίζουσα καὶ ἐκδαπανῶσα αἷμα ψυχῆς· λέγομεν δὲ ὡσαύτως, κατὰ μὲν τοὺς ἑτέρους, ἐνιαυτὸν προσκλαυσάτω· κατὰ δὲ τοὺς μοναχοὺς, τετράμηνον ξηροφαγείτω, ὅτε οἱ λοιποὶ ἐσθίουσι, μετανοίας ποιῶν καθ' ἡμέραν ἑκατόν· Ὅτι τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον *. * Ps. C. 5.

δ'. Περὶ πολυλογίας.

Ὁ πολυλογῶν ὑπὸ γλώττης σκοτιζόμενος, ἐξαμηνιαῖον χρόνον ἐν μετανοίᾳ πληρούτω· οὕτως γὰρ οἱ κανόνες περὶ τῶν τοιούτων ὁρίζονται· ἐπειδὴ πολυλογία ἐστὶν ἀγνωσίας τεκμήριον, καταλαλιᾶς θύρα, ψεύδους ὑφουργός·

miliant, sinat a ducis consilio et iudicio decipi; utcumque habetes sint ii quibus fraus intenditur.

2. Adversus iniuriarum memores decretum.

Iniuriarum memor ad Iacobi scalam accedens, coryphaei Petri cadente catena illigatur. Quippe iniuriarum memoria, est irae habitaculum, et iustitiae odium. Iuxta quidem magnorum patrum canones, homo eiusmodi triennio a sanctis rebus arceatur. Verum inter monachos anno uno vescatur aridis hora qua fratres ieiunium solvunt, et metanoeas quotidie faciat quadraginta.

3. De obtrectatione.

Arbitror ex odio et iniuriarum memoria obtrectationem gigni. Etenim obtrectatio est odii filia, caritatis hirudo quae animae sanguinem prorsus consumit. Similiter autem dicimus, ex aliorum quidem praescripto hunc uno anno flere: monachum autem quatuor mensibus arido cibo uti debere dum reliqui comedunt; et metanoeas facere quotidie centum. Quia *detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.*

4. De garrulitate.

Garrulus linguae vitio infectus, sex menses paenitendo expleat: sic enim canones de huiusmodi hominibus decernunt. Quippe garrulitas, est inscitiae indicium, obtrectationis ianua, mendacii ministra. Nos tres mensibus hunc a communione removemus, aridis omnino vescentem hora sexta, et metanoeas quotidie centum quin-

2) De scala Iacobi S. Benedictus reg. cap. VII. plura verba facit, plurima postea Martenius in Comm. Nihil tamen ad hunc Theodori locum: quamquam Benedictus reapse de humilitate agit, heic autem haud scio an superbia innuatur. Videtur ergo potius proverbium quoddam. Sed alii iudicent.

ἡμεῖς δὲ τρίμηνον λέγομεν ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγοῦντα ἄκρως ὥρᾳ ἕκτῃ, μετανοίας ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ρκ'· ἐπισφαλὲς γὰρ λίαν καὶ αὐτοῖς τοῖς δοκοῦσι τὸ πάθος ἐστίν.

ε'. Περὶ ψεύδους.

Ὁ ψεύστης ὡς εὐτράπελος λογίζεται· καὶ γὰρ ψεῦδος ἐστὶν ἀγάπης ἀφανισμός· ἐπιορκία δὲ, θεοῦ ἄρνησις· μηδεὶς οὖν τῶν εὐφρονούντων, μικράν τινα τὴν τοῦ ψεύδους ἁμαρτίαν εἶναι νομίσοι· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ἅγιον πνεῦμα
* Ps. V. 7. προείρηκεν· ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος *· ὁρίζονται δὲ πάντες ὅτι τρίμηνον ἐν μετανοίᾳ διατελείτω· ἡμεῖς δὲ μ' ἡμερῶν ξηροφαγίαν ἄκρως ὥρᾳ ἕκτῃ, καὶ μετανοίας καθ' ἡμέραν ρν'· καὶ γὰρ φοβερὰ ὑπὲρ πάσας ἡ ἁμαρτία αὕτη.

ϛ'. Περὶ ἀκηδιαστοῦ.

Ὁ ἀκηδιαστὴς ὡς ἀπογινώσκων τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας λογίζεται· καὶ γὰρ ἀκηδία ἐστὶν ἀσκήσεως μῖσος τοῦ μοναχικοῦ ἐπαγγέλματος, κοσμικῶν μακαρίστρια, θεοῦ διαβλήτωρ, ὡς ἀσπλάγχνου καὶ ἀφιλανθρώπου, ἀτονία ψαλμῳδίας ἐν προσευχαῖς ἀσθενοῦσα· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην μ' ἡμέρας μετανοεῖν· ἑβδομάδας τρεῖς οἴνου μὴ μεταλαμβάνειν καὶ ἐλαίου· μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν σν'· ὅτι εἰς βυθὸν ᾄδου δύναται κατάγειν τὸ πάθος τῆς ἀκηδίας.

ζ'. Περὶ γαστριμάργου.

Ὁ γαστρίμαργος ἔοικε τάφῳ γέμοντι σεσηπυῶν σαρκῶν· γαστριμαργία ἐστὶ κοιλίας ὑπόκρισις· κεκορεσμένη γὰρ οὖσα, ἐνδείας ἀναβοᾷ· καὶ πεφορτισμένη, πεινᾶν ἀναγκάζει· γαστριμαργία ἐστιν, ὀφθαλμῶν ἀπάτη· ὁρίζομεν δὲ καὶ

quaginta facientem. Etenim valde lubricum periculosumve ipsis quoque aestimatione dignis hominibus hoc vitium est.

5. De mendacio.

Mendax quasi lepidus homo existimatur. Atqui mendacium caritatis destructio est; periurium autem, Dei negatio. Nemo itaque, si modo sapiat, leve credat esse peccatum mendacium. Nam ipse Spiritus sanctus iam dixit: *perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Cuncti autem mendaci homini trimestrem paenitentiam decernunt. Nos tamen quadraginta dierum aridum omnino victum hora sexta huic imperamus, et metanoeas quotidianas centum quinquaginta. Etenim timendum est prae ceteris hoc peccatum.

6. De acidioso.

Acidiosus quasi de sua salute desperans reputatur. Etenim acidia est monasticae regulae observandae odium, mundanarum rerum admiratio. Acidiosus Deum accusat, quasi immisericordem et hominum osorem; ad psalmodiam precesque torpet. Vitio huic decernimus quadraginta dierum paenitentiam; et ut per tres hebdomadas vino et oleo acidiosus non utatur, quotidie faciens metanoeas ducentas quinquaginta. Namque in profundum inferni potest deducere acidiae vitium.

7. De guloso.

Gulosus similis est sepulcro putrescentibus carnibus pleno. Gulositas est ventris hypocrisis, qui cum sit satur, nihilominus se egere clamat; et gravatus, esurire

ταύτην ἐν τριάκοντα ἡμέραις προσκλαίειν· ἑβδομάδα μίαν ξηροφαγεῖν ὥρᾳ ἐννάτῃ· ποιεῖν μετανοίας καθ᾽ ἡμέραν π΄· ὅτι τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παραπέμπει τοὺς πειθομένους αὐτῇ.

η΄. Περὶ φιλαργύρου.

Ὁ φιλάργυρος νοσεῖ νόσον ἀνίατον, δαπανῶσαν τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· φιλαργυρία ἐστὶν, εἰδώλων προσκύνησις, ἀπιστίας θυγάτηρ, ἀσθενειῶν προφατίστρια, ἑκούσιος παραβάτης· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην, τετράμηνον ἐν μετανοίᾳ εἶναι, ἡμέρας μ΄ ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ΄, μετανοίας ποιεῖν καθ᾽ ἡμέραν ν΄· ὡς τοῦ πάθους ἐκκαίοντος τὴν ψυχήν.

θ΄. Περὶ ἀναισθήτου.

Ὁ ἀναίσθητος ἔοικε λίθῳ ὀξυγώνῳ, κρούοντι καὶ μὴ διαλυομένῳ· ἀναισθησία ἐστὶ νέκρωσις μελῶν, δαιμονιώντων ἀδελφὴ, μεθυόντων ὁμόνοια· ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην, διμηναῖον προσκλαίειν χρόνον, ἡμέρας κε΄ ἐλαίου καὶ μόνου μεταλαμβάνειν, τῶν δὲ λοιπῶν ἀπέχεσθαι, ποιεῖν μετανοίας καθ᾽ ἡμέραν ρ΄· καὶ γὰρ ὁ ἀναίσθητος δύναται βαλεῖν τὸν ἀδελφὸν εἰς βάραθρον.

ι΄. Περὶ κενοδόξου.

Ὁ κενόδοξος ὡς ὑπερήφανος καταλογίζεται· καὶ γὰρ κενοδοξία ἐστὶ, κατὰ μὲν τὸ εἶδος φύσεως ἐναλλαγὴ, καὶ ἠθῶν διαστροφὴ, καὶ παρατήρησις μέμψεων, ὑπερηφανίας τρίβολος ἐργασία. ὁρίζομεν δὲ καὶ ταύτην ἐν λ΄ ἡμέραις προσκλαίειν, ἑβδομάδας δύο ἄκρως ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ΄, μετανοίας ποιεῖν καθ᾽ ἡμέραν ρμ΄, ὡς δαίμονος αἴτιον τὸ πάθος καὶ πρόξενον.

cogit. Gulositas est oculorum deceptio. Decernimus huic quoque vitio triginta dierum luctum ; et unius hebdomadae aridum victum hora nona ; nec non quotidianas metanoeas octoginta. Quippe gulositas sibi deditos aeterno igni transmittit.

8. De avaro.

Avarus insanabili morbo laborat, qui interiorem hominem exedit. Avaritia est idolorum servitus, infidelitatis filia, infirmitatum praetextus, voluntaria apostasia. Huic item decernimus quadrimestrem paenitentiam, quadraginta dierum aridum victum hora nona, et quotidianas metanoeas quinquaginta ; cum sit vitium animam consumens.

9. De torpido.

Torpidus assimilatur lapidi acutis angulis praedito, qui percutit, neque tamen ipse frangitur. Torpedo, mortificatio membrorum est, furiosorum germanitas, ebriorum concordia. Decernimus huic etiam vitio bimestrem fletum, et per dies viginti unius olei usum, abstinentiam a ceteris, et quotidianas metanoeas centum. Utique torpidus fratrem suum in barathrum coniicere potest.

10. De inanis gloriae cupido.

Inanis gloriae cupidus superbi instar habetur. Namque inanis gloriae cupiditas, specie quidem naturae est immutatio, morum perversio, vituperationum captatio, superbiae senticosa operatio. Huic quoque decernimus triginta dierum fletum, duabus hebdomadis aridum prorsus victum hora nona, et metanoeas quotidianas centum quadraginta. Namque hoc vitium causam daemoni suppeditat et hospitium.

ια'. Περὶ δειλοῦ (λείπει).

ιβ'. Περὶ ὑπερηφάνου.

Ὁ ὑπερήφανος ὅμοιός ἐστι τῷ διαβόλῳ τῷ κατὰ Θεοῦ τραχηλίσαντι· καὶ γὰρ ὑπερηφανία ἐστὶ Θεοῦ ἄρνησις, δαιμόνων εὕρημα, ἐξουδένωσις ἀνθρώπων, κατακρίσεως μήτηρ, θυμοῦ πηγὴ, ὑποκρίσεως ῥίζα· ὁρίζομεν καὶ ταύτην ἐν ἓξ μησὶ προσκλαίειν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ· ἑβδομάδας δ' ξηροφαγεῖν ἄκρως ὥρᾳ ἐννάτῃ· καθ' ἡμέραν μετανοίας ρο'.

ιγ'. Περὶ βλασφήμου.

Ὁ βλάσφημος τῇ τοῦ Κάϊν μερίδι καταλογίζεται· χαλεπὴ γὰρ ἡ ῥίζα τῆς σατανικῆς ὑπερηφανίας, ἀδελφοί· διὸ ἀναγκαῖον αὐτὴν εἰς μέσον ἀχθῆναι· οὐ γὰρ τῶν τυχόντων, ἀλλά γε πολλῷ μᾶλλον χαλεπώτερος ὁ ἐχθρὸς πάντων καθίσταται· ὁρίζομεν δὲ προσκλαίειν μέχρι κατορθώσεως τοῦ πάθους, ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγεῖν ἡλίου δυσμαῖς, μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν τ', μέχρις ἂν ἀποστῇ τῆς ἀθεμίτου βλασφημίας.

ιδ'. Περὶ θυμώδους.

Ὁ θυμώδης ἔοικε δαιμονιῶντι· θυμὸς γάρ ἐστιν ἑταιρία δαιμόνων· ἀνὴρ θυμώδης, οὐκ εὐσχήμων*· ὁ θυμὸς ἔστω σοι κατὰ μόνου τοῦ ὄφεως, δι' ὃν ἐξέπεσας· ὁρίζομεν δὲ μ' ἡμέρας προσκλαίειν, ἑβδομάδα τυροῦ καὶ ᾠοῦ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπέχεσθαι, μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν ρ'· καὶ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, πτῶσις αὐτῷ ἐστι*· καὶ ὀργὴ ἀπόλλυσι καὶ φρονίμους.

* Prov. XI. 25. gr.

* Eccli I. 19. gr.

11. De timido (*deest in cod.*)

12. De superbo.

Superbus similis diabolo est, qui Deo restitit. Nam superbia negatio Dei est, daemonum inventio, hominum ruina, damnationis mater, irae fons, hypocriseos radix. Huic item decernimus semestrem fletum in sancta ecclesia, quatuor hebdomadis aridorum strictum usum hora nona, et quotidianas metanoeas septuaginta supra centum.

13. De blasphemo.

Blasphemus in Caini partibus reputatur. Dira est enim, fratres, satanicae superbiae radix: quamobrem eam in apertum producere necesse est: quandoquidem haud vulgaris est hostis, sed omnium asperrimus. Decernimus hominem eiusmodi in fletu versari quoad hic morbus sanetur, extra communionem esse, aridis vesci sub solis occasu, et quotidianas facere metanoeas trecentas, donec ab impia blasphemia recedat.

14. De iracundo.

Iracundus similis est daemonium habenti; namque ira daemoniorum sodalitas est. *Vir iracundus non est decorus.* Ira tibi sit adversus serpentem tantummodo cuius causa cecidisti. Decernimus quadraginta dierum fletum, et una hebdomada a caseo, ovis, vino, oleoque abstinere, et metanoeas centum quotidie facere. *Etenim impetus irae eius, ruina ipsius est.* Et *ira perdit etiam prudentes.*

ιε'. Περὶ ὀργίλου.

Ὁ ὀργιζόμενος ὅμοιος τοῖς τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοῖς καθέστηκεν· ὀργὴ γάρ ἐστι φρονήσεως διαρπαγὴ, καὶ καταστάσεως ἀδελφῶν ἐκτρεποσύνη, καὶ ἠγριωμένη μορφὴ κράσεως· ὁρίζομεν δὲ τὸν ὀργίλον μῆνας δύο προσκλαίειν, μ' ἡμέρας ξηροφαγεῖν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ποιεῖν σ'· τὸν γὰρ ὀργιζόμενον τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὁ κύριος ἔφησεν ἔνοχον εἶναι τῆς κολάσεως *· ὅθεν καὶ τὸ πτῶμα φοβερόν ἐστιν. * Matth. V. 22.

ιϛ'. Περὶ λύπης.

Ὁ τῇ λύπῃ βεβυθισμένος ἔοικεν ἀνδρὶ κλυδωνιζομένῳ ἐν τῷ πελάγει· λύπη γάρ ἐστι ψυχῆς ξηρότης· ἀνδρὸς γὰρ λυπεροῦ ξηραίνεται ὀστᾶ *· καὶ μακρὰν ποίησον ἀπὸ σοῦ λύπην *· ὁρίζομεν δὲ τὸν τοιοῦτον προσκλαίειν τῷ θυσιαστηρίῳ εὐχαῖς ἀδιαλείπτον· ποιεῖν καθ' ἡμέραν μετανοίας σν', τὸ κύριε ἐλέησον φ'· δύναται γὰρ λύπη εἰς βλασφημίαν ῥίψαι. * Prov. gr. XVII. 23. gr. * Eccli. XXX. 24.

ιζ'. Περὶ φονέως.

Ὁ φονεὺς κατὰ μὲν τὸν νόμον ἀποθνησκέτω· ὁ δὲ ἅγιος Βασίλειος ιε' ἔτη ὥρισεν αὐτὸν προσκλαίειν, ξηροφαγεῖν ἄκρως ὥρᾳ ἐννάτῃ, καὶ ἀκοινώνητον εἶναι· ἡμεῖς δὲ τριετῆ χρόνον τὸν κανόνα τοῦτον ὁρίζομεν, ἐὰν μετανοῇ, καὶ ὁ μόχθος αὐτοῦ φαίνηται· ἐὰν δὲ ἀμελῇ, τὰ ιε' ἐκτελείτω ἔτη, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον.

ιη'. Περὶ μοιχοῦ.

Ὁ μοιχὸς ὅμοιος τῷ φονεῖ· ὁ γὰρ τῇ τοῦ πλησίον γυναικὶ ἐπιβουλεύων, μάχαιραν δίστομον κινεῖ, καὶ χωρισμὸν ἀποτελεῖ. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος Βασί-

15. De eo qui facile irascitur.

Qui irascitur similis est Iosephi fratribus. Est enim ira intellectus direptio, tranquilli fratrum status eversio, et saevae quaedam compaginis forma. Decernimus prono ad iram bimestrem fletum, et quadraginta diebus arido cibo uti hora nona, et metanoeas facere ducentas. Namque irascentem fratri suo Dominus reum poenae agit. Quare culpa formidabilis est.

16. De tristitia.

Tristitia demersus similis est homini qui in mari tempestatem patitur. Tristitia est animae ariditas: *viri enim tristis exsiccantur ossa*. Et *tristitiam longe repelle a te*. Decernimus hominem huiusmodi incessantibus precibus apud altare flere, quotidie metanoeas centum quinquaginta facere, et quingenties dicere: *Domine miserere*. Nam tristitia potest ad blasphemiam impellere.

17. De homicida.

Homicida, legis quidem praescripto moriatur. Sed sanctus Basilius huic annorum quindecim fletum constituit, et aridis districte vesci hora nona, et extra communionem manere. Nos ad triennium canonem hunc redigimus, siquidem paenituerit, et adflictio eius appareat. Quod si poenam hanc neglexerit, quindecim annis luat, prout magnus vult Basilius.

18. De adultero.

Adulter homicidae similis est. Nam qui proximi sui uxori insidiatur, gladium ancipitem movet, et discidium inducit. Sanctus quidem Basilius constituit, hunc annis

λειος (ὥρισεν) ἔτ ιε' ξηροφαγοῦντα ἄκρως ὥρᾳ ἐννάτῃ· ἡμεῖς δὲ τοῦ πάθους ἐκκοπτομένου, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι, ξηροφαγοῦντα ἄκρως, μετανοίας καθ' ἡμέραν διακοσίας.

ιθ'. Περὶ πόρνου.

Ὁ πόρνος ἓξ ἔτη ἀκοινώνητος, ξηροφαγῶν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ρν'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τῷ μεγάλῳ ἐπιτιμίῳ τοῦ ἁγίου Βασιλείου καταδικαζέσθω.

κ'. Περὶ ἀρσενοκοίτου.

Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄῤῥεσιν ἐπιδεικνύμενος, ὁ μὲν ἅγιος Βασίλειος ιε' ἔτη ὥρισεν ἀκοινώνητον νηστεύοντα καὶ προσκλαίοντα· ἡμεῖς δὲ ἐὰν ἀποστῇ τοῦ κακοῦ μετὰ πληροφορίας, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τὰ δεκαπέντε ἔτη ἐκτελείτω τὸ ἐπιτίμιον.

κα'. Περὶ κτηνοβάτου.

Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἀσχημοσύνην ποιούμενος, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε' ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται· ἡμεῖς δὲ ἐὰν τοῦ κακοῦ ἀποστῇ, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι ὁρίζομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· εἰ δὲ ἀμελῇ, τὰ ιε' ἔτη φυλαττέτω.

κβ'. Περὶ ἀδελφομιξίας ἤτοι αἱμομιξίας.

Ὁ εἰς ἀδελφὴν ἰδίαν ἐμπίπτων, ιε' ἔτη ἀκοινώνητος κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον· καθ' ἡμᾶς δὲ ἐὰν ἀποστῇ τοῦ κακοῦ, τριετῆ χρόνον ἐπιτιμάσθω, ξεροφαγῶν ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας σ'· ἐὰν δὲ ἀμελῇ, τὰ ιε' ἔτη ἐκτελείτω.

quindecim arido districte cibo uti, hora nona. Nos vero, si vitium abruptum fuerit, biennii excommunicationem decernimus, cum arido omnino cibo, et metanoeis quotidianis ducentis.

19. De fornicatore.

Fornicator sex annis extra communionem sit, cibo arido vescens hora nona, cum metanoeis centum quinquaginta. Quod si neglexerit, grandiori poenae sancti Basilii sit obnoxius.

20. De masculorum concubitore.

Qui turpitudinem cum masculis commiserit, hunc sanctus Basilius quindecim annis extra communionem esse decrevit ieiunantem ac flentem. Nos tamen, siquidem a peccato se recessisse credibiliter demonstret, biennio tantum extra communionem eum esse, arido cibo utentem hora nona, iubemus. Quod si poenam hanc neglexerit, quindecim annorum poenam sustineat.

21. De coëunte cum bestia.

Qui cum bestiis rem turpem habuerit, iuxta sanctum Basilium quindecim annis extra communionem erit. Nos tamen si a flagitio cessaverit, biennii excommunicationem ei inferimus, cum arido cibo hora nona, et cum metanoeis ducentis. Quod si neglexerit, quindecim annorum poenam expleat.

22. De incestu.

Qui in sororem propriam lapsus fuerit, quindecim annis communione careat, prout vult magnus Basilius. Nos tamen, si posthinc flagitio abstinuerit, triennalem poenam decernimus aridi cibi hora nona, cum ducentis metanoeis.

κγ΄. Περὶ νύμφης οἰκείας αἱμομιξίας.

Ὁ εἰς νύμφην ἐμπίπτων, ια΄ ἔτη κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ἀκοινώνητος ἐστίν· ἡμεῖς δὲ ἐὰν ἀποστῇ τοῦ κακοῦ, διετῆ χρόνον ἀκοινώνητον εἶναι προστάσσομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ ἐννάτῃ, μετανοίας ποιοῦντα τ΄· εἰ δὲ ἀμελῇ τούτου τοῦ κανόνος, καὶ ἐπιμένῃ τῇ κακίᾳ, τὰ ια΄ ἔτη ἐκτελείτω τὸ ἐπιτίμιον.

κδ΄. Περὶ κλέπτου.

Ὁ κλέπτης, εἰ μὲν ἐξαγγείλῃ, φησὶν ὁ ἅγιος Βασίλειος, δύο μόνας ἑβδομάδας ἐπιτιμάσθω· εἰ δὲ παρ' ἄλλου ἐλεγχθῇ, διετῆ χρόνον· ἡμεῖς δὲ μ΄ ἡμέρας ὁρίζομεν, ξηροφαγεῖν ὥρᾳ θ΄, καὶ μετανοίας ποιεῖν ρ΄, ἐκκοπτομένου δηλονότι τοῦ πάθους.

κε΄. Περὶ τυμβωρύχου.

Ὁ τυμβώριχος, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε΄ ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται· ἡμεῖς δὲ τοῦ πάθους ἐκκοπτομένου, ἐνιαυτὸν ἀκοινώνητον εἶναι ὁρίζομεν, ξηροφαγοῦντα ὥρᾳ θ΄, ποιοῦντα μετανοίας σ΄.

κϛ΄. Περὶ γοητείας καὶ φαρμακείας.

Ὁ γοητείαν καὶ φαρμακείαν ἐξαγορεύων, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον ιε΄ ἔτη ξηροφαγῶν ἔσται ὥρᾳ θ΄· ἡμεῖς δὲ τριετῆ χρόνον ὁρίζομεν τὸν αὐτὸν κανόνα μετὰ τὸ ἀποστῆναι τῆς ἁμαρτίας, καὶ μετανοίας ποιεῖν καθ' ἡμέραν διακοσίας.

κζ΄. Περὶ γοητείας καὶ μαντείας.

Τὸν μάντεσι προσερχόμενον, ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ιε΄ ἔτη ὥρισεν ἀκοινώ-

23. De incestu cum nuru.

Qui in nurum lapsus fuerit, undecim annis ex sancti Basilii sententia extra communionem sit. Nos autem, si flagitium emendaverit, biennio carere communione iubemus, aridis vescentem hora nona, cum metanoeis trecentis. Quod si hunc nostrum canonem neglexerit, et in vitio perseveraverit, undecim annis poenam ferat.

24. De fure.

Fur, si ipsemet confessus fuerit, duarum tantum hebdomadarum poenam ferat, inquit sanctus Basilius: quod si ab aliis furti coargutus fuerit, duorum annorum. Nos tamen quadraginta diebus volumus eum aridis vesci hora nona, cum metanoeis centum; si certe a vitio cessaverit.

25. De sepulcrorum praedatore.

Sepulcrorum praedator, iuxta divum Basilium, quindecim annis extra communionem futurus est. Nos tamen, vitio emendato, anno uno extra communionem esse decernimus, cum arido cibo hora nona, et metanoeis trecentis.

26. De incantamentis et veneficiis seu praestigiis.

Qui incantamenta et veneficia seu praestigias, confitetur, is iuxta sanctum Basilium quindecim annis vescetur cibo arido hora nona. Nos vero eundem canonem ad triennium coarctamus, postquam homo a peccato recesserit, cum metanoeis quotidie ducentis.

27. De incantamentis et divinatione.

Ei qui ad vates accesserit, magnus Basilius quindecim annorum excommunica-

νῆτον εἶναι· ἡμεῖς δὲ τὸν προλαβόντα κανόνα τὸν περὶ φαρμακειῶν, ἀποστάντα τῆς τοιαύτης ἐργασίας.

κη'. Περὶ ἀγαθοῦ βίου 1).

Εἴ τις βούλοιτο βίον ἀτάραχον καὶ ἀκύμονα ὁδεῦσαι, λογιζέσθω ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδὸν, καὶ εὐχαριστείτω ὡς ἄγγελος θεοῦ· εἰ δὲ συμβῇ καταλαλῆσαι αὐτὸν, ἑβδομάδα μίαν ξηροφαγείτω, μετανοίας ποιῶν πεντήκοντα, ὡς τοῦ θεοῦ καταλαλήσας.

Τὰ καθημερινὰ ἐπιτίμια 2) τῶν μοναχῶν ἐκτεθέντα παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου.

α'. Περὶ μοναχοῦ ἐσθίοντος κρέα λάθρα, ἐκτὸς ἀσθενείας.

Cod. vat. 840. f. 200. b. Ὁ κρέα λαθροφαγήσας ἐκτὸς ἀνάγκης καὶ εὐλογίας τοῦ πατρὸς, ὀψάριον
* Rom. XIII. 14. ἢ ὠὸν ἢ τυρὸν μὴ ἐσθιέτω ἡμέρας μ'· γέγραπται γὰρ *· καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖτε εἰς ἐπιθυμίαν 3).

β'. Περὶ τοῦ μὴ ἐξαγγέλλοντος μοναχοῦ δι' ὅλης τῆς ἑβδομάδος 4).

Ὁ μὴ ἐξαγγέλλων τὰς καθ' ἑαυτὸν πράξεις καὶ λογισμοὺς τῷ πατρὶ διὰ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος, ἐκ τότε μὴ ἐσθιέτω ἕως οὗ ἐξαγγείλῃ.

tionem decrevit. Nos tamen ei poenam tantum praecedentis nostri canonis de veneficiis aut praestigiis imponimus, si ab huiusmodi opere se retraxerit.

28. De bona vita.

Si quis vult imperturbatam vitam et tranquillam transigere, existimet se esse terram ac cinerem, gratiasque agat quasi angelus Dei. Quod si aliquando obloqui ei contigerit, hebdomada una vescatur aridis, metanoeas simul faciens quinquaginta, ceu si contra Deum oblocutus fuisset.

Quotidianae monachorum poenae a sanctissimo patre nostro Theodoro praescriptae.

1. De monacho carnem clam comedente extra infirmitatem.

Qui carnem clam comederit absque necessitate et abbatis benedictione, is obsonium aut ova aut caseum, per dies quadraginta non comedat. Scriptum est enim: *et carnis curam ne feceritis ad concupiscentiam.*

2. De monacho qui tota hebdomada non confessus fuerit.

Qui confessus non fuerit actus suos et cogitationes abbati per septem hebdomadae dies, deinde ne comedat prius quam confiteatur.

1) Huc refer caput praestantissimum benedictinae regulae sextum de bonis operibus seu de bona vita.
2) De Graecorum epitimiis extat L. Allatii non longa epistola ad Ioh. Morinum inter miscellanea Balutii ed. nov. T. III. p. 115.
3) Vides novum, immo alienum, paulini textus propositum a Studita sensum. (Conf. ad Gal. V. 16.) Graeci quidem obiiciunt nobis Latinis, quod nostri monachi carnibus vescantur. Marten. Comm. p. 531.
4) Confer constitutiones Studitanas n. 22. Etiam cogitationes monachum abbati suo revelare mandat S. Benedicti regula cap. 4. et 7.

γ'. Περὶ τοῦ λάθρα γευομένου ὀπώρας πρὶν εὐλογηθῆναι παρὰ τοῦ ἱερέως.

Ὁ γευόμενος ἐξ οἱασδήποτε ὀπώρας πρὶν δέξασθαι εὐλογίαν παρὰ τοῦ πατρὸς, μὴ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῆς τὸν χρόνον ἐκεῖνον.

δ'. Περὶ τοῦ ὅτι οὐ χρὴ ἐκτὸς μανδύου ἐργάζεσθαι μοναχόν.

Ὁ ἄνευ τοῦ μανδύου αὐτοῦ ἢ τοῦ κουκουλλίου ἐργαζόμενος τὴν οἱανοῦν ἐργασίαν, ὡς καταφρονητὴς ἐπιτιμάσθω.

ε'. Περὶ τοῦ μὴ πίνειν ὕδωρ μετὰ τὰ ἀπόδειπνα.

Ὁ μετὰ ἀπόδειπνα πίνων ὕδωρ, ἢ συντυγχάνων τινὶ, ποιείτω μετανοίας ρ'.

ς'. Περὶ τοῦ μὴ μεταλαμβάνοντος ἐξ ἀμελείας.

Ὁ ἐκτὸς μ' ἡμερῶν, ἄνευ ἐπιτιμίου, μένων ἀκοινώνητος, λεγέτω τὴν αἰτίαν· καὶ εἰ ἐξ ἀμελείας εὑρίσκεται τοῦτο ποιῶν, ἐπιτιμάσθω ἡμέρας μ'.

ζ'. Περὶ προσενέξεως προσφορᾶς ἐν μοναστηρίῳ ὅτι οὐ χρὴ πάλιν αὐτοὺς ἐπιζητεῖν.

Εἴ τις μοναχὸς ἔλθοι εἰς μοναστήριον, καὶ φέρει ἕως κεντηναρίου ὑπόστασιν, εἴτε ἕως φόλεος μιᾶς, οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ἐξ αὐτῆς ἕως τριχὸς μιᾶς ἐπιζητεῖν.

η'. Κοσμικὸς ἀσθενῶν ἀποτάξασθαι, καὶ τὸν μοναχικὸν βίον εἰσελθὼν, τὸ ἔνδυμα και (τὰ) τῆς κλίνης αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ μενέτω.

θ'. Ὁ λέγων μοναχὸς λόγους κοσμικοὺς, ἢ ὅτι ἔχω γενεὰν που ποτε, ἀφοριζέσθω 1) ἡμέρας τρεῖς, ξηροφαγῶν, καὶ ποιῶν μετανοίας ν'· ἀπὸ γὰρ τῆς

3. De eo qui clam poma gustet ante quam a sacerdote benedicantur.

Qui quodlibet pomum gustaverit ante abbatis benedictionem, ex illis non comedat anno illo.

4. Quod non oporteat sine pallio monachum operari.

Qui sine parvo suo pallio aut cucullo quamlibet operam fecerit, ceu contemptor puniatur.

5. Non esse aquam bibendam post completorium.

Qui post completorium aquam biberit, aut cum aliquo collocutus fuerit, centum faciat metanoeas.

6. De eo qui ex neglectu eucharistiam non participaverit.

Qui ultra quadraginta dies (praeterquam si in poenae persolutione sit positus) ad sacram communionem accedere omiserit, causam rei dicat: et si ex negligentia ita se gessisse comperiatur, poenam quadraginta dierum subeat.

7. Quod oblationem monasterio illatam, nequeant monachi repetere.

Si quis monachus ad monasterium venit, et sive centenarum librarum substantiam, sive unum solidum ferat, non ei potestas est inde aliquid exquirendi, ne capillum quidem.

8. Si homo saecularis in infirmitate abrenunciet, et monachalem vitam suscipiat, vestis eius et lecti stragula maneant ecclesiae.

9. Monachus mundanos sermones eloquens, aut quod prosapiam suam alicubi ha-

1) Quaenam haec esset ob leviores culpas excommunicatio, intelligere licet ex cap. 24. regulae S. Benedicti. *Si quis frater in levioribus culpis invenitur, mensae participatione privetur. Privati autem men-*

ἡμέρας ἧς τὸ σχῆμα ἔλαβεν, ἀποταξάμενος τοῖς κατὰ σάρκα συγγενέσι τῷ Χριστῷ προσηρμόσθη.

ι'. Εἴ τις τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλὰ λυπεῖ αὐτὸν, ἐλύπησε τὸν Χριστὸν εἰπόντα· χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

ια'. Ἐὰν φιλήσῃ μοναχὸς οἱανδήποτε γυναῖκα, ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας μ'· ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου τὴν αὐτοῦ μητέρα ἀσπάσεται 1).

ιβ'. Ὁ τὸ ἅγιον σχῆμα ἀθετῶν, ἔστω ἀκοινώνητος ἔτη τρία.

ιγ'. Ὁ τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ νηστεύων, καὶ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ λύων λόγῳ διακρίσεως, ἀτιμάζει ὅλην τὴν ἁγίαν μ'.

ιδ'. Ἐὰν κατὰ ἄγνοιαν πλυθῇ ἀντιμίνσιον 2), οὐ μολύνεται· ὁ γὰρ ἁγιασμὸς ἐν αὐτῷ ἐστι· τὸ γὰρ ἱερὸν, μιαρὸν οὐ γίνεται.

ιε'. Ὁ ἀπὸ λειτουργίας ἱερεὺς ἐμέσας, εἰ μὲν ἀπὸ γαστριμαργίας τοῦτο πέπονθεν, ἡμέρας ξ' πληρώσει μένων ἀκοινώνητος, νηστεύων καὶ πληρῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετανοίας χιλίας· εἰ δὲ ἀπὸ βλάβης ἐγένετο, ἡμέρας ζ' ἕξει τὸ ἐπιτίμιον, ποιῶν καὶ μετανοίας κε'.

ις'. Εἴ τις καταλείψει τὸν κανόνα 3), ξηροφαγίαν ἡμέραν μίαν ποιείτω, καὶ μετανοίας ρ'.

beat, separetur ad tres dies, cum cibo arido, et cum metanoeis quinquaginta. Nam ex quo die sacrum schema sumpsit, valedicens cognatis carnalibus, Christo cohaesit.

10. Si quis resipiscentem ex peccato non excipiat, sed eum contristet, is Christum contristat qui dixit: gaudium fit in caelo super uno peccatore paenitentiam agente.

11. Si monachus quamlibet mulierem osculatus fuerit, sit extra communionem diebus quadraginta. Quin adeo ne ipso quidem resurrectionis Domini die matrem propriam ei osculari licebit.

12. Qui sanctam monachi vestem abiecerit, sit extra communionem annis tribus.

13. Qui postquam in sancta quadragesima ieiunaverit, feria magna quinta, distinctionis causa, ieiunium solverit, is totam dehonestat sanctam quadragesimam.

14. Si ignoranter antimensium lotum fuerit, non polluitur; quia in ipso sanctificatio manet; neque res sacra, fit profana.

15. Si quis sacerdos post missam vomuerit, si hoc ob crapulam ei contigit, diebus integris sexaginta sit extra communionem, ieiunans et mille quotidie metanoeas faciens. Sin contra ex aliqua valetudine id passus sit, diebus septem poenae suberit, facietque metanoeas viginti quinque.

16. Si quis canoni defuerit, aridis vescatur uno die, et faciat metanoeas centum.

sae consortio ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut antiphonam non imponat etc. Refectionem cibi, post fratrum refectionem solus accipiat. Ut si verbi gratia, fratres reficiunt sexta hora, ille frater nona, si frater nona, ille vespera. Ita intelliges multas excommunicationes in Studitae epitimiis scriptas.

1) Respicit morem Graecorum osculandi invicem in paschalis diei laetitia, de quo more Allatius tract. de dominicis Graecorum post opus de consensu col. 1450. seq.

2) De antimensio diximus nos in calce praefationis ad S. Nicephorum.

3) Canon est pars officii Graecorum, ut diximus p. 113.

ιζ'. Εἴ τις ἀπολείψει τοῦ λυχνικοῦ, ἢ τῶν ἀποδείπνων, ἡμέραν μίαν οἶνον μὴ πιέτω, μετανοίας ποιῶν ν'.

ιη. Ὥστις ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς δόσεως τῆς εὐλογίας λείψει κατὰ ἀμέλειαν, νηστευέτω ἕως ὀψὲ, καὶ μετανοίας ποιείτω ν'.

ιθ'. Εἴ τις ἐξέλθοι τοῦ μοναστηρίου χωρὶς τῆς τοῦ ἡγουμένου παραθέσεως, μενέτω ἀκοινώνητος ἑβδομάδα μίαν, μετανοίας ποιῶν μ'.

κ'. Εἴ τις κτήσεται πρᾶγμα χωρὶς τοῦ ἡγουμένου, μενέτω ἀκοινώνητος ἡμέρας ιε', ξηροφαγῶν ὥρᾳ θ', καὶ μετανοίας ποιῶν ν'.

κα'. Εἴ τις συνδυάσει μετά τινος, ἢ ἀναχωρήσει τοῦ μοναστηρίου κρύφα, μενέτω ἀκοινώνητος ἡμέρας λ', ξηροφαγῶν, καὶ μετανοίας ποιῶν ρ'.

κβ'. Εἴ τις λαβὼν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ ἡγουμένου μὴ φυλάξει, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα μίαν τῆς ἀδελφότητος, ξηροφαγῶν, καὶ μετανοίας ποιῶν καθημέραν ἑκατόν.

κγ'. Εἴ τις ἀδελφοῦ ἱμάτιον, ἢ ἄλλό τι παρὰ γνώμην αὐτοῦ φορέσει, ἡμέρας τρεῖς ξηροφαγείτω, μετανοίας ποιῶν ἑκατόν.

κδ'. Εἴ τις εὑρεθῇ τῇ νυκτὶ ἰδιάζων κρύφα μετά τινος, ἢ ἀλλάσσων τὸν τόπον τοῦ κοιταρίου, ἢ μένων ἔξω χωρὶς τῆς τοῦ ἡγουμένου γνώμης, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδα, ξηροφαγῶν, μετανοίας ποιῶν ο'.

κε'. Τοῦ ἡγουμένου μὴ ἐπιτρέψαντος, ἐὰν ἀδελφὸς ἀλλάξῃ τὸ ἐργόχειρον, ἡμέρας μ' ξηροφαγείτω, μετανοίας ποιῶν π'.

κϛ'. Εἴ τις πρᾶγμα ἑαυτοῦ ἀλλάξει μετά τινος, χωρὶς τοῦ ἡγουμένου, ἢ

17. Si quis lychnico non interfuerit aut completorio, vinum una die non bibat, et faciat metanoeas quinquaginta.

18. Si quis hora, qua eulogia datur, negligenter abfuerit, ieiunet usque ad vesperam, cum metanoeis quinquaginta.

19. Si quis monasterio egrediatur, absque praepositi facultate, maneat extra communionem una hebdomada, cum metanoeis quadraginta.

20. Si quis aliquid possederit inscio praeposito, sit extra communionem diebus quindecim, aridis vescens hora nona, cum metanoeis quinquaginta.

21. Si quis cum aliquo conspiraverit, aut clam de monasterio recesserit, sit extra communionem diebus triginta, ciboque arido utens, metanoeas faciat centum.

22. Si quis impositam a praeposito poenam non observaverit, separetur hebdomada una a fratribus, cum cibo arido, et quotidianis metanoeis centum.

23. Si quis fratris alterius vestem, aut quidvis aliud praeter illius voluntatem tulerit, triduo aridis vescatur cum centum metanoeis.

24. Si quis deprehendatur noctu clam versari cum aliquo, aut cubilis locum mutare, aut foris manere, sine praepositi nutu, separetur una hebdomada, aridis utens, cum septuaginta metanoeis.

25. Praeposito non annuente, si quis frater opus suum manuale mutaverit, diebus quadraginta vescatur aridis, cum metanoeis octoginta.

26. Si quis rem suam aliquam cum alio fratre commutaverit, inconsulto praepo-

ἀφ' ἑαυτοῦ κτήσεται, ἢ λάβῃ παρά τινος, ἀφοριζέσθω ἡμέρας ιβ', μετανοίας ποιῶν π'.

κζ'. Εἴ τις ἔξω τῆς τραπέζης ἐσθίει, τῆς τοῦ ἡγουμένου χωρὶς εὐλογίας, ἢ ἀῤῥωστίας δίχα, ξηροφαγείτω ἡμέρας τρεῖς, ποιῶν μετανοίας διακοσίας.

κη'. Εἴ τις μετὰ τὰ ἀπόδειπνα εὑρεθῇ ἐσθίων, ξηροφαγείτω ἑβδομάδα· εἰ δὲ εὑρεθῇ γελῶν, ποιείτω μετανοίας σ'.

κθ'. Εἴ τις ἐν τῇ τραπέζῃ συντυγχάνει, ἢ γελοιάζει, ἐγειρέσθω εὐθὺς, ποιῶν μετανοιας ρ'.

λ'. Εἴ τις λυπήσει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ καταφρονήσας μὴ διαλλαγῇ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παροργισμῷ μείνῃ, ἀφοριζέσθω ἑβδομάδας δύο, ξηροφαγῶν, καὶ ποιῶν μετανοίας ν'.

λα'. Εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τῆς λειτουργίας οὐ μεταλαμβάνει, εἰπάτω τὸ αἴτιον· εἰ δὲ μὴ εἴποι, νηστευέτω ἕως ὀψὲ, ποιῶν μετανοίας ν'.

λβ'. Ὅστις ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν προσπαθῶς μετ' αὐτοῦ ψιθυρίζει, ἀφοριζέσθωσαν οἱ δύο, ἕως ἂν ἀποστῶσιν ἀλλήλων, ποιοῦντες ἀνὰ μετανοίας ρ'.

λγ'. Ὅστις ἀπολείψει εἰς τὴν ἀρχὴν ἑκάστης ψαλμῳδίας, χωρὶς διακονίας ἢ προφάσεως ἀναγκαίας, ποιείτω μετανοίας ρ'.

λδ'. Ὅστις ἐκ ῥαθυμίας λείψοι τοῦ κανόνος, ἢ ἀπὸ λυχνικοῦ, ἢ ἄλλης ψαλμῳδίας, ξηροφαγείτω ἡμέραν μίαν, ποιῶν μετανοίας ρ'.

λε'. Ὅστις κατὰ ἀμέλειαν οὐ καθίσει μετὰ τῶν ἀδελφῶν εἰς τὴν τράπεζαν, νηστευέτω λοιπὸν ἕως ὀψέ.

sito, vel ipse per se acquisiverit, aut ab aliquo acceperit, separetur diebus duodecim, et metanoeas octoginta faciat.

27. Si quis extra mensam comederit, absque praepositi benedictione, vel extra infirmitatem, aridis triduo vescatur, cum metanoeis ducentis.

28. Si quis post completorium comedere deprehendatur, aridis nutriatur una hebdomada. Si autem ridens comperiatur, metanoeas faciat ducentas.

29. Si quis in mensa locutus fuerit aut riserit, statim surgens faciat metanoeas centum.

30. Si quis fratri suo molestiam creaverit, et deinde reconciliari neglexerit, sed in simultate permanserit, separetur duabus hebdomadis, aridis vescens, cum metanoeis quinquaginta.

31. Si quis die liturgico eucharistiam non sumat, rei causam dicat. Si non dixerit, ieiunet usque ad vesperam, cum metanoeis quinquaginta.

32. Si quis ex peculiari erga fratrem aliquem affectu, cum eo mussitet, separentur ambo, donec sodalitatem dirimant, faciantque metanoeas centum.

33. Si quis uniuscuiusque psalmodiae initio defuerit, neque ministerio neque causa necessaria impeditus, centum faciat metanoeas.

34. Si quis ob pigritiam canoni non interfuerit, aut lychnico, aut alii psalmodiae parti, aridis vescatur uno die, cum metanoeis centum.

35. Si quis ob socordiam non sederit cum fratribus ad mensam, ieiunet deinde usque ad vesperam.

λϛ'. Ὅστις ἄνευ ἀνάγκης προεγερθῇ τῆς τραπέζης, τρεῖς ἡμέρας οἶνον μὴ πινέσθω, ποιῶν μετανοίας ρ'.

λζ'. Ὅστις ἀργολογεῖ, ἢ εὐτράπελα φθέγγεται 1), οἶνον μὴ πινέτω τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ποιῶν μετανοίας μ'.

λη'. Εἴ τις τῶν παιδευομένων τινὰ διὰ σφάλμα ἐκδικήσει, ξηροφαγείτω ἑβδομάδα μίαν, ποιῶν καθ' ἡμέραν μετανοίας ρ'.

λθ'. Εἴ τις πολεμεῖται εἰς πορνείαν, ξηροφαγείτω ἡμέρας μ· εἰ δὲ μὴ παύσεται ὁ πόλεμος, ἕως ἀναπαύσεται ξηροφαγείτω, ποιῶν μετανοίας τὸν νυχθήμερον τ'.

μ'. Εἴ τις χαρίζεται τινὶ τὸ παλαιὸν αὐτοῦ ἱμάτιον, χωρὶς ἐπιτροπῆς τοῦ ἡγουμένου, ξηροφαγείτω ἑβδομάδα μίαν, ποιῶν μετανοίας ξ'.

μα'. Εἴ τις ἐνυπνιασθῇ εἰς πορνείαν, ἀκοινώνητος ἔσται τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ποιῶν μετανοίας μ', λέγων τὸν ν' ψαλμὸν, καὶ τὸ κύριε ἐλέησον ἑκατόν.

μβ'. Ὁ μαλακὸς ἡμέρας μ' ἀκοινώνητος ἔστω.

μγ'. Ὁ ψεύστης ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας μ'.

μδ'. Ὁ κατάλαλος ὁμοίως ἡμέρας μ'.

με'. Ὁ βλάσφημος κατὰ πάντα τρόπον καὶ ὅπως δήποτε, ἄλαλος ἔστω ἡμέρας μ', ποιῶν μετανοίας καθ' ἡμέραν ν'.

μϛ'. Ἐὰν θέλων τίς μιαροφαγήσῃ, ἔστω ἀκοινώνητος ἔτη ε'· εἰ δὲ ἐκ βίας τοῦτο πάθῃ, ἡμέρας τεσσαράκοντα.

36. Si quis sine necessitate ante alios a mensa surrexerit, triduo vinum non bibat, faciens simul metanoeas centum.

37. Qui otiosa verba aut iocosa effutiverit, vinum ne bibat die illo, sed quadraginta metanoeas faciat.

38. Si quis aliquem, qui ob culpam correctus fuerit, defendat, aridis vescatur una hebdomada, cum metanoeis quotidianis centum.

39. Si quis tentatur ad fornicandum, arida comedat diebus quadraginta. Quod si tentatio non desinat, tamdiu aridis vescatur donec ea quiescat, faciatque diu noctuque metanoeas trecentas.

40. Si quis alicui veterem suam vestem largiatur, sine praepositi licentia, aridis vescatur una hebdomada cum metanoeis sexaginta.

41. Si quis somniet fornicationem, abstineat communione die illo, faciat metanoeas quadraginta, recitetque psalmum quinquagesimum, cum *Domine miserere* centies.

42. Mollis absque communione sit diebus quadraginta.

43. Mendax item diebus quadraginta.

44. Obtrectator similiter diebus quadraginta.

45. Blasphemus quomodolibet et quandolibet, mutus sit diebus quadraginta, cum metanoeis quotidie quinquaginta.

46. Si quis cibis vetitis vescatur, sit extra communionem annis quinque. Quod si coactus hoc fecerit, diebus quadraginta.

1) S. Benedictus reg. cap. VI. *Scurrilitates vel verba otiosa et risum moventia, aeterna clausura in omnibus locis damnamus; et ad talia eloquia discipulum aperire os non permittimus.* Legatur ibi Martenii Commentarius. Eadem porro sententia est S. Basilii Const. cap. XII.

μζ'. Ἐὰν μοναχὸς μεγαλόσχημος πέσῃ εἰς πάθος, ἔστω ἀκοινώνητος ἔτε ε'· εἰ δὲ μικροσχημος, ἔτη δύο· ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος κρατείτω καὶ ἐπὶ μοναστριῶν.
μη'. Ἐὰν μοναχὸς μεθύσῃ, ἐπόρνευσεν, καὶ ἔστω ἀκοινώνητος ἔτη δύο.
μθ'. Ἐὰν ἐπὶ δήμου γελάσῃ, ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας μ'.
ν'. Ἐὰν ἀπὸ γαστριμαργίας ἐμέσῃ, ὁμοίως ἀκοινώνητος ἔστω ἡμέρας μ'.
να'. Ἐὰν περιπατήσῃ μεγαλόσχημος ἄνευ τοῦ κουκουλλίου αὐτοῦ, ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας μ'· οὐκ ἔχει γὰρ ἐξουσίαν τοιοῦτος ἄνευ τῶν συμβόλων τοῦ ἁγίου σχήματος ἐργάσασθαι, ἢ κοιμηθῆναι, ἢ περιπατῆσαί ποτε πούποτε.
νβ'. Ἐὰν ἀντιλογήσηταί τις τῷ προεστῶτι αὐτοῦ, ἢ τινὶ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας τεσσαράκοντα.
νγ'. Ἐὰν μετὰ κοσμικῶν καθίσῃ μοναχὸς εἰς συμπόσιον, ἔστω ἀκοινώνητος ἡμέρας μ'.
νδ'. Ἐὰν μοναχὸς ἢ μοναχὴ τοῦ μοναστηρίου αὐτῶν ἀποδράσωσιν, ἔχουσιν ἀκοινωνησίας ἐπιτίμιον ἔτη ιβ'· εἰ δέ γε κατὰ ψυχὴν βλάπτωνται καὶ ἐξέλθωσι λαθραίως τῶν μοναστηρίων, δεῖ τούτους εὑρεῖν δόκιμον μοναχὸν, καὶ ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα ἀναγγεῖλαι αὐτῷ πρὸς διόρθωσιν τῆς αἰτίας τοῦ πράγματος, ἵνα διὰ τῆς συνέσεως τοῦ ἱερέως δυνηθῶσι καταλλαγῆναι τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν, καὶ ὑποστρέψωσιν εἰς τὰ ἴδια μοναστήρια, διορθουμένων τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων.
νε'. Μοναχὸς φαγὼν ἢ πιὼν πρὸ τῆς ἀπολύσεως τῆς συνάξεως, ποιείτω ἐν τῇ τραπέζῃ μετανοίας ν'.

47. Si monachus magni schematis labatur in luxuriam, sit extra communionem quinquennio: si vero parvi schematis, biennio. Eadem lex de monialibus quoque valeat.
48. Si monachus ebrius fiat, habeatur ut fornicarius, et sit extra communionem biennio.
49. Si in publico riserit, sit extra communionem diebus quadraginta.
50. Si ob crapulam vomuerit, sit pariter extra communionem diebus quadraginta.
51. Si magni schematis monachus sine cucullo suo ambulaverit, sit extra communionem diebus quadraginta. Neque enim in eius potestate est, ut sine schematis sui insignibus operetur, aut dormiat, aut quandocumque vel quolibet ambulet.
52. Si quis contradixerit praesidi suo, vel alicui fratri, sit extra communionem diebus quadraginta.
53. Monachus qui cum saecularibus in convivio sederit, sit extra communionem diebus quinquaginta.
54. Si monachus aut monialis monasterio suo diffugiant, poenam excommunicationis duodecennis incurrunt. Si vero vitiata anima clam monasterio se subduxerint, opus est ut hi aliquem probatum monachum inveniant, eique pauca ex multis significent, quae ad rei emendationem conferant; ut per sacerdotis prudentiam reconciliari praesidibus suis possint, et in propria monasteria, sanatis animae culpis, reverti.
55. Monachus qui comederit aut biberit ante finem synaxeos, faciat ad mensam metanoeas quinquaginta.

νϛ'. Ἐὰν μοναχὸς ἵσταται εἰς σύναξιν τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰς τὸ τέλος οὐχ εὑρεθῇ χωρὶς προστάξεως τοῦ μειζοτέρου, ἢ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης, ποιείτω μετανοίας μ', λεγέτω τὸ κύριε ἐλέησον μ'.

νζ'. Εἴ τις μοναχὸς φρατρίας ποιεῖ μετὰ ἑτέρων μοναχῶν εἰς οἱονδήποτε πρᾶγμα, ποιείτω μετανοίας ρ', ξηροφαγῶν ἕως ἑσπέρας ἡμέρας δύο.

νη'. Εἴ τις μοναχὸς ἄζωστος κοιμᾶται εἰς τὴν αὐτοῦ κοίτην, ποιείτω μετανοίας ν'.

νθ'. Εἴ τις μοναχὸς ἐν βαλανείῳ χρίσμα ποιήσει, ποιείτω μετανοίας τ', ὁ δὲ κοσμικος ρ'· ἔστωσαν δὲ ἀμφότεροι ἀφωρισμένοι ἑβδομάδα μίαν.

ξ'. Μοναχὸς ἐν χώρᾳ ἢ κοινοβίῳ ἄνευ τῆς τοῦ ἡγουμένου εὐχῆς κοιμηθεὶς μίαν ἑσπέραν, ἔστω ἱστάμενος νύκτα ὁλόκληρον, ποιῶν μετανοίας ρν'.

ξα'. Μοναχὸς ἐν συνάξει γελάσας, ποιείτω μετανοίας μ'.

ξβ'. Μοναχὸς ἢ κοσμικὸς μὴ ὢν ἐπιτετιμημένος, καὶ ἀμελήσας ἡμέρας μ' μὴ κοινωνῆσαι, ἐνιαυτὸν χωριζέσθω τῆς ἐκκλησίας.

ξγ'. Μοναχὸς μοναστρίᾳ συφθαρεὶς, μετὰ τὸ παύσασθαι αὐτοὺς τῆς ἁμαρτίας, ἐχέτωσαν ἐπιτίμιον ἀκοινωνησίας ἔτη γ'.

ξδ'. Ἱερεὺς κοσμικὸς ἱερουργήσας, καὶ ἐκ γαστριμαργίας ἐμέσας τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐχέτω ἐπιτίμιον ἡμέρας μ' τοῦ μὴ ἱερουργῆσαι.

ξε' Εἴ τις ὑπὸ τοῦ διαβόλου πολεμούμενος ἀποσκιρτήσει, καὶ πάλιν στραφῇ, ἔχει ἐπιτίμιον χρόνον ἕνα· εἰ δὲ καὶ εἰς τὴν ὥραν τοῦ θανάτου αὐτοῦ μετανοήσει, δέχεται αὐτὸν ὁ θεός· ἠλέησε γὰρ αὐτὸν ὁ Χριστὸς εἰπὼν, χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

56. Si quis monachus synaxi in ecclesia assistens, haud usque ad finem ibi reperiatur, excepto superioris iussu, aut magna necessitate, faciat metanoeas quadraginta, totiesque dicat *Domine miserere.*

57. Si monachus cum aliis monachis ob quodlibet negotium conspirationem fecerit, centum faciat metanoeas, et biduo vescatur aridis vespere.

58. Si quis monachus discinctus in lecto suo dormierit, metanoeas faciat quinquaginta.

59. Si quis monachus in balneo unctionem fecerit, metanoeas agat trecentas. Saecularis autem, centum. Uterque vero sit extra communionem hebdomada una.

60. Monachus qui in pago vel etiam coenobio, sine praepositi sui benedictione uno vespere dormierit, vigilabit nocte integra faciens metanoeas centum quinquaginta.

61. Monachus qui in synaxi riserit, quadraginta metanoeas faciat.

62. Monachus aut saecularis, qui non sub poena canonica constitutus, per quadraginta dies communionem negligenter omiserit, anno uno separetur ab ecclesia.

63. Monachus qui cum moniali rem habuerit, postquam hi a peccato cessaverint, puniantur triennali excommunicatione.

64. Saecularis sacerdos qui sacrificaverit, et ex crapula die eadem vomuerit, hac poena multetur ut quadraginta diebus sacrificando sit interdictus.

65. Si quis oppugnatus a diabolo praevaricatus fuerit, sed postea resipuerit, anni unius paenitentia multetur. Quod si tamen in ipso mortis articulo paenituerit, recipit eum Deus. Namque ei veniam contulit Christus verbis illis : gaudium est in caelo super uno peccatore paenitentiam agente.

Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῶν Στουδίου περὶ ἐρωτήσεως καὶ τῶν ταύτης διαλύσεων κανόνες συλλεγέντες παρ' αὐτοῦ.

Cod. vat. 840. f. 202. b.

α'. Ἐρώτησις. Ἐν τοῖς συνοδικοῖς κανόσι τοῖς θείοις γέγραπται περὶ τῆς μεγάλης πέμπτης, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστεραίᾳ ἑβδομάδι τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· εἰ οὖν οὕτως ἐστὶ τοῖς θείοις κανόσιν ἐμπεριειλημμένον, πῶς ἡμεῖς καταλύομην τὴν μεγάλην πέμπτην εἰς ἔλαιον καὶ οἶνον;

Ἀπόκρισις. Πάλαι μὲν ἔκ τινος συνηθείας ἰδιωτικῆς τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ ἔσθιον οἱ ἄνθρωποι τυρὸν καὶ ὠά· ἐλθόντες δὲ ὕστερον οἱ πατέρες, καὶ τοῦτο ἄτοπον διαγνόντες, τὸν κανόνα τοῦτον ἐξέθεντο, οὐ μὴν δὲ περὶ ἐλαίου καὶ οἴνου τοῦτο ἐξελάβοντο· συγκράτησις γὰρ τοῦτο καὶ παραμυθία τῆς ἄκρας κακοπαθείας ἐκ νηστείας τῶν μεταλαμβανόντων τῶν θείων μυστηρίων.

β'. Ἐρώτ. Ὡσαύτως καὶ περὶ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς γέγραπται μὴ κλίνειν γόνυ, ἢ ὅλως νηστείαν ἐργάσασθαι· πῶς οὖν οἱ καθήμενοι ἐν τοῖς αὐτῶν κελλίοις οὐ τοῦτο φυλάσσουσιν, ἀλλὰ καὶ νηστεύουσι καὶ γόνυ κλίνουσιν ὅλην τὴν ἑβδομάδα, ἄνευ σαββάτου δηλονότι καὶ κυριακῆς;

Ἀπόκ. Τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου κοινὸν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ νεωστὶ διδόμενον, καθολικῶς ἐποιείτω καὶ τὰ ἐπιτάγματα· καὶ ἐπεὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις τοῖς πολλοῖς ἠπιστεῖτο, πρὸς πληροφορίαν ταύτης ἐδογματίσθη τουτὶ τὸ δόγμα, διαγορεῦον ὡσανεὶ καὶ διδάσκον, ὅτι ὥσπερ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐνεκρώθημεν πεσόντες κάτω, καὶ μὴ δυνάμενοι ἀναστῆναι μὴ φαινομένου τοῦ ἀνα-

Sancti patris nostri et confessoris Theodori presbyteri et praepositi monachorum Studii de quibusdam quaestionibus canones ab eo collecti.

1. Interrogatio. In sacris synodorum canonibus scriptum est de magna feria quinta, non oportere in quadragesima, ultima hebdomada, quintae feriae solvere ieiunium, atque ita totam quadragesimam inhonorare. Si ergo in sacris canonibus ita res se habet, cur nos in magna feria quinta oleo utimur atque vino?

Responsio. Olim quidem ex quadam peculiari consuetudine in magna feria quinta homines comedebant caseum et ova. Verum qui postea extiterunt patres, praedictam rem absurdam reputantes, canonem hunc ediderunt; neque tamen de oleo vinoque id intelligebant. Etenim est haec sustentatio et solamen ex summa adflictione ieiunii eorum qui divina mysteria sumunt.

2. Int. Similiter de sancta pentecoste scriptum est, ne genu flectamus neve omnino ieiunemus. Cur ergo qui in suis cellis resident, id non servant, sed et ieiunant, et genu flectunt tota hebdomada, excepto nimirum sabbato ac die dominico?

Resp. Evangelii praedicatio, communis cum esset toti mundo, nuperque facta, generalia tradebat etiam praecepta. Et quia Christi resurrectio a plerisque non credebatur, ob eam suadendam hoc etiam decretum editum fuit, vetans quodammodo ac docens, quod sicuti peccati causa mortui eramus, et humi strati, nec resurgere valentes, nisi appareret is qui nos revocaturus ad vitam erat; sic adveniente po-

στήσοντος, οὕτως ἐλθόντος ἐν ὑστάτοις καιροῖς τοῦ ᾧ ἀπέκειτο * Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ παθόντος ἀναμαρτήτως διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἡμεῖς ἀνέστημεν· διὰ τοῦτο πρὸς πίστωσιν τοῦ μυστηρίου ἐτέθη οὑτοσὶ ὁ κανὼν, καὶ ἐκράτησε καὶ κρατείτω· οὐκ ἄρα δὲ ἁμαρτάνουσιν οἱ μοναχοὶ κρυφίως γόνυ κλίνοντες ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις· κατακρίτους γὰρ ἑαυτοὺς ποιήσαντες, καὶ οἱονεὶ ἑκουσίως ἐμπεφυλακισμένους, ὀφείλουσιν ἀεὶ βοᾶν πρὸς κύριον, καὶ ἐκζητεῖν διὰ ταπεινώσεως τὴν συμπάθειαν· οὐ γάρ ἐστι μοναχῷ ἐπὶ τῆς γῆς ἑορτὴ, κατὰ τὸν εἰπόντα. * Gen. XLIX. 10.

γ΄. Ἐρώτ. Ἐάν τις ἥμαρτε ποσότητί τε καὶ ποιότητι οὐκ ὀλίγα τῶν σωματικῶν ἁμαρτημάτων, εἶτα ἐξωμολογήσατο καὶ ἐδέξατο προσήκοντα φάρμακα τοῖς τοιούτοις ἁμαρτήμασι, καὶ εἰργάσατο αὐτὰ, πόθεν ἔχει γνῶναι εἰ ταῦτα τὰ προῤῥηθέντα ἁμαρτήματα αὐτῷ ἀφέθησαν, ὥστε πληροφορίαν σχεῖν τῷ λογισμῷ περὶ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν;

Ἀπόκ. Οὐδέποτέ τις εὑρίσκεται μετανοῶν καὶ ἐξομολογούμενος, εἰ μὴ πρῶτον βεβαίαν σχῇ ἐλπίδα, ὅτι ἐὰν ἐξομολογήσωμαι καθαρῶς, καὶ καταδέξω τὰ ἐπιτίμια, ἐκ παντὸς γενήσεταί μοι ἄφεσις· ἐπεὶ δὲ ἀφορῶμεν οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων πταισμάτων, καὶ οἱονεὶ ἐν δισταγμῷ τινὶ εὑρισκόμεθα τῆς πολλῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, διὰ τοῦτο καταφεύγομεν πρὸς τοὺς ἀναδόχους ἡμῶν, ἐξαιτούμενοι τὴν τελείαν ἄφεσιν διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἀντιπροσώπων εἶναι πεπιστωμένων τοῦ αἴροντος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

δ΄. Ἐρώτ. Ἐάν τις προσπέσῃ διά τε λόγου ἀργοῦ, ἢ διὰ κατακρίσεως, ἢ

stremis temporibus, illo cui repositum erat, Christo Deo nostro, et impeccabili pro peccatis nostris patiente, nos resurreximus, ac propterea mysterii huius confirmandi causa, canon iste conditus fuit, qui et vim obtinuit, et utique obtineat. Neque idcirco tamen peccant monachi, privatim his diebus genu flectentes. Nam cum se reos iam constituerint, et quasi carceri voluntario mancipaverint, semper debent ad Dominum clamare, et humilitate sua misericordiam implorare. Neque enim monacho sollemnitas est in terra, ut quidam dixit.

3. Int. Si quis tum numero tum qualitate non parum peccatis carnalibus semet impiavit; deinde vero de his confessus, congrua culpis eiusmodi remedia accepit sibique adhibuit; quomodo cognoscet praedicta peccata sibi fuisse remissa, ut persuasum habeat tale se bonum esse adsecutum?

Resp. Nemo umquam comperiretur paenitere et confiteri, nisi firmam antea spem haberet, quod si sincere, inquam, confitear et impositam poenam admittam, prorsus mihi remissio fiet. Quia igitur homines multitudinem culparum nostrarum consideramus, ideoque de multa erga nos Dei misericordia quasi dubitamus, idcirco ad confessarios nostros confugimus, postulantes plenam per ipsorum manus impositionem remissionem, qui personam tollentis peccata nostra repraesentare creduntur.

4. Int. Si quis peccaverit vel sermone otioso, vel improbando, vel interrogando,

1) Ἀνάδοχοι vulgo dicuntur *susceptores in baptismo*. Heic tamen intelligendi videntur confessarii.

ἀνακρίσεως, ἢ μωρολογίας, ἢ εὐτραπελίας, ἢ ἄλλως διὰ γλώττης ἁμαρτίας, καὶ ἐπιγνῷ καὶ καταγνῷ ἑαυτοῦ, τί ὀφείλει ποιῆσαι ἀντισηκοῦν εἰς μετάνοιαν ἀξίαν καὶ εἰς πληροφορίαν τοῦ ἰδίου λογισμοῦ;

Ἀπόκ. Τοῦτο οὐκ ἔστι νομοκανόνου, ἀλλὰ τῆς μοναχικῆς, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις κοινοβιακῆς καταστάσεως ἀκρίβεια, καθημερινὰς ἔχοντα τὰς ἐπιτιμήσεις, ἢ καὶ ἑβδομαδιαίας, καθὼς περιέχει τὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐγκρυφῆ, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἁγίων πατέρων· οἷον τί φημι· ῥαθυμήσας τίς καὶ ἀπονυστάξας ἑκουσίως ἐν τῷ ὄρθρῳ οὐχ εὑρέθη· τοῦτο ἐξομολογησάμενος τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἔλαβεν ἐπιτίμιον ξηροφαγίαν ἄρτου καὶ ὕδατος, καὶ μετανοιῶν ποσότητος τόσων καὶ τόσων κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Οὕτως νοήσωμεν καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τρόπον παιδεύσεως εὑρισκόμενα πρὸς τοὺς καταδεχομένους.

vel stultiloquio, vel iocosis verbis, vel iactantia, aut alio linguae peccato; et tamen resipiscat et semet condemnet; quid ei agendum est, quod iustae paenitentiae aequipolleat, et animi sui fidem faciat?

Resp. Hoc non pertinet ad nomocanonem; sed est monachalis ac veluti coenobiticae vitae severum officium, quotidianam agere paenitentiam, aut hebdomadariam, sicut est in sancti Basilii secretioribus, et sanctorum deinceps patrum. Verbi gratia, deses aliquis et dormitans sponte, matutino officio non adfuit: quam rem patri suo spiritali confessus, paenitentiae loco accepit aridorum esum, id est panis et aquae, et certum metanoearum numerum illo die faciendarum. Sic etiam reliqua intelligemus, quae emendandi causa sunt excogitata erga illos qui ea excipiunt.

EDITORIS MONITUM.

Dixeram superius in adn. p. 77. desiderare me graecum textum panegyricae orationis, quam noster Studita de S. Bartholomaeo apostolo recitaverat. Ecce autem postea in codice prisco vat. 1989. f. 238, qui fuit monasterii Cryptae ferratae, graece demum hanc orationem reperi, quamquam in fine uno folio mutilam: quae quia ob editionis meae complementum omittenda non erat, in huius voluminis calce nunc collocatur. Ediderat olim latine, interprete nimirum Anastasio bibliothecario, Dacherius Spicil. ed. nov. T. II. p. 123, repetiveratque eam Combefisius B. C. T. VII. p. 755. Ego vero hunc ipsum latinum textum in codice lat. vat. 1195. f. 268. legebam, et non sine aliquo fructu conferebam. Sane Anastasium nec graecitatis peritia satis commendat, nec eius latinitas lectores oblectat. Quamobrem textu nunc graeco invento, nova fuit curanda translatio, tum ob dicta Anastasii incommoda, tum etiam quia variantes graeci exemplaris lectiones identidem occurrebant. De nostro autem Studita in praevia epistola sic loquitur honorifice Anastasius. « Si » quaeris quis tanti sermonis habeatur expositor, libenter aperiam. Theodorus videlicet quidam » sacerdos apud Constantinopolim urbem temporibus fuit Adriani et Leonis romanorum pontifi- » cum, vir valde mirabilis, qui cum non solum fidei constantia, verum etiam scientiae gratia et » signorum polleret virtutibus, duorum imperialium insigniumque coenobiorum, Studii scilicet et » Saccudiorum, constitutus est abbas. Qui semper in apostolicae sedis communione persistens, hae- » reticorum naenias, et imperatorum vesaniam, fidei constantiā, etiam tormentis affectus, vir- » tute repressit; nec non et sancti Spiritus gratia plenus opuscula nonnulla composuit, inter quae » et sermonem hunc de B. Bartholomaeo, satis utilem, obscuris dictionibus, graeco edidit fami- » ne, qui graeco vocabulo ἐγκώμιον *dicitur, quod latine praeconium, sive laus, exprimitur. » Qui ad latinitatis notitiam fideliter translatus etc. » Voluit ergo fideliter interpretari Anastasius,*

sed quum bene ei res successerit, illi agnoscent, qui nunc graecum textum cum eius latinitate conferre voluerint, vel saltem nostras animadversiones legerint. Quod denique obscuritatis accusat Theodorum Anastasius, quamquam partim recte accusat, multo tamen ipse obscurior saepe est et horridior interpres.

Iam quod attinet ad prodigiosam reliquiarum translationem ex Armenia Liparim per Euxini et Aegaei fluctus, ea certe tot mirabilitatis coloribus pingitur, ut fidem aegre possit impetrare; qua super re prudenter scribit Tillemontius memor. T. I. p. 381, nec non in adn. p. 649. Tum et ipse Baronius eadem de re locutus in martyr. ad diem 25. aug. concludit: « sic omnia probet » lector, ut quod bonum est teneat. » Celebris ceteroquin haec narratio est in Graecorum menaeis, historiis, ac panegyricis; non tamen ex uno Studita hausta: etenim ipse Studita altius eam derivavit. Ecce enim historia haec, etsi haud tot phaleris exornata, apud gravem auctorem S. Gregorium turonensem legitur sexti saeculi hominem de mir. martyr. lib. I. cap. 33, cuius verba recitare pretium operae est.

« Bartholomaeum apostolum apud Indiam passum, agonis ipsius narrat historia. Post multorum vero annorum spatia de passione eius, cum iterum Christianis persecutio advenisset, et viderent gentiles omnem populum ad eius sepulcrum concurrere, eique deprecationes assidue et incensa deferre, invidia inlecti, abstulerunt corpus eius, et ponentes in sarcophagum plumbeum proiecerunt illud in mare dicentes: quia non seduces amplius populum nostrum. Sed providentia Dei cooperante per secretum operis eius, sarcophagum plumbeum a loco illo aquis subvehentibus sublevatum, delatum est ad insulam, vocabulo Liparis: revelatumque est Christianis ut eum (S. apostolum) colligerent: collectumque ac sepultum, aedificaverunt super eum templum magnum. In quo nunc invocatus, prodesse populis multis virtutibus ac beneficiis manifestat. »

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟΥΔΙΤΟΥ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝΔΟΞΟΝ ΚΑΙ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΧΡΙΣΤΟΥ ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΝ.

α΄. Μέγιστος μὲν ἀγὼν, προσθήσω δὲ ὅτι καὶ κλέος, οὑτινοσοῦν τῶν ἁγίων ἔπαινον ἐξυφάνασθαι, καθόσον μείζων ὁ μάρτυς ὀφείλων τοῦ μαρτυρουμένου καθίστασθαι, ἐνδεέστερος ἐστὶν ἐνταῦθα ἅπας τοῦ τὸν μακαρισμὸν διὰ τῆς ἐκβιώσεως ἀνεπίληπτον ἔχοντος 1)· τὸ δὲ καὶ ἀπόστολον ἐπαινέσαι, καὶ τοῦτον τῶν ἐπισήμων, πόσης ἂν εἴη τῆς ἐργωδίας, ὥστε τοῦ πνεύματος ἐπαρθῆναι Cod. vat. 198 f. 238.

SANCTI PATRIS NOSTRI ET CONFESSORIS

THEODORI STUDITAE

LAUDES IN GLORIOSUM ET SANCTUM CHRISTI APOSTOLUM BARTHOLOMAEUM.

1. Magnum quidem certamen, addam etiam et decus, cuiuslibet sancti viri laudes contexere; quia cum maior debeat esse testis illo cui dat testimonium, nunc inferior est quilibet, eo qui beatitudinem propter vitae suae exitum habet omni discrimine expertem. Verum enim vero etiam apostolum laudare, et quidem ex illustribus unum,

1) Mihi aliquantum obscurus videbatur locus. Anastasius (quidquid legerit) difficultate se feliciter expedit scribens: *sed maiori devotione martyr quisque debetur attolli, in cuius beatificatione omnis sermo non sufficit.* Sic et mox se gerit, quem vide.

ταῖς θεωρίαις, καὶ κροτῆσαι ταῖς μεγαλοφωνίαις; οὗ γὰρ ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελήλυθεν, ὡς τῇ τῶν ῥημάτων δυνάμει διάττειν a) τοῖς πέρασιν, δεήσειεν ἂν εἰκότως καὶ ὁ ἔπαινος ἐφ᾽ ἴσης ἐξακουτίζεσθαι· καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; τίς εὔελπις; τίς εὐσθενής; μὴ γὰρ ὅτι οὐ Πέτρος, οὐδὲ Ἰωάννης, ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος ἤδη μικρολογητέος, καὶ οὐ πολλῆς χρῄζων τῆς εὐφημίας; μαθητὴν Χριστοῦ ἀκούεις ὅλως, καὶ οὐ φρίττεις τὸν προϊόντα b); μάρτυρα τῆς ἀληθείας ἐννοεῖς 1), καὶ οὐ τέθηπας τὸν ᾀδόμενον; καὶ μὴν εἰ καὶ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, ὅμως τῶν θεοῦ θεραπόντων προφερέστερος τῶν ἐπαίνων· μὴ ὅτι τῆς θείας [δυοδεκάδος] ἐστὶν ὁ μεσαίτατος 2), καὶ τῶν φωστήρων τοῦ κόσμου ὁ διαπρύσιος; ἔστιν γὰρ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ δυοκαιδεκὰς, ὥσπερ ἐπὶ κιθάρας ἐναρμονίου ἐφάμιλλος. ἴσον καὶ ὅμοιον ἀμφοτέρωθεν τὸν ἦχον τῆς θεολογίας ἀναπέμπουσα· εἰ βούλει δὲ ὥσπερ ἐπὶ ἐνιαυσιαίου κύκλου ἑκάστου μηνὸς ἐφ᾽ ἴσης τὸ χρήσιμον ἐν τῷ παντὶ συνεισφέροντος. κἂν ἰδίᾳ ἕτερος ἑτέρου ποσότητί τε καὶ ποιότητι ἔχοι τὸ διάφορον· οὐκ ὀλιγοστὸς ἡμῖν ὁ εὐφημούμενος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπηρμένος τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος· ἔχων τί καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀπαριθμήσει μυστικὸν θεώρημα 3) κατὰ ἀριθμητικὴν μέθοδον· μόνος γὰρ ὁ ἓξ ἀριθμὸς τῶν ἀπὸ μονάδος τέλειος ἐστὶν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν, συμπληρούμενος ἐκ τῶν αὐτῶν· ἡμίσεως μὲν, τριάδος· τρίτου δὲ, δυάδος· ἕκτου δὲ, μονάδος.

quanti laboris erit, ut possit spiritus attolli contemplationibus, et dignis plaudere vocibus! Nam cuius sonus in universam terram sic exivit, ut verborum vi ad illius fines pervaserit, eius certe necesse est ut laus pariter exaudiatur. Porro eiusmodi operi quis par sit? quis tantum sibi fiduciae sumat? quis tantum valeat? Etenim num quia nec Petrus nec Iohannes est, idcirco divus Bartholomeus exiliter est celebrandus, et non potius multa laude mactandus? Christi discipulum omnino audis, et procedentem non perhorrescis? Veritatis testem intelligis, et eum qui celebrandus est non admiraris? Et quidem etiamsi unus de multis est, nihilominus inter Dei famulos laudibus excellit. Nonne quia in divino duodenario numero medius est, quasi (sol) inter lumina mundi late splendet? Est enim hic duodenarius numerus, harmonicae citharae similis, utpote qui parem similemque utrimque sonum theologiae emittit. Vel si mavis, sicut in annuo circulo, uniuscuiusque mensis, aequalis est utilitas quae universim confertur, etiamsi propria quantitate et qualitate alter differt ab altero. Non est parvus hic laudatus noster, sed spiritûs virtute sublimis; habens quendam etiam in ipsa supputatione mysticum sensum, secundum arithmeticam regulam. Solus enim senarius numerus, ex monade in suis partibus perfectus est, quibus ipsis completur, media scilicet sui parte triadem, tertia dyadem, sexta monadem efficiens.

a) Anastasius prave legebat διατάττειν *ordinare*. — b) Anastasius videtur legisse προϊέντα, quia dicit *qui misit illum*.

1) Cod. gr. vat. εὐποιεῖς. Sed patet Anastasium legisse rectius ἐννοεῖς, quia scribit *sensu capis*.

2) Respicit ordinem quo nominantur apostoli apud Lucam cap. X.

3) Mire Anastasius vocabulum θεώρημα intelligit *Dei verba*. Nam nec voc. *typum* quod sequitur in Anastasio, habet codex vat.

β'. Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν τῶν πράξεων * ἀριθμοθεσίαν, ἕβδομον αὐτὸν θείημεν, ἀρχὴ πάλιν ἐστὶν καὶ κορυφὴ τῆς δευτέρας ἑξάδος· ὡς ἐντεῦθεν τεκμαίρεσθαι πρὸς Πέτρον αὐτὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, ἐκ μὲν τῆς πρώτης ἑξάδος, ἀναλογούσης τῆς ἀρχῆς τῷ τέλει 1)· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, ὅτι κορωνὶς τῶν μετ' αὐτὴν ἀριθμουμένων· ἄθρει γὰρ, ἀγαπητέ. Πέτρος μαθητεύει τὰ ἔθνη· ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος μετιχνιᾶται τὰ ἶσα. Πέτρου ὡραῖοι οἱ πόδες τὰ ἀγαθὰ εὐαγγελιζομένου, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαίου εἰσότερα a). εἰς τὰ μετέωρα θεολογοῦντος· Πέτρος τερατουργῶν τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος θαυματουργῶν τὰ ῥαγδαῖα. Πέτρος ἀνασταυροῦται, ἀλλὰ καὶ Βαρθολομαῖος ἀντίποινα πάσχων καρατομεῖται· ὅσα δρᾷ Πέτρος, τοσαῦτα ἐνεργεῖ Βαρθολομαῖος· ἐφ' ὅσα χωρεῖ μυστήρια ὁ Πέτρος, ἐπὶ τοσαῦτα ἐμβατεύει Βαρθολομαῖος· ἐφ' ἴσης εἰς τὸ τῆς θεολογίας ἄνεισιν ὄρος· ἐφ' ἴσης θεμελιοῖ τὴν ἐκκλησίαν· ἀντίῤῥοπα ἔσχεν τὰ λοιπὰ θεῖα χαρίσματα. Δεῦρο γοῦν μειλισσόμενος, γενοῦ εὔφορος 2) τοῦ λόγου ὦ μάκαρ· τράνωσόν μου τὴν γλῶτταν τοῦ μογγιλάλου· δίδου μοι τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐγκωμίων τῆς σῆς μεγαλοσύνης· οὐχ ἵνα αὐτὸς προσλάβοις τί, ἔχων οἴκοθεν τῶν μακαρισμῶν τὸ πλῆρες, ἀλλ' ἵνα ἀφοσιωθῇ ὁ πόθος τοῦ προστεταχότος 3)· καὶ ἵν' ἐγὼ ὁ πενιχρότατος παῖς σου πατρικῆς εὐχῆς ἀπολαύσαιμι, ἐπαίνῳ τὸν σὸν ἔπαινον συγκροτοῦντος 4)· οὐ γὰρ οἷόν τε ἀμέ- Act. cap 1.

2. Quod si etiam secundum actuum apostolicorum dinumerationem, septimum eum ponamus, principium rursus est et vertex secundae hexadis: atque hinc argumentari licet eum relationem ad Petrum habere: etenim ut in priore hexade, principium relationem habet ad finem; ita in posteriore hexade Bartholomaeus summitas est illorum qui post ipsum numerantur. Et videsis, carissime. Petrus docet gentes, Bartholomaeus pari vestigio graditur. Petri speciosi sunt pedes bona evangelizantis; sed et Bartholomaei pares sunt gressus sublimia de Deo loquentis. Petrus magna prodigia edit, sed et Bartholomaeus miracula grandia patrat. Petrus crucifigitur, sed et Bartholomaeus tormenta paria perpessus, capite minuitur. Quantum Petrus, tantundem Bartholomaeus operatur. Quot capessit mysteria Petrus, totidem decurrit Bartholomaeus; qui et aeque theologiae montem conscendit, aeque ecclesiae fundamenta iacit, paria denique habuit reliqua etiam Dei charismata. Adesto igitur propitius, orationem suppedita, o beate; expeditam fac linguam meam balbutientis; da mihi magnitudinis tuae collaudandae materiam; non quò tu inde aliquid proficias, habens intrinsecus beatitudinum plenitudinem, sed ut illius qui mihi mandavit desiderium adimpleatur; atque ut ego pauperculus famulus tuus

a) Anastasius *aeque iocundi*, quasi legerit ἡδύτερα.

1) Anastasius nitide: *principium reputatur in termino;* quod non displicet. Petri numerus primus refertur ad sextum ultimum.

2) Cod. gr. vat. ἔφορος, sed sequor Anastasium qui interpretatus est *ferax,* ab εὔφορος.

3) Hinc item apparet Theodorum adhuc iuvenem mandato sui hegumeni has conciones panegyricas dixisse. Heic tamen in alia prorsus abit Anastasius: *sed ut quoquomodo declaretur amor circa te divinitus praedestinatus.* Num legebat προτεταχότος?

4) Graecam phrasim heic non satis expedio, vel locus fortasse corruptus est. Sequor igitur Anastasium qui aliter legisse videtur.

τοχον φωτισμοῦ μεμενηκέναι τὸν πρὸς τὰς αὐγὰς τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀνανεύοντα τὰς κόρας.

γ΄. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλοθεν τῶν ἀποστόλων διειληφὼς μέρος τῆς οἰκουμένης ἐν τῷ κηρύγματι τῆς θεογνωσίας, καὶ πάντες τὸ πᾶν διανειμάμενοι, στρατηγοὶ ὤφθησαν ὡς ἀληθῶς, καὶ τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ καθεστήκασιν ἄρχοντες·
Ps. XLIV 17 " καταστήσεις γὰρ αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν*,, τὸ γράμμα προσεγόρευσεν. Τῷ τοίνυν εὐφημουμένῳ κλῆρος καὶ μερὶς, ὁ τῆς Ἀρμενίας χῶρος, ὁ ἀπὸ Εὐιλὰτ μέχρι Γαβαώθ, ἐν πολλοῖς ἔθνεσί τε καὶ πόλεσι περιοριζόμενος· τοῦτον τοιγαροῦν, ἀποστέλλοντα τὸν κύριον, ἐκεῖνα δοκῶ μυστικῶς φθέγγεσθαι· ἄπιθι ὦ μαθητὰ πρὸς τὸ κήρυγμα, ἔξιθι πρὸς πόλεμον, χώρησον a) πρὸς κινδύνους· κήδου b) μου τὸ πλάσμα, ὃ οἰκτείρας ἐνηνθρωπίσθην, καὶ ὑπὲρ οὗ θάνατον εἱλόμην τὸν ἐπονείδιστον· ἐγὼ τὸ πατρικὸν ἔργον τετελείωκα, πρωτομάρτυς τῆς ἀληθείας γενόμενος· ὑμῶν, τὸ ἐνδέον c) ἀναπληρῶσαι τῶν ἐμῶν ὑστερημάτων, καθ' ὁμοίωσίν μου τελοῦντας· μίμησαί σου τὸν διδάσκαλον· παραζηλοῦ τοῦ δεσπότου σου τὰ πάθη· αἵμασιν αἷμα κάθες· σαρξὶν d) σάρκας προδίδου· πάντα ὅσα ὑπήνεγκα, ἀντιπεπονθὼς, ὑπόδειξον ἐν αὐτῷ ἐναργῆ τὰ γνωρίσματα e) τοῦ ἐμοῦ χαρακτῆρος· ὅπλα σοι ἔστω τὸ φιλάνθρωπον ἐν τοῖς ἀπανθρώποις f), τὸ ἥμερον ἐν τοῖς λοιδοροῦσιν, τὸ ἀνεξίκακον ἐν τοῖς κτείνουσιν· ὡς πρόβατον ἐν μέσῳ λύκων γινόμενος, ὡς ὁπλίτης τεθηγμένος τῇ εὐανδρείᾳ. Οὐκ ἠπείθησεν ὁ ἀπόστολος, οὐκ εἶπεν πῶς περιέσεται g) ὁ ἀρνὸς τῶν

paternis precibus fruar, in laude celebritatis tuae. Neque enim fieri potest, ut is expers luminis maneat, qui ad splendores solaris radii oculorum aciem intendat.

3. Itaque apostolorum alius aliam mundi partem sortitus ad praedicandam Dei notitiam, atque universum inter se partiti, duces reapse apparuerunt, et universalis regis Christi principes sunt constituti: *constitues enim eos principes super omnem terram*, inquit scriptura. Huic autem laudato nostro sors portioque Armeniaca regio obtigit, ab Evilat usque Gabaoth, multis populis urbibusque distincta. Hunc ergo dum mitteret Dominus, videtur mihi sic mystice allocutus. Perge ad praedicationem, discipule, proficiscere in bellum, vade ad pericula. Consule creaturae meae, quam ego miserans factus sum homo, proque ea mortem turpissimam subii. Ego imperatum a patre opus consummavi, primus testis veritatis factus. Officii vestri est, quod deest supplere; et quae ego reliqua feci, pari opere complere. Magistrum tuum imitare, domini tui passiones aemulare, sanguinibus sanguinem retribue, carnibus carnem repende: quantum ego pertuli, tantundem tu patiens, ostende in te ipso perspicua liniamenta formae meae. Arma tibi sint humanitas inter inhumanos, mansuetudo inter conviciatores, patientia inter homicidas, tamquam ovis in medio luporum effectus, miles fortitudine animi exacutus. Non negavit obedientiam apostolus: non dixit, quomodo superabit lupos agnus, unus mille, extraneus urbium proceres, domo expers praefectos, reges

a) Prave Anastasius *capax esto periculorum*, sensu ambiguo verbi χωρέω deceptus. — b) Cod. gr. vat. κηδομαι. Sed constat Anastasium legisse κήδου. — c) Anastasius *necessarium*, quasi a δέον. — d) Anast. *cruciatibus*, quasi ab αἰκισμοῖς. — e) Anast. *manifestas actiones*, sic intelligens γνωρίσματα. — f) Anast. male *sudoribus*. — g) Anast. *nancisci poterit*, non bene intellecto verbo περίειμι.

λύκων, ὁ εἷς τῶν μυριάδων, ὁ ξένος τῶν πολυούχων, ὁ ἀνέστιος τῶν ἡγεμόνων, τῶν βασιλέων ὁ μονοχίτων; ἀλλ' οἷα θεράπων πιστὸς τῷ δεσποτικῷ καταπειθήσας προστάγματι, ἄπεισιν χαίρων, οὐδὲν ἐπιφερόμενος μεθ' ἑαυτοῦ ἢ μόνον τὸ τοῦ Χριστοῦ πολυτίμητον ὄνομα, ἀντὶ παντὸς ὅπλου.

δ'. Τοίνυν καταλαβὼν τὸ κεκληρωμένον ἔδαφος, ὅσα ἐκεῖσε ἔδρασεν, ὅσα ὑποίσας ἤνεγκεν, ἱστορήσειεν ὁ λόγος, τὰ μὲν κατὰ παράδοσιν ἀρχαιολογίας, τὰ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων· εἰ γὰρ πέλει φῶς τοῦ κόσμου, δῆλον ὅτι τὰ φωτὸς δέδρακεν ἐν τοῖς ἀφωτίστοις· καὶ εἰ ἅλας τῆς γῆς ὑπάρχει, δῆλον ὅτι ἔθνη ἄλογα ἁλίσας ἐσάρωσεν· καὶ εἰ ἐργάτης ὠνόμασται, ἀκολούθως γεωργίαν πνευματικὴν τετέλεκεν· ὃ δὲ κατὰ κοινοῦ εἴρηται, καὶ καθ' ἑνὸς προσώπου λαμβάνειν εὐλογώτατον· οὐκοῦν ὅρα αὐτὸν κατ' ἀλληγορίαν· πῆ μὲν, οὐ γῆν ἀροῦντα ὑπὸ βουσὶν ἕλκουσιν τὸ σιδήριον, ἀλλὰ τῷ τῆς γλώττης ἀρότρῳ λογικὰς ἀρούρας διαλακτίζοντα, τῷ ζεύγει δηλονότι θεωρίας καὶ πράξεως· οὐδὲ σπείροντά τι τῶν ἀποῤῥύτων καὶ φθειρομένων, ἀλλὰ τὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς βάθος καρδιακὸν κατατιθέμενον· πῆ δὲ, φυτουργοῦντα παραδείσους καὶ ἀμπελῶνας κυρίου, τοὺς ἤδη τῇ εἰσδοχῇ τοῦ λόγου πρὸς τὰ κρείττονα τὴν ἐπίδοσιν ποιησαμένους, καὶ ἀπὸ νεογνίας εἰς τὴν κατὰ καιρὸν καρποφορίαν ἀναδιδομένους· καὶ ποτὲ μὲν ἰατρικῶς διαγινόμενον, καὶ καταλλήλως ἀλεξιτήρια προβαλλόμενον, ὁποτέρως ἂν βούλῃ *a*), τυφλοὺς ὀμματοῦντα, λεπροὺς καθαίροντα, πυρετοὺς ἀπελαύνοντα, χωλεύουσιν εὐβαδεῖν παρεχόμενον, κωφεύουσιν τὸ ἀκροατήριον, τὰ τῶν λοιπῶν νοσημάτων πολυπήμονα εἴδη, ἄκεσιν ἀφθόροις *b*) ἀποκαθιστῶντα εἰς τὸ κατὰ φύσιν· καὶ μέν

homo nihil praeter unicam tunicam gestans? sed tamquam fidelis famulus dominico mandato obsequens, discedit laetus, nihil secum ferens, praeter pretiosum Christi nomen, cuiusvis armaturae loco.

4. Igitur ad destinatam sibi regionem delatus, quanta ibi fecerit, quanta pertulerit, dicet oratio nostra, partim ex antiqua traditione, partim secundum evangelicorum mandatorum analogiam. Nam si lux mundi erat, utique lucis opera fecit inter tenebricosos: et si sal terrae, sine dubio irrationales gentes sale condiens, mundavit: et si operarius appellatus fuit, sequitur ut spiritalem agriculturam fecerit. Quod vero communiter dictum fuit, id de singulis etiam personis accipi, aequissimum est. Propterea specta illum sub allegoria, modo terram haud bobus quidem ferrum trahentibus arantem, sed linguae vomere rationalia arva fodientem, iugo scilicet contemplationis simul et actionis: neque serentem caducum aliquid aut corruptibile, sed fidei doctrinam in profunda cordium iacientem. Modo autem hortos vineasque Domini plantantem, quae mox recepta doctrina in melius profecerunt, et ex novellis lapsu temporis ad fructificationem provenerunt. Modo etiam more medici remedia idonea suppeditantem, vel quomodocumque volueris, caecos illuminantem, leprosos mundantem, febres depellentem, facilem claudis gressum caecos tribuentem, surdis auditum, varia demum morborum genera sanitatibus incor-

a) Anastasius aliud legebat, quia scribit *duplici sanitate*, quasi ἀμφοτέροις. — *b*) Anastasius: *verum eundem nosse velis.*

τοι ποιμαντικὴν ἕξιν ἀναλαμβάνοντα, καὶ ποίμνια θεῷ καταρτίζοντα a), καθηγούμενον, ἀνακαλούμενον, ἐπιμελούμενον, προπολεμοῦντα, ἀποσοβοῦντα θῆρας αἱρέσεων, δαιμόνων τὲ φάλαγγας· ὅσα τὲ ἐν μέσῳ ἀρδεῦσαι ἀεννάως, χειραγωγῆσαι b) αὐξουμένους τῇ κατὰ Χριστὸν ἡλικίᾳ, ἀκάνθας νοητὰς ἐκτῖλαι, ὕλας ἀσεβείας ἐμπρῆσαι c), χάρακας δογματικοὺς ὑπερεῖσαι d), φραγμοὺς διδακτικοὺς περιθέσθαι, εἴ τι ἄλλο τῶν δεόντων ἐφεπόμενον καταθρῆσαι· ὁ δ' αὐτὸς καὶ οἰκοδόμος, καὶ ἀρχιτέκτων οἰκοδομῆς καὶ τεκτονίας ἀχειροποιήτου, τῶν διὰ πνεύματος λέγω καὶ ἀληθείας ἀναδεμημένων ναῶν κυρίου, καὶ καταρτιζομένων εἰς λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

ε'. Σκέψαι μοι τὰς πόλεις καὶ τὰς κατοικεσίας ἃς πάλαι ὁ λαόπλανος e) τῇ ἀπιστίᾳ κατεῖχεν ἠλίβατος, πυργωθείσας ἐν θεογνωσίᾳ, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιβουλὰς ῥᾷον ἀποπεμπομένας, τὰ λήϊα τεθηλῶτα, τοὺς ἀμπελῶνας περκάζοντας, τοὺς παραδείσους κυπρίζοντας, τοὺς νοσοῦντας πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν τεθεραπευμένους. Τοιαῦτα τὰ τοῦ ἀποστόλου ὡς ἂν εἴποι τις, προτέλεια καὶ ἐκφόρια, τηλικοῦτοι οἱ ἀγῶνες, οἱ ὑδρῶτες, οἱ πόνοι· καὶ ταῦτα ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, ἐν ὕβρεσιν καὶ ὀνείδεσιν, ἐν φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς, ἐν διωγμοῖς καὶ ἀπαγωγαῖς ἐκ τόπου εἰς τόπον, ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, ἐκ θεάτρου εἰς θέατρον, ἐν βασάνοις καὶ αἰκισμοῖς, ἐν φόνῳ καὶ μαχαίρᾳ τὲ τελευταῖον· ἀφ' ὧν γὰρ ἐχρῆν ἀμείβεσθαι ἀγαθοῖς τὸν διδάσκαλον, τὸν σωτῆρα, τὸν ἰατρὸν, ὑπὲρ τούτων εἰσπράττονται τὰ δεινά·

ruptibilibus in naturalem valetudinem restituentem. Quin etiam cerne ipsum pastorali forma assumpta, gregem Deo conservare, deducendo, revocando, curam gerendo, defendendo, bestias haeresum daemonumque turbas arcendo: imperfecta adhuc rigando iugiter, educando ut crescant in aetatem Christi, spinas intellectuales evellendo, sarmenta impietatis comburendo, vallos dogmaticos subiiciendo, saepes didacticas circumponendo, et quidquid aliud usui est, providendo. Idem et fabricator est et architectus aedificii ac fabricae non manufactae, templorum Domini dico quae in spiritu et veritate construuntur, atque in populum eximium, sectatorem bonorum operum, perficiuntur.

5. Intuere mecum oppida et habitacula, quae ille praeceps populi seductor in infidelitate olim detinebat, intuere haec inquam Dei notitiâ tamquam turribus instructa, et adversariorum insidias facile repulsas, arva segetibus consita, vineas racemis nigrescentes, hortos florentes, aegros morbo quolibet et omni languore expeditos. Tales sunt huius apostoli, ut ita dicam, frugum primitiae, tot tantaque certamina, sudores, labores: et quidem in fame et siti, in frigore et nuditate, in contumeliis et conviciis, in carceribus et vinculis, in persecutionibus et abductionibus de loco in locum, de civitate in civitatem, de theatro in theatrum, in tormentis et cruciatibus, in caede denique et gladio. A quibus enim oportebat remunerari magistrum, servatorem, medicum, ab his contra is ad poenam expetitur: hunc pedibus proter-

a) Anast. *Deo perficiente.* — b) Anastasius praepostere *rigare manu, educare crescentes.* — c) Anast. *silvas impactas secando*, nescio quid aliud legens. — d) Cod. ὑπηρίσχι. Videant ergo grammatici. — e) Anast. prave *populus seductus.* Item sequentia apud Anastasium perversa videntur.

προπηλακίζουσι, παίουσι, πλήττουσι, κολάζουσι, ξέουσι· τί οὐ λέγοντες; τί οὐκ ἐπινοοῦντες; τί οὐ πράττοντες; τί οὐκ ἐπεξευρίσκοντες τῶν ὅσα εἰς δριμυτέραν κάκωσιν καὶ ἀνίας ἐπεξεύρεσιν; βαβαὶ τῆς ἀπηνίας· φεῦ τῆς θηριομανίας· οἵους τοὺς μισθοὺς τῷ θεραπευτῇ προσήγαγον οἱ ἀναβλέψαντες, οἱ εὐακούσαντες, οἱ οἰκοδομηθέντες, οἱ καταρτισθέντες· ἀντὶ τιμῆς ἀτιμίαν, ἀντὶ εὐλογίας κατάραν, ἀντὶ δώρων ποινὰς, ἀντὶ ἀναπαυστικῆς ζωῆς τὸν πικρότατον μόρον 1). Φασὶν γὰρ αὐτὸν μετὰ τὸ πολλὰς καὶ ἀνηκέστους ὑποίσαι κολάσεις, ἐκδεδάρθαι ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν εἰς θύλακος εἶδος· εἶθ' ὕστερον ὑπὸ τῶν πιστῶν τεθάφθαι· ἵνα κἀνταῦθα πρύτανις καὶ μετὰ πότμον φανείη ὁ μέγας τοῦ θεοῦ κήρυξ· οὐ γὰρ ἐπεὶ μετῆλθεν τῶν τῇδε, ἠμέλει τῶν κτεινάντων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς ὅσον ἦν καιροῦ, ἐξεκαλεῖτο ταῖς θαυματουργίαις τοὺς ἀπολισθαίνοντας, προσῳκειοῦτο τερατουργίαις τοὺς ἀπεστραμμένους· τὴν δὲ θηριότροπον γνώμην, τὴν ἀμείλικτον καρδίαν, οὐδὲν τὸ ἀνακτοῦν, οὐδὲν τὸ ἀνασυράζον, ἡνίκα εἰς βάθη κακῶν εἴη ἐμπεπτωκυῖα.

ς'. Τί γὰρ τὰ ἑξῆς; μαίνονται κατὰ τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου σώματος· θυμομαχοῦσι κατὰ τοῦ ἰαματουργοῦντος λάρνακος· ἀποπέμπονται τὸ ἰατρεῖον οἱ ἀσθενοῦντες, οἱ τυφλοὶ τὸν χειραγωγὸν, οἱ μειωπάζοντες τὸν φωτοδότην, οἱ ναυαγοῦντες τὸν κυβερνήτην, οἱ θανατούμενοι τὸν ζωοποιοῦντα. Καὶ τοῦτο πῶς; ῥίπτουσιν κατὰ πόντον, ὡς ἂν μὴ εἴη τίς ὁ πρὸς αὐτοῦ εὐεργετησόμενος· τοιοῦτο γὰρ τῶν βασκαινόντων τὸ πάθος, μηδὲ τὴν ἐθελούσιον ἀπώλειαν, σωτηρίαν ἑτέρων ἀνεχομένων γενέσθαι 2). Ἀλλ' ὁ διὰ Δαβὶδ πόῤῥωθεν ἀναφωνήσας * "ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολ- * Ps. LXXVI. 20.

rent, pulsant, feriunt, excruciant, excoriant. Quid non dicunt? quid non excogitant? quid non intentant? quid non moliuntur ut acerbius molestiusque noceant? Hem saevitiam! hem ferinam rabiem! Qualem mercedem rependunt medico suo qui visum qui auditum receperant, qui instaurati confirmatique fuerant! pro honore ignominiam, pro benedictione maledictum, pro donis poenas, pro tranquilla vita acerbissimam necem. Aiunt ipsum multos intolerandosque cruciatus perpessum, ab impiis excoriatum in modum follis, et a fidelibus postea sepultum, ut hinc etiam patronus post obitum, magnus hic Dei praedicator appareret. Neque enim postquam hinc abscessit, carnificum suorum curam omisit, sed veluti pastor bonus, prodigiis omni tempore invitabat perditos, ad se miraculis trahebat aversos. Atqui ferinam mentem et immite cor, nihil placat, nihil reconciliat, simul ac in profundum malitiae deciderit.

6. Quid enim postea? Adversus sacrum corpus insaniunt, et contra arcam, sanitatum fontem, furunt: expellunt medicum aegroti, caeci ducem, caecutientes illuminatorem, gubernatorem naufragi, perempti vivificatorem. Et quomodo hoc? In mare proiiciunt, ne quis ab eo deinceps beneficium accipiat. Tale enim est invidorum vitium, ut vel suo voluntario exitio, alienam salutem impedire velint. Sed qui per Davidem olim clamaverat: *in mari viae tuae, et semitae tuae in aquis*

1) Heic nonnulla sequuntur in interpretatione Anastasii, quae graecus codex vaticanus non habet.
2) Videtur locus sensum quem nos scripsimus postulare. Graeca tamen verba non satis respondent.

λοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται" κἀνταῦθα τὴν ὑγρὰν βατὴν τῇ λάρνακι παρεσκεύασεν· καὶ ὁ Πέτρος ὁ μέγας περιπατῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ καλοῦντος πρὸς αὐτὸν Χριστοῦ ἐφάνη· τοῦτο ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος ὧδε τῇ λειψανοφόρῳ λάρνακι πεζεύων κατὰ κυμάτων δέδεικται· ὢ τοῦ θαύματος· ὢ τῆς μεγαλουργίας· ἐξορμήσας γὰρ ἐκ τῶν χώρων Ἀρμενίας ὁ λάρναξ σὺν τέσσαρσιν μαρτυρικοῖς ἄλλοις ἐφ' ὁμοίαις ταῖς σημειουργίαις ἐκρυφείσαις, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς θαλάσσης ἀμφοτέρων ποντοπορησάντων, προηγουμένων τῶν τεττάρων, καὶ οἱονεὶ ὀψικευόντων τῷ ἀποστόλῳ, ἐκκλινεῖς τὰ ἐπέκεινα Σικελίας πρὸς τὴν τῆς Λιπάρεως καλουμένην νῆσον, δι' ἀποκαλύψεως τοῦ τηνικάδε ἐπισκοποῦντος ὁσιωτάτου Ἀγάθωνος ὁρώμεναι. Τίς ἠκουτίσθη τηλικοῦτον τεραστούργημα; τίς ἐδιδάχθη τηλικαύτην θαυματουργίαν; θαῦμα ἐν θαύματι· λιπαρεῖ 1) γὰρ οἷον ἡ φερώνυμος νῆσος, τοιαῦτα τυχὸν πρὸς αὐτὸν ἀλαλήτοις φωναῖς ἐπιβοῶσα· δεῦρο πρός με τὴν πτωχεύουσαν ὁ τρίσολβιος θησαυρὸς τοῦ παναγίου πνεύματος· δεῦρο πρός με τὴν ἀγέραστον ὁ πολυτίμητος μαργαρίτης· δεῦρο πρός με τὴν δυσωπήτριαν ὁ παρ' ἄλλων ἀποπεμπόμενος ἀνομάτατα· ἐνοικίσθητί μοι, καὶ πολοικισθήσομαι· πολιούχησόν με, καὶ πολυανθρωπισθήσομαι· ὀνοματίσθητί μοι, καὶ πανταχοῦ ἐξηχηθήσομαι· οἱ ἄλλοι σε τὸν φωστῆρα ἀπώσαντο, ἀλλ' ἐγώ σου τοῦ φάους ἐφίεμαι ἡ στυγνάζουσα· οἱ ἄλλοι σου τῆς τραπέζης τῶν ζώντων λόγων ἀπολελαύκασιν, ἀλλ' ἐγώ σου τῶν λειψάνων ὡς κυνάριον ψιχίσασθαι γλίχομαι.

ζ'. Πρὸς ταῦτα ὥσπερ τινας δορυφόρους, ἄλλον ἀλλαχοῦ τῶν μαρτύρων εἰς τοὐπίσω παραπεμψάμενος ὁ ἀπόστολος, τὸν μὲν Παπίνον 2) τοὔνομα εἰς Μει-

multis, et vestigia tua non cognoscentur; nunc quoque marinum humorem arcae gradibilem fecit. Et magnus quidem Petrus in mari ambulare, vocante eum ad se Christo, conspectus est: idemque fecisse apparet Bartholomaeum in arca reliquias suas gestante, quasi inquam pedestri itinere fluctus calcasse. O miraculum! o grande portentum! Etenim ex Armeniae terris discedens arca cum aliis martyrum quatuor ob paria miracula eiectis, et idem mare sulcantibus, praecedentibus his quatuor et quasi obsequium apostolo praebentibus, ventum est, declinata superius Sicilia, ad insulam nomine Liparim, et Agathoni sanctissimo illic episcopo per visum ostensae sunt. Quis umquam audiit tantum miraculum? Cui tale tantumque prodigium innotuit? Miraculum cumulatur miraculo. Quippe orat (λιπαρεῖ congruenter suo nomini) insula tacitis fortasse ut credibile est vocibus clamans sic. Veni ad me pauperculam, o dives sanctissimi Spiritus thesaure: veni ad me indigentem, o pretiosa margarita: veni ad me supplicem, tu qui ab aliis iniquissime expulsus es: mecum habita, et habitatoribus affluam: meas urbes tuere, et populi multitudine abundabo: tuum mihi nomen inscribe, et ubique terrarum celebris fiam. Alii te luminare expulerunt, ast ego tenebricosa tuum lumen exopto: alii tua vivorum sermonum mensa fruiti sunt, ast ego reliquiis tuis, ceu catellus micis, inhio.

7. Post ista, ceteros martyres quasi suos stipatores retro ablegavit apostolus,

1) Sensum vocabuli λιπαρεῖ, et in eo lusum, non intellexit heic Anastasius.
2) In menaeo gr. die 25. augusti Παππιανόν.

λὰ a) τὴν πόλιν Σικελίας· τὸν δὲ ἐν Μεσήνῃ Λουκιανὸν τῇ κλήσει· ἑκάτερον αὖ τε ἐν τῇ Καλαβρίτιδι γαίᾳ· Γρηγόριον μὲν ἐν Κολύμνῃ b) τῇ πόλει· Ἀκάκιον δὲ εἰς Κάλας c) καλουμένην· ὡς ἂν ἕκαστος ἐν ἑκάστῃ ᾖ προασπιστὴς τῶν οἰκητόρων, οἵπερ καὶ μέχρι τήμερον διαλάμπουσιν ταῖς ἐπικουρίαις· αὐτὸς, ὡς ἄν τις βασιλεὺς οἰκείας ἀναπαύλης μεταληψόμενος, προσώρμησεν τῇ καλούσῃ, ὑπεδέχθη περιφανῶς πολλοῖς λαμπτῆρσιν, εὐωδίαις τὲ καὶ ὑμνολογίαις, ἁπάντων τῶν ἐκεῖσε ὑπαντησάντων ἐν ἀγαλλιάσει. Τὸ δὲ ἐξῆς οὐ προείη ἡ λάρναξ· οἱ μὲν γὰρ εἷλκον, ἡ δὲ ἦν ἀκίνητος· διεδέξατο τὸ περιχαρὲς ἡ λύπη· ἐν ἀπορίᾳ ὁ λαός· ἐπέτυχεν τὸ ἐξευρεθέν· ἐγγὺς γὰρ κύριος τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν *· δύο τοίνυν δαμάλεσιν ἁγναῖς ἀναληφθεῖσα ἀπετέθη, ἔνθα ὁ ἱερὸς αὐτοῦ οἶκος αὐτίκα ἐνιδρύνθη· καὶ ἅμα τῷ ἀπαρτισμῷ, καὶ τὸ θαῦμα ἐξαίσιον· ἐπειδὴ τοίνυν ὁ καλούμενος Βουλκάνος ἐχέκολλος ὢν σχεδὸν τῇ νήσῳ, βλαπτικὸς ὑπῆρχεν τοῖς περιοίκοις, ἀπῶστο ἀορασίᾳ καὶ οἷον ἀποσυρεὶς ὑπεξέστη σταδίοις ἑπτὰ πρὸς πόντον 1) τοῦ παρασυρμοῦ ὥσπερ ποταμίου ῥεύματος μέχρι τῆς σήμερον τὸ θαῦμα ἀνακρύττοντος. * Ps. CXLIV. 18.

unum quidem nomine Papinum Mylas urbem Siciliae misit: alium cui nomen Luciano, Messanam: duos reliquos ad Calabriae littora, Gregorium urbi Columnae, Acacium urbi Calae appellatae destinavit: ut singuli in singulis oppidis incolarum forent protectores, ubi reapse ad hunc usque diem beneficiis inclarescunt. Ipse autem Bartholomaeus, tamquam rex propriis laribus in pace potitus, ad vocantem se urbem accessit, ubi splendide receptus fuit, multis cum facibus, odoribus, hymnis a cunctis civibus ipsi laetanter occurrentibus. Deinceps vero haud ulterius arca procedebat; nam trahentibus illis, ipsa erat immobilis. Tristitia gaudio successit: in anxietate erat populus. Sed rem expetitam impetravit: etenim *prope est Dominus invocantibus eum.* Duabus ergo arcam trahentibus castis buculis, illic reposita est, ubi sacrum divi templum statim fuit aedificatum: quo vix absoluto, ingens miraculum contigit. Nam cum Vulcanus, ut appellant, paene insulae contiguus, incolis damno esset, invisibili recessu, quasi pertractus, stadiis septem in pelagus se subduxit; quod miraculum tractu illo quasi recedentis fluvii usque ad hanc diem praedicatur.

8. Porro 2) quot et quanta deinceps mirabiliter operatus sit, aut mira faciens hactenus operetur circa eos qui diversis languoribus et infirmitatibus obstricti ad ipsum fide confugiunt, nec necessarium est dicere ob prolixitatem * tractatus, nec incredibile audienti, cum pignus ex uno habeat aliorum exhibitiones mire gestorum. Sed ave 3) o beate beatorum, ter beate Bartholomaee. Ave qui es Dei amator et imitator boni scilicet magistri. Ave qui es divinae lucis splendor sanctae ecclesiae. Ave qui es bene sonans organum spiritalis melodiae. Ave artificiose rhetor verae sapien- * vat. lat. *prolixionem.*

a) Men. gr. Ἄμυλλαν. — b) Men. gr Κολήμνῃ. — c) Men. gr. Ἀσκάλους.


1) Huc usque mutilus codex vat. gr. pertingit. Verba pauca reliqua graeca sumpsi ex Auctario novissimo Combefisii p. 400, qui narrationem reversionis reliquiarum S. ap. Bartholomaei gr. et lat. edidit, excerptam olim a nescio quo ex hac Studitae nostri oratione, sed pro libito interpolatam.

2) Quae sequuntur, deficiente iam textu graeco ob codicis imperfectionem, prosequimur cum Anastasii utcumque impolita ac semibarbara translatione, collato tamen et interdum adscito codice lat. vat.

3) Ex graeco χαῖρε et χαίροις, ut diu ingeminat Theodorus etiam in oratione VI.

tiae. Ave qui es peritae capturae piscator rationabilium piscium. Ave qui es multi chori et dulcis fructus palmes, Christi vividae et paternae culturae vitis. Ave digni meriti famule Domini universorum. Ave merito desiderabilis amice supercaelestis sponsi. Ave qui es sapientiae fluentis et multiplicis potationis, ac lumen spiritalis paradisi. Ave qui es divina virtute vulnerator diaboli, mundum suo latrocinio vulnerantis. Ave qui multipliciter appares mundo Lucifer Dei cognitionis. Gaudeas divinitus illustrata et ignea columpna orthodoxiae. Gaudeas sol orbis terrae, qui cuncta illuminas. Gaudeas os Dei sapientiae, linguam habens ignitam. Gaudeas iugiter emanans fons sanitatum. Gaudeas daemonum terribilis insequutor. Gaudeas qui es multipliciter optabilis formositas Armeniae. Gaudeas qui ab oriente ad occidentem per mare gloriose ambulasti. Gaudeas qui es Lipareos salutabilis et multimodis adorabilis gloriatio. Gaudeas qui mare sanctificasti meabilibus gressibus. Gaudeas qui terram purpuream fecisti rubore castissimorum sanguinum tuorum. Gaudeas qui aërem suavitatis odoribus replesti, sacris spiraminibus divinorum eloquiorum tuorum. Gaudeas qui ad caelum commeasti, et medius in choro divinae aciei tuae refulges in gloriae inaccessibilis splendore, in exultationis insatiabili iocunditate. Illinc nos benignissime intuearis: illinc benedicas te glorificantibus: illinc beatifices te canentes: illinc concordes orbem terrae pacatum. Sacerdotes iustitia in sanctitate induantur: reges bonis operibus in orthodoxia contra barbaros armentur: monasticam vitam tenentes, conversationem aequalem angelorum ac sine dolo custodiant: viri mulieribus, et rursum mulieres viris, competentem legem conservent. Patres cum filiis, praelatos cum subditis, dominos cum servis, mutuum dantes cum debitoribus, venundantes cum emptoribus; ceteraque omnia benivolentiae tuae affectu ad utilitatem reip. protege; et cuncta quae secundum beneplacitum Dei dirigi debent, patrocinio tuo defende; et praecipue alumnos decoratae Lipareos: pastorem quoque ac gregem qui construxit sacrum templum tuum: et eum qui te, licet breviter, ex se laudare praesumit; in Christo Iesu domino nostro, quem decet omnis gloria, honor et adoratio, cum omnipotente Patre, ac sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen 1).

1) Pergit deinde Anastasius sic. *Haec de beati Bartholomaei laudibus eiusque mirabiliter advecto in Liparim corpore, Theodorus fama sanctitatis, ac sacerdotii dignitate conspicuus, fido relatu explicuit.* Postea de penu suo subiuugit idem Anastasius narrationem transvectionis illarum reliquiarum in urbem Beneventum anno Domini DCCCIX.



AD THEODORUM STUDITAM INDEX.

EMENDATIONES.

P. 7. v. 12. corr. *universam*. — P. 9. v. 10. corr. *octoginta*. — P. 21. adn. corr. *dicit*. — P. 26. Chrysostomi fragmentum in cod. vat. videtur desinere v. 14. in verbo νῖκος. — P. 27. v. ult. corr. *largiretur*. — P. 77. adn. v. 7. corr. *T. II. p.* 123. — P. 110. v. 7. corr. *quinquagesimae* pro *sexagesimae*.



